HVNC · LIBRVM
INTER · ALIOS
GOLDWINO · SMITH
QVI · ODE · LATINA
PRAEMIVM
SEXTAE · CLASSI
ET · QVINTAE · CLASSIS
PRIMO · ORDINI
PROPOSITVM
REPORTAVIT
D · D
SCHOL · REGAL · ETONENS
MAGISTRI
ET
AVXILIARES
E · C · HAWTREY · R · OKES
E · COLERIDGE · G · G · COOKESLEY
E · H · PICKERING · H · DVPVIS
C · O · GOODFORD · C · J · ABRAHAM
G · A · CARTER · F · E · DVRNFORD
E · BALSTON · C · LVXMOORE
G · L · ELIOT · I · E · YONGE
A · D · $\overline{\text{M}}$ · $\overline{\text{DCCC}}$ · $\overline{\text{XL}}$ · $\overline{\text{I}}$

APPARATVS CRITICI

AD

DEMOSTHENEM

Volumen primum,

HIERONYMI WOLFII

et

IOANNIS TAYLORI

ad Oratorem annotationes

tenens.

LIPSIAE,

TYPIS W. G. SOMMERI.

MDCCLXXIV.

11304
30 | J-|11

ATHANASIO AVGERO,
VIRO CLARISSIMO,
ELOQVENTIAE PROFESSORI REGIO IN COLLEGIO ROTHOMAGENSI,

S. P. D.

IO. IACOBVS REISKE.

Conſcientia recte factorum, et aſſenſus bonorum ſi viro bono patriaeque atque poſterorum ſtudioſo praemium eſt idoneum et locuples, eſſe certe debet, vnum praeclariſſimum laborum, quos in proferendis literarum finibus multos magnosque exantlat; nam quae reliqua habentur praemia, opes atque honores, ſunt praeter literas artes aliae, quibus iſta parentur; ecquam me percepiſſe autumas delectationem incredibilem, Augere, Vir Clariſſime atque Doctiſſime, quem tuliſſe fructum lucubrationum Demoſtheni expoliendo a me conſecratarum, quum literis humanitatis blandiſſimae atque caritatis ardentiſſimae plenis tu me certiorem voluntatis erga me tuae faceres, hominem nullis tibi cognitum officiis, nullis obſtrictum neceſſitudinibus, opellamque oratorum principi a me nauatam, quamuis mediocrem, iis efferres laudibus, quas ſi proferam, inuidiam mihi, crimenque vanitatis et iactantiae conſciſcam. Quid alii faciant, cum ego ab iis literarum tuarum locis, qui in Demoſthenis mei praedicatione velut exſultant, pudibundus refugiam, quaſi tu mediocritatem ingenii meritorumque exprobatum ieris. Sed ignoſco affectus tui intemperantiae, mi Augere, caritate flagrantiſſima eum amplectentis, a quo ſperes adiumenti nonnihil ad te illo in opere, quod cum maxime vrges, eſſe profecturum. Es nempe tu quoque, mi Augere, in bonis illis cordatisque, quorum prouentus nusquam terrarum ſpiſſus eſt, qui fugientes e terris noſtris veteris Graeciae Latiique literas reuocare et ſiſtere contendunt; et, quod propius ad rem praeſentem fa-

cit, Demosthenis quaecunque ad nos peruenere, tu gallice reddidisti omnia, eamque interpretationem in lucem proferre festinas, negans, laliud quicquam te morari, quam dilationem mearum ad Demosthenem animaduersionum; sine quibus tuas proferre te negas audere. Non tu mihi quidem auribus meis verba dare videris; nam cur facias? sed aestus amoris tui vltra terminos te euexit, tibique imposuit, vt nimium mihi arrogans, tibi derogares plus quam par erat. A meone ingenio exsistat quicquam, cui excudendo tuum sit impar? Videbis tute ipse, videbunt omnes, vbi meae ad Demosth. animaduersiones prodierint, id quod futurum ante huius anni decursum spero, cum cernentes immanem earum a meta proposita distantiam, erroris vestri vos pudeat poeniteatque, in quem vos non promissorum meorum vanitas, sed exspectationis vestrae benignitas induxit. Haec ipsa exaranti mihi, Augere praestantissime, redduntur literae viri doctissimi atque clarissimi, summa cum laude literas in Batauis profitentis, rerum exquisitarum et lautarum ingentes copias ad Dem. a me exspectari, qui tam diu huic velut ouo incubuissem. Possent vtique ab alio exspectari. Sed o quam illi, spem suam egregie lusam videntes, stomachabuntur et succensebunt mihi, innocenti quidem, qui nihil vnquam opiparum atque singulare promiserim. Diu quidem profecto mearum ad Dem. annotationum editionem extraxi; verum ex eo parum recte colligatur, per omne illud tempus, ex quo graeca Demosth. oratio a me coepit edi, (quadriennium est,) vni me Dem. vacasse, quem interea totis interdum annis vix semel atque iterum inspexerim. Totum paene illud tempus sibi vindicarunt, id quod inter omnes constat, oratores attici, obsessumque me atque addictum sibi obstrictumque tenuerunt, vt vix memoriae Demosthenis locum in animo meo vacuum relinquerent. Tandem anni superioris aestate ineunte, cum vix coepissem ad Dem. redire, indicesque ad eum concinnare, et auctores graecos peruolutare, qui locos ex eo recitant, ecce subito fatalis quaedam necessitas, veluti procel-

procella quaedam nauem portui iam imminentem in altum reiicit, ita meum animum illinc auulsum, ad Dionysii Halicarnassensis Archaeologiam, et paulo post ad Plutarchi quoque vitas recensendas contorsit; quibus emaculandis totam hyemem superiorem insumsi. Quo factum est, vt Apparatus huius critici parti huic primae, quam nunc ad te, Augere ornatissime, mitto, curam prorsus nullam mihi licuerit impendere, neque operas excudentes regere, neque folia a prelo madida perlustrare. Totum hoc negotium et operarum ipsarum fidei, et Hesleri mei vigilantiae committendum erat; quod hoc fidentius videbar posse facere, quod hoc volumen mearum ad Dem. annotationum nihil teneret, sed meras Wolfianas atque Tayloranas, quas ex exemplis dudum excusis recudi, videbatur res factu facilis esse, neque interuentu meo admodum indigere. Profligatis his alienis, iam proxime, hac, quae nunc instat, aestate, meae tandem ad Dem. animaduersiones excudentur, quas tu, mi Augere, id quod te probe meminisse velim, non reperies diuturnitate meditationis et crebritate retractationum maturatas, non vbertate multiuagae lectionis pastas saginatasque, non labyrintheis inquisitionibus in dialectos et in ius Atticum perplexas, non prodigalitate citationum exaggeratas, non obseruationibus grammaticis raris et exquisitis illuminatas, denique non similes, vt his vnis vtar, neque Hemsterhusianis, neque Valckenarianis, quorum inexhaustae copiae nos ieiunos macrosque homunculos admiratione percellunt, rubore perfundunt, vertigine paene dixerim circumagunt. Breues enim vero illae erunt animaduersiunculae, pressae, strictae, Laconica verborum parsimonia strigositatem corpusculi mei referentes, raptim vetustis e schedis, dudum sepositis, corrasae, hoc agentes, aliae, vt vulneribus oratoris coniecturas veluti fomenta quaedam salutaria imponant; aliae, vt sententias eius enucleent; aliae, vt lectiones librorum Dem. calamo exaratorum, quos vsurpare mihi licuit, prodant; aliae, vt locos

Dem. ab aliis auctoribus recitatos indicent, lectiones eorum cum noſtris vulgaribus comparent, atque interpretationes, quas illi vetuſti auctores locis demoſthenicis a ſe allegatis ſubiecerunt, in medio proponant; aliae denique, vt artificium oratorium demonſtrent, non illud, quod nos in oratoris locis ſimus reperturi, ſed quod veteres illi technici, Ariſtides et Hermogenes cum ſcholiaſtis ſibi viſi ſunt reperiſſe. Non exartuabo. non excarnificabo Demoſthenem, vt Freigius olim Tullium. Abhorret animus ab hoc genere moleſtae et miſerae putidaeque et vmbraticis magiſtellis relinquendae diligentiae, quam tametſi fuerunt qui me poſcerent, ego tamen cenſeo, locum vllum ſi vsquam habet, priuatis ſcholis adſtringendam, lectorisque cuiusque priuato ſenſui reſeruandam eſſe. Defungar itaque hac rhetorica parte prouinciae meae, non vt rhetoricus, ſed vt philologus, ſeu ruſpator antiquitatis. Non meis verbis, ſed Syriani, ſed Sopatri, ſed Marcellini loquar, quorum ad Hermogenem commentarios, ab Aldo primo editos, qui recudendos daret, quod mireris, ad hoc diei nemo fuit, quum eſſent, qui Victorinum ad Tullii rhetorica iterum iterumque redderent; et Hermogeniani illi interpretes, aliis multis cum rebus, quae nobis hodie nugae videantur, ſuo tempore praecepta fuerunt non inutilia, et vel neceſſaria, dignaque inculcatu, res traderent reuera ſcitu vel nobis hodienum digniſſimas, quas abditas in angulo tam diu iacere, indignum pudendumque ſit. Aliud nihil inde ſi diſcas, hoc vnum certe diſcas, quod ſummi eſt, veteres oratores cum iudicio et cum ſenſu legere eius, quod in iis nobile, excelſum, forte, validis lacertis intortum ſit, et cur quodque ſit. Haec hactenus, quae tu, mi Augere, ne neſcires, qui operam meam demoſthenicam abſolutam et in lucem editam videre geſtis, antequam ad edendam tuam accedas, hoc loco ad teque vnaque reliquos, quotquot erunt, lectores praefanda duxi, quo vobis conſtet, quid ego praeſtandum recipiam, quid vos a me par ſit exſpectare. Apparatus huius critici volumen ſecundum

dum tenebunt Wolfianorum atque Tayloranorum reliqua, quae primum hoc volumen amplecti non potuit, vna cum meis ad oratorem annotationibus. Huic ego parti ipsemet inuigilabo, curamque eius a mendis typographicis climandae non alienis oculis permittam, sed meis mandabo. quamquam otii mei partem haud minimam Dionysianae Archaeologiae volumen tertium, et Plutarchearum vitarum secundum ad se rapient, quae hac item aestate excudentur. Succedent annotationibus ad Dem. meis indices complures, quorum princeps erit index graecitatis demosthenicae. Implebunt hi tertium volumen Apparatus, nisi coniectura in numero voluminum definiendo errat, in quo non labi perarduum est. Variantium lectionum congessi quidem enormem aceruum, verum tam sunt pleraeque futiles, et typis indignae, merae librariorum halucinationes, siue imperitorum, siue oscitantium, vt prorsus supprimendae atque excludendae videantur, cum operae chartarumque compendio, neque nisi paucae, lectu et pensitatu dignae, proferendae. Vni Demostheni si tota mente totoque animo vacare per rationes rerum, in quas me sors mea contrusit, liceret, nullus equidem dubito, exiturum esse opus aliquanto, quam hoc est, limatius. Caeterum, quia saepe numero nostrae spontis non sumus, sed in potestate fatorum, quae volentes ducunt, nolentes trahunt, saepe tantum non inconsulta et iniqua, (me quidem cum diu sissent paene vacuum stare, non natura ignauum, sed cupidum adeo laboris, operasque poscentem praeterissent; nam dudum occasiones edendi graecos auctores frustra circumspexeram votisque arcessiueram; sub vesperam demum, hora vndecima, in vineam ablegarunt, plura simul agenda mandantia:) rogo vos maiorem in modum, Augere humanissime, et quotquot eritis opellae huius meae arbitri, vt festinationi et trepidationi meae, multa cruda, et saepe coeca, a me extorquenti, aequi bonique ignoscatis, voluntatis meae, vobis inseruire contendentis, memores,

proban-

probanda si quae sunt in scriptis meis, cum congratulatione suscipiatis, iisque sine malignitate vtamini, lapsus meos, vt aequos humanosque decet, cum venia, dissimulatione atque silentio transmittatis; aut sicubi necesse factu videatur, molli et benigna reprehensione notetis; denique iis modis me accipiatis, quibus ego soleo Wolfium, Taylorum, Stephanum, Portum, (hominem flagello paene indignum,) item Bryanum, Solanum, alios habere; quos passim locorum turpissime ruentes cernens, conniueo, errores eorum dissimulo, nullos video, aut si tamen castigandi sunt, nominibus parco, eaque reticeo, bene sciens, volensque, neque lectorum diffidens ingenio, sed eorum cuiusque perspicacitati atque conscientiae ea notanda permittens, quae non ideo censendus sum ignorasse, quia notare visum mihi non fuit, dedecus humanae naturae habenti, si quis in inuestigandis aliorum lapsibus, atque in scenam producendis ostentandisque et veluti circumferendis acrem cupidumque se monstret, eoque animum denudet pusillum, degenerem, inuidum, ignauum, malis alienis illaetantem, conscium denique sibi, praeclari ab ipso semet exsistere nil aut parum posse, neque se eminere, nisi per ruinas aliorum. Recordamini quaeso, (et aequa postulo) qui vobis sit futurus animus, quae fortuna, si loco meo sitis, tam districti, tam obruti et paene contriti multitudine atque diuersitate rerum simul agendarum. Tu vero, Augere, V. C. significationem hanc meae erga te voluntatis publico in loco propositam, quin sis beneuolus atque propitius accepturus, nullus dubito. Faxit deus, vt francicum tuum Demosthenem quamprimum edas, ita exasciatum, et ita faustis auibus, vt non modo Turellum pone te reliquisse, sed etiam gentiles tuos studio eloquentiae graecae, hoc est verae, simplicis, naturae consentientis, fortis, excelsae, masculae, accendisse, exemplisque eius nobilissimis atque luculentissimis instruxisse videaris. Scripsi Lipsiae d. 24. Aprilis 1774.

VINCEN-

VINCENTII OBSPOEI
IN ORATIONES DEMOSTHENIS CASTIGATIONES.

Principio in Olynthiacis et Philippicis non ita multa diſcrepare comperi. Nam quae ipſe Aldus adiectis aſteriſcis annotauit, diuerſitatem lectionum indicans, ea cum noſtri exemplaris lectione fere conſentiunt. Quarum ergo orationum diuerſitas iam ante ab Aldo demonſtrata eſt, eam minime annotare viſum eſt: ne in re ante acta ſuperuacue occupati, lectoribus pro theſauro carbones offeramus. Nam multum operae et ſtudii in re prius facta ponere, et ſuperuacuum habetur, et ſtolidum. Caeterum quae nos animaduertimus, ea fere ſunt.

Primum in argumento Libanii primae Olynthiacae, vbi Aldus habet p. 7. 11. ἐκπολιορκήσας ὁ Φίλιππος Ἀθηναίοις παρέδωκεν; legendum eſt, Olynthiis. Nam Potidaeam, quae ſub initium ad Athenienſium ditionem pertinebat, Philippus expugnatam

Olynthiis sociis suis concessérat: vt ex argumento liquet.

17. συνετέθητο γὰρ καὶ κοινῇ, etc. nostrum habebat, συνετέθεντο, pacti erant: haud dubie rectius.

26. ἀσφάλειαν τῶν ἀθηναίων εἶναι: nostrum legebat, ἀσφάλειαν εἶναι τῶν ἀθηναίων: permutatis nonnihil verbis. Sed hunc locum non eram asscripturus, nisi semel lectorem monere in animo esset, me data opera ab eiusmodi annotandis abstinuisse, quod infiniti propemodum se obtulerint: cum non ita magni referat, quo ordine verba sint disposita, modo lectio consentiat: tametsi alia sit alia concinnior et modulatior. Veluti rursus p. 8. 14. ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν οἱ πένητες τῷ ἀναλώματι λυπεῖσθαι; nostrum habebat, λυπεῖσθαι τῷ ἀναλώματι: quod certe sonat suauius, et cadit numerosius.

8. 17. vbi Aldus legit, προῆλθε δὲ εἰς τοσοῦτον, ὥστε οὐκ εἰς τοῦτο μόνον ἐλάμβανον: nostrum sic habebat, προῆλθε δὲ εἰς τοῦτο, ὥστε οὐκ εἰς τόπους μόνον. Eo vero haec peruasit licentia, vt non pro locis solum conducendis sumerent, etc.

27. διὸ καὶ δημοσθένης εὐλαβῶς, nostrum διὰ τοῦτο καὶ δημοσθένης, etc.

vlt. vbi Aldus sic habet, καὶ ὑπερωτήσας ἑαυτὸν ὅτι σὺ γράφεις ταῦτα εἶναι στρατιωτικὰ; ἐπιφέρει, etc. nostrum sic: καὶ ὑπερώτησεν ἑαυτὸν, ὅτι σὺ γράφεις, ταῦτα εἶναι στρατιωτικὰ καὶ ἐπιφέρει. Licet Aldina lectio sit paulo succinctior, tamen nec posterior reiicienda.

9. 1. ταῦτα μὲν περὶ τῶν θεωρικῶν, nostrum τοσαῦτα μὲν περὶ θεωρικῶν, etc.

IN PRIMAM OLYNTHIACAM.

In exordio ἀντὶ πολλῶν ἂν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, non vno in loco in antiquo exemplari comperi tantum simplici-

ſimpliciter ſcriptum ὦ ἀθηναῖοι. Quamuis non magni iſtae minutiae faciendae ſint, quas ſi omnes colligere et annotare voluiſſem: multas ſane paginas compleuiſſem. Sicut p. 11. 8. vbi in Aldino legitur, ἀδὲ παθεῖν ταυτὸν, noſtrum habuit, ἀδὲ παθεῖν ταυτό. Et 14. ὑπὲρ τῆς τῶν εὐβοέων σωτηρίας, noſtrum ὑπὲρ τῆς εὐβοέων σωτηρίας habebat, altero articulorum omiſſo. Caeterum harum minutiarum non parum omiſimus, ne lectori eſſemus taedio. Sicut et eiusmodi locos multos ſciens praeterii παραγνώμην, pro παρὰ γνώμην, et ὅντινεν pro ὅντινα ἕν. et μηδοτιεῖν, pro μηδ' ὅτι, ἕν. et δηλονότι, pro δῆλον ὅτι, et τοκαταρχὰς, pro τὸ κατ' ἀρχὰς. qui omnes coniunctim apud Aldum efferuntur, in noſtro diſiunctim.

pen. vbi in Aldino legitur, ὃς ἀδενός ἐστιν ἐλάττων τῶν προτέρων, noſtrum habebat, ὃς ἀδενός ἐστιν ἐλάττων τῶν πρότερον, quod magis videtur Atticum et Demoſthenicum.

12. 16. vbi Ald. ἕκαστον τῶν προϋπαρξάντων ὡς τὰ πολλὰ κρίνεται habet, in noſtro legitur ἕκαστον τῶν πρὶν ὑπαρξάντων κρίνεται. Quae lectio videtur eſſe emendatior καὶ γνησιωτέρα. 13. 15. σκοπεῖτε εἰς τί ποτε, noſtrum σκοπεῖσθε habet.

14. 1. vbi Aldus habet ἃ τὰς αἰτίας, ἀλλὰ τὰς περὶ πραγμάτων εἰπόντας ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε, noſtrum adhuc dictionem et vt mihi videtur non ocioſam adiectam habebat, ad hunc modum, ἃ τὰς αἰτίας, ἀλλὰ τὰς ὑςάτας περὶ τῶν πραγμάτων εἰπόντας ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε. Vos non culpam merentibus, ſed oratoribus, qui poſtremi de rebus conſilium dixerint, ſuccenſetis.

9. εἰ δὲ θάτερον τέτων ὀλιγωρήσοιτε, in antiquo erat ὀλιγωρήσετε.

17. καὶ περὶ μὲν τῆς βοηθείας ταῦτα γιγνώσκω, in antiquo γινώσκω erat.

21. εἰ μὲν ἦν ταῦτα τοῖς στρατευομένοις ἀποδώσετε, noſtrum antiquum ἀνταποδώσετε habet.

23. μᾶλλον δ' ἅπαντος ἐνδεῖ τῇ πόρῳ, in noſtro μᾶλλον δὲ παντὸς etc. quod prolatu eſt mollius.

15. 2. δεῖ δὴ χρημάτων, in noſtro δεῖ δὲ χρημάτων, quae ſententia ſi vnquam fuit vera, certe hoc ſeculo omnium eſt veriſſima. Siquidem οἴνευ τούτων μὴ μόνον τῶν δεόντων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀναγκαίων οὐδέν ἐστι γενέσθαι.

21. τὰ γὰρ κοινὰ τῶν θετταλῶν, noſtrum τὰ γὰρ κοινὰ τὰ θετταλῶν habuit, neceſſaria et eleganti prioris articuli repetitione. Sicut alias ſaepe apud Demoſthenem in ſimilibus exemplis cernere eſt.

23. ἂν δὲ τούτων ἀποστερηθῇ, in noſtro εἰ δὲ τούτων ἀποστερηθῇ, quantum ad ſenſum attinet nullo diſcrimine.

16. 5. καιρὸν ἡμέτερον νομίσαντας, in noſtro erat ὑμέτερον.

19. τὶς αὐτὸν ἔτι κωλύσει, in antiquo non erat ἔτι.

17. 4. vbi legitur πόσα χρὴ νομίσαι ζημιωθήσεσθαι, noſtrum habebat πόσα ζημιωθήσεσθε.

IN SECVNDAM OLYNTHIACAM.

In ſecunda Olynthiaca nihil fere diuerſitatis comperi, praeter ea, quae ab Aldo ſtellulis indicata ſunt. In argumento Libanii pene in fine pro κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν, in noſtro οἰκείαν, eodem tamen ſenſu manente, ſcriptum inueni.

19. vlt. pro τῷ ποτίδαιαν ἔσαν ἡμετέραν, in noſtro ὑμετέραν reperi. Et 27. 6. pro λέγω δὴ κεφάλαιον, λέγω δὲ erat. Caetera cum Aldino concordarunt.

IN TERTIAM OLYNTHIACAM.

In argumento Libanii tertiae Olynthiacae 27. 2. pro καί τι κατορθῶν, noſtrum habebat καί τοι modico ſane diſcrimine.

27. 3.

27. 3. pro ὁ δὲ δῆμος, noſtrum ὅ, τε δῆμος περιχάρης habebat.

4. pro παρακαλέντες ἐπὶ τιμωρίᾳ, noſtrum τιμωρίαν legit. Eodem verſu pro ὁ δὲ δημοσθένης δεδοικὼς, in noſtro legebatur δέδοικε τοίνυν ὁ δημοσθένης, haud dubie melius et rectius. Et paulo poſt, pro ὀλιγωρήσωσι, ὀλιγωρήσωτι. eodem verſu διὰ τοῦτο παρελθὼν ἐπισκώπτει τὴν ἀλαζονείαν αὐτῶν, in noſtro erat ἐπικόπτει, praecidit, quod profecto magis quadrare videtur ſententiae. Nuſquam enim deridet Athenienſes Demoſthenes, ſed quum nihil actum ſit, indicat, ne in vtramuis aurem, quaſi ſuperato Philippo, dormiant, etſi nonnihil miſſo Olynthiis auxilio expedierint.

28. 3. pro ἐν δὲ τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ τῆς περὶ τῶν θεωρικῶν, ſic in noſtro ſcriptum reperi, ἓν δὲ τοῦτο τῷ λόγῳ καὶ τῆς περὶ θεωρικῶν, etc.

Porro in ipſa oratione 29. vlt. pro μόλις, μόγις, qua tamen idem ſignificant, habebam. Et paulo ſuperius pro ἑξήκοντα, et infra pro πέντε, literis numerus notatus erat, vt in aliis quoque locis, nempe ξ et ε. Sed ea quoque in aliis non imprudens praeterii.

33. 21. pro ἀμφότερα ἐξῆ λαμβάνειν, noſtrum habebat συναμφότερα. Eodem verſu, vbi in Aldino legitur εἰ δέ τις ὑμῖν ἔχοι τὰ θεωρικὰ, in noſtro ſic legebatur, εἰ δέ τις ὑμῖν ἔχει καὶ τὰ θεωρικὰ, adiecta coniunctione καὶ, nec ſuperflue.

34. 18. pro οἱ παριόντες ἅπαντες antiquum habebat παρόντες. 35. 4. pro ὥσπερ ὑμᾶς, ἕτοι νῦν πέντε, in noſtro ὥσπερ ὑμᾶς ἕτοι πέντε erat.

35. 12. pro ἐπὶ μὲν δὴ τῶν ἑλληνικῶν ἦσαν τοιοῦτοι, in noſtro τοιαῦτα legebatur.

14. pro καὶ τοῖς ἰδίοις, in noſtro erat καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις.

37. 6. vbi etiam ab Aldo adiecta est stellula, neque tamen alia lectio indicata, pro ἢ βοηδρόμια πέμψωσι, in antiquo βοΐδια reperi.

Eodem versu pro καὶ τὸ πάντων ἀνανδρότατον, in vetusto exemplari habebatur ἀνδρειότατον.

IN PRIMAM PHILIPPICAM.

In argumento Libanii primae Philippicae 39. 6. vbi Aldus habet κελεύει δὲ δυνάμεις, etc. in nostro κελεύει δὴ δύο δυνάμεις παρασκευάσασθαι haud dubie emendatius legitur.

11. pro ποιεῖσθαι τὰς βοηθείας, in nostro erat συνηθείας. vtrum rectius, doctiores iudicent.

In ipsa oratione 40. 17. pro ἃ προσῆκε, erat προσήκει.

43. 18. pro καὶ γὰρ ἐξεργάσαιτο, erat καὶ τοῦτο ἐξεργάσαιτο.

24. pro ὑπάρχειν ἅπαντας ἑτοίμους, in nostro erat ἑτοίμως.

44. 13. vbi Aldinum habet ταῦτα λέγειν ἔχειν, in antiquo ἔχειν asscriptum non vidi.

vlt. pro οὐδ' εἰ μὴ ποιήσαιτ' ἄν, in nostro ποιήσητε erat.

45. 8. pro παρασκευάσασθαι προσήκειν, erat παρεσκευάσθαι.

46. 1. pro ἔχειν ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοις, legebatur in nostro ἀλλήλους.

vlt. pro παντα χῆ μᾶλλον οἴεται, in nostro legitur οἴχεται, quae germana lectio esse videtur.

48. 11. pro καὐγὼ συμπλέων, erat ἐγὼ δὲ συμπλέων.

14. post haec verba γενήσεται τοῦτ' ἤδη λέξω, erat in nostro vice tituli, πόρος ἀπόδειξις. Praeterea in margine haec verba annotata reperi, ἐντεῦθεν ἔφη διονύσιος ἁλικαρνασσεὺς ἑτέρως λόγος εἶναι ἀρχήν. προοίμιον

μιον δέ φησιν ἐκ ἔχει. ἐπειδὴ δευτερολογία ἐστὶν, ἐν αἷς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκ εἰσὶ προοίμια.

vlt. vbi legitur δεῖ τοίνυν ὑμᾶς ταῦτα ἐνθυμεμένους μὴ βοηθείαις πολεμεῖν, hoc in loco quanquam noſtrum exemplar cum Aldino concordarit, tamen alia manu et illa perantiqua aſſcriptum comperi γράφε γοητείαις. Quae mihi profecto germana lectio eſſe videtur, ſi quis verborum ſenſum paulo attentius legerit. Arguit enim Demoſthenes ciues ſuos ignauiae, proponens Philippi vigilantiam, omnes temporis articulos rei gerendae captantis. Oportere itaque, iſta conſiderantes, non praeſtigiaturis rem agere, ἀλλὰ παρασκευῇ συνεχεῖ, καὶ δυνάμει, vt mox ſequitur. Facilis autem fuit lapſus e γοητείαις in βοηθείαις, nominum affinitate. Veluti in aliis autoribus idem non raro accidiſſe vidimus. Alioqui ſi βοηθείαις legendum ſit, tum Demoſthenes plane pugnantia diceret, cum ſummo apparatu bellum aduerſus Philippum gerendum ſuadeat.

49. 27. pro ᾤχετ' ἄγων, noſtrum habebat ᾤχεθ' ἔχων. Eodem verſu pro τῷ γεραιστῷ, γεραιστῷ legendum eſt, quod eſt promontorium et portus nomen Euboeae. 50. 7. pro ἐπιμελησόμενοι, ἐπιμελέμενοι. Rurſus 17. pro καὶ τῆς τότε παρασκευῆς, in noſtro καὶ τῇ τότε παρασκευῇ ſcriptum legebatur.

26. pro οὐ μένσι τὴν ὑμετέραν βραδυτῆτα καὶ εἰρωνείαν, in noſtro ἐκ ἀναμένσι τὴν ὑμετέραν βραδυτῆτα καὶ ῥᾳθυμίαν. Quamuis ῥᾳθυμίαν in aliis quoque legi Aldus indicarit. Quam enim huc quadret εἰρωνεία, non video. Tempus, quod rebus agendis, inquit, impertiendum erat, apparando conſumitis. Atqui negociorum occaſio et opportunitas veſtram tarditatem et ſocordiam non exſpectant.

51. 17. pro ὥσπερ τῶν στρατευμάτων ἀξιώσειεν ἄν τις, in noſtro ſic ordinata erant verba, ἀξιώσειέ τις ἄν

τις ἂν. 18. pro τὰς εὖ βουλομένους, lege τὰς εὖ βουλευομένους librariorum incuria haud dubie deprauatum.

52. 4. pro ἀδὲ περὶ τῶν χρημάτων, omnino sicut noſtrum habuit, πραγμάτων legendum eſt. Reprehendit eorum incuriam, quod nullam rerum agendarum curam ſuſcipiant, niſi vbi aliquid factum eſſe audierint, etc. nec vſquam in tota oratione pecuniarum mentionem feciſſe videtur.

18. pro μήτε λογίζεται, noſtrum exemplar habebat μήτε ὀργίζεται, magno ſane diſcrimine, licet poſterius ego putem eſſe conuenientius, vt ex verbis Demoſthenis apte poteſt colligi. Demiror autem, neminem veſtrum neque cogitare, neque indignari, videntem principium belli puniendi Philippi gratia ſumptum eſſe, finem vero eo tendere, ne ipſi male affligamur.

19. pro περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον, in noſtro ὑπὲρ τοῦ τιμωρήσασθαι fuit.

53. 17. pro ῥᾳδίως ἐνθένδε ὧσι, legendum opinor ἐνθάδε, licet exemplaria conſenſerint.

19. pro ψηφίζεσθε, ψηφίζησθε rectius legitur. Et pro χρῆν προσδοκᾶν, χρὴ προσδοκᾶν lege.

IN ORATIONEM DE PACE.

In argumento Libanii 55. 12. pro ἀπεκωλύθη in noſtro erat ἀπεκρύσθη. Et 56. 8. pro ἄλλους δ' ἄλλας τινὰς αἰτίας. τούτους δὲ, noſtum ἄλλους δ' ἄλλας τινὰς αἰτίας. τούτους δή, etc. ſcriptum exhibebat, caeteris concordantibus.

In ipſa oratione 58. 3. pro ἐγὼ γὰρ ὦ ἄνδρες, in noſtro ἐγὼ μὲν γὰρ ὦ ἄνδρες erat.

10. pro μετὰ τοῦ προσόφλειν, erat προσοφείλειν. Rurſum 27. pro νῦν ἅπαντας ἡσθῆσθαι, erat in noſtro γινώσκειν.

60. 16. νῦν δ' ὑμᾶς λυθῆναι, legendum eſt νῦν δ' ὑμᾶς λυθῆναι.

61. 3.

61. 3. pro ἕτερος καθεδεῖται, antiquum habebat κατεδεῖται.

11. lege ὧν καὶ φροντίσειεν. 26. pro ἐχθρωδεστέρως ἐχθροτέρως. Aldus quoque ἐχθρῶς legi indicat.

pen. pro ἐνδεικνύμεθα αὐτοῖς fuit ἂν. 62. 22. pro ἔμελλεν αὐτῷ erat ἔμελεν. Et 63. 5. pro ἆρα δεῖ πιεῖν erat ἄρα. Et 10. ὑπομένειν δεῖν, ὑπομεῖναι.

IN SECVNDAM PHILIPPICAM.

In argumento Libanii in secundam Philippicam 4. pro εὐτρεπίζεσθαι εἰς πόλεμον, habebatur πρὸς πόλεμον.

10. pro καὶ περὶ τίνων erat καὶ παρὰ τίνων. Postremo vers. 11. pro ἀδὲ γὰρ ὑπισχνεῖσθαι, in antiquo ἀδὲν γὰρ ὑπεσχῆσθαι, non mediocri sane discrimine, quod haudquaquam obesae naris lector perfacile animaduertet.

In ipsa oratione 66. 22. pro ἐπανορθωθήσητε, haud dubie ἐπανορθωθήσεται legendum est.

67. pen. pro πράττειν ἑαυτῷ, antiquum habebat πράττειν αὐτόν.

68. 6. pro ἀνταλλάξεσθαι lege ἀνταλλάξασθαι.

69. 1. pro μεγογεία lege μεσογεία, et hoc vt primum librarii et correctoris culpa et vitio.

7. pro ἀλλὰ τῷ δικαιστέρως ἀξιῶν, antiquus codex habebat ἀλλὰ τῷ δικαιότερα, etc.

17 pro ὡς ἐλάττειαν τειχιεῖ, nostrum habebat τειχίζει.

70. 1. vbi in Aldino quoque stellula est apposita, pro ἐκ πάντων δ' ἄτις ὀρθῶς θεωροίη πάντα πραγματεύεται, in nostro erat ἐκ πάντων δ' ἄν τις ὀρθῶς θεωροίη, ὅτι πάντα πραγματεύεται, etc. procul dubio rectius, si verborum sensum penitius introspexeris. 11. lege ἀμφότερα.

15. pro μὴ πρότερον φθάσῃ ποιήσας in antiquo paulo aliter legitur, μὴ φθάσῃ ποιήσας πρότερος.

18. pro βελομένους τάτῳ, erat τάτοις.

27. pro οὐ πάντες οἱ πρότερον μακεδονίας, antiquum ἧς πάντες, etc. ſcriptum exhibebat.

71. 18. pro ἀπεύχεσθε, in antiquo ἀπεύξασθε ſcriptum fuit.

72. 6. pro καὶ πολλὲς ἑτέρους λόγους παρὰ τῶν πρέσβεων, in antiquo καὶ πολλοὺς ἑτέρους λόγους καὶ παρὰ τῶν πρέσβεων, etc. pulchra et neceſſaria repetitione coniunctionis legitur καὶ παρὰ τῶν πρέσβεων καὶ παρόντος ἐμοῦ, etc.

73. 3. pro οὐδὲ Φωκέας ὡς ἐγὼ, legendum videtur οὐδὲ Φωκέας τοὺς λέγοντας ὡς ἐγὼ μὲν etc. alterius exemplaris teſtimonio.

vlt. pro μὴ τῶν πρέσβεων, in antiquo αἰτίων legitur. Et 74. 3. διὰ τούτους ἀπολωλότων, erat ἀπολωλεκότων, non multo ſane diſcrimine. 4. pro ἐκ εἰς τὲς αἰτίους, erat πολούς. 6. lege ἕως οὖν ἔτι μέλει.

74. 9. pro τὶς ὁ Φωκέας καὶ πύλας πείσας ὑμᾶς προέσθαι, in antiquo meliori et rectiori ſtructura et ordine τὶς ὁ Φωκέας πείσας ὑμᾶς καὶ πύλας προέσθαι ſcriptum legitur, caeteris conſentientibus.

IN ORATIONEM DE HALONESO.

In argumento Libanii 75. 20. vbi Aldinus codex habet καὶ εὐηθές τι νομίζεται τὸ ἐν τοῖς κροτάφοις ἔχειν, noſtrum antiquum habebat, καὶ εὐηθὲς τὸ νομίζειν ἐν τοῖς κροτάφοις ἔχειν, etc.

In ipſa oratione 77. 21. pro λίμνο, λήμνου emenda, Lemni. 78. 22. pro ἐπιδείκνυται, corrige ἐπιδείκνυτε. 80. 2. pro ἀμφισβητῆσθαι ſuppone ἀμφισβητῆσαι. 84. 24. pro καὶ τὰς πόλεις, noſtrum antiquum habet, καὶ εἰς τὰς πόλεις, addita praepoſitione.

85. 22.

85. 22. vbi Aldinum habet παρασπουδῶν καὶ λύων τὴν εἰρήνην, in noſtro eſt παρασπονδῶν καὶ λύων τὴν εἰρήνην, aperta menda, ſed librariorum culpa, vt pleraque caetera commiſſa. Siquidem quid παρασπονδεῖν τὴν εἰρήνην ſit, vel literis graecis leuiter imbutis liquere puto, et ita legendum, praeſertim ſequente participio ſimili λύων. Caeteris, vt tumultuarie perluſtranti viſum eſt, non diſſentientibus.

IN ORATIONEM DE HIS, QVI IN CHERRHONESO FVERE.

In argumento Libanii 88. 15. pro ἐπολέμει καρδιανοῖς, erat ἐπολέμησε, mutato ſaltem tempore. 89. 1. pro εἴ τί φασιν ἠδικῆσθαι, in vetuſto habebatur εἴγε φασὶν ἀδικεῖσθαι. verſ. 18. pro ἐν ἀσφαλείᾳ γενόμενος, erat ἐν ἀσφαλεῖ, ſenſu non diſcrepante.

In oratione 92. 3. pro ἂν διοπείθης κατηγορεῖσι, noſtrum ἂν διοπείθης, etc. habuit.

19. pro δι' οὗ τὰ παρελθόντα πράγματα, antiquum παρόντα πράγματα habuit. 94. 5. pro αὐτοῖς ſtellula notato αὐτοὶ.

98. 16. pro ὧν νυνὶ παρήκατε καιρῶν, legendum videtur παρήκατε.

100. 2. pro ἃ πολλὰ γένοιτ' ἀνθρώπῳ, γένοιτ' ἂν ἀνθρώπῳ lege.

105. 27. pro τὰς τυράννους ἐκβαλεῖν, antiquum τὸ τὰς τυράννους ἐκβαλεῖν, adiecto articulo τὸ habuit.

106. 5. pro τοιγάρτοι, τούτων καὶ γάρ τοι, legendum indicat.

... pen. οὐδεμιᾷ ταὐτ' ἀνδρείᾳ ποιεῖ lege.

107. 16. pro οὐδὲν πολιτεύομαι, antiquum οὐδὲν πεπολίτευμαι habuit. Deinde vlt. vbi corruptiſſime legitur ἐπ' ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἡ Φύσις, antiquum εἶτα ἐκείνων μὲν ἡ Φύσις habuit.

108. 24. περὶ ὧν ἂν ὁδῆνα εἴποι, lege εἴπῃ, et 109. 9. παύσησθε pro παύσεσθε, omnibus fere librariorum incuria deprauatis.

IN TERTIAM PHILIPPICAM.

In tertia Philippica 110. 11. pro ἐβούλοντο οἱ παρ-ιόντες, in antiquo παρόντες scriptum inuenimus.

14. vbi Aldinum legit πολλὰ μὲν οὖν ἴσως τὰ αἴτια, noſtrum πολλὰ μὲν οὖν ἴσως ἐϛὶν τὰ αἴτια.

21. pro οὐκοῦν οὐδ' ὑμᾶς οἴονταϛ ἔχειν, noſtrum οὐκοῦν οὐδ' ὑμᾶς οἴονταϛ δεῖν ἔχειν. vtrobique dictionem non ocioſam adiectam habuit.

113. 6. pro αὐτὸς, αὐτὸν.

114. 19. pro καίτοι ταῦτα καίτοι, τοιαῦτα πράττων.

117. 18. pro βραχέων ξημάτων, βραχέος λόγου reperi.

123. 14. pro ὑποδεδωκέναϛ, ἐπιδεδωκέναϛ, procul dubio rectius.

124. 5. loco προέσθαϛ, antiquum προσέσθαϛ legit.

125. 21. lege ἀκούοντες δὲ τούτων τὰ πολλὰ, etc.

127. 4. pro ὅτι δικαίως καὶ καθαρῶς, antiquum addita adhuc coniunctione ὅτι καὶ δικαίως καὶ καθαρῶς habuit.

18. vbi Aldinum habet οἵδ' ἐξ ὧν ἔμελλον σωθήσεσθαι, πολλὰ δὲ καὶ, etc. in noſtro antiquo plura verba aderant ad hunc modum: οἵδ' ἐξ ὧν ἔμελλον σωθήσεσθαι· πολλὰ δὲ οἷς προσῆσαν ἀπέχθειαι καὶ etc. quae neceſſaria eſſe ad verborum ſenſum, vel ſemidoctus intelligit.

129. 7. pro ἔλεσι, ἕλησι, emenda librariorum vitium.

12. pro ἵν' ἐὰν μὴ πείσητε, legendum videtur ἵν' ἐὰν μὲν πείσητε, etc.

27. pro

27. pro ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐν Χερρονήσῳ, legendum est ἀλλὰ τὸ μὲν ἐν Χερρονήσῳ χρήματ' ἀποστέλλειν, etc.

130. 14. haec verba omnia, εἰ γὰρ ἦσαν, εὕρηντ' ἂν πάλαι, ἕνεκα τοῦ μηδὲν ὑμᾶς αὐτοὺς ποιεῖν ἐθέλειν, ἀλλὰ οὐκ εἰσὶν in vetusto exemplari defuere. Et tantum in tertiam Philippicam.

IN QVARTAM PHILIPPICAM.

In argumento Libanii statim initio, pro καὶ οὗτος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔχει, nostrum καὶ ἕτος ὁ λόγος τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔχει habuit.

In oratione 133. 25. pro ἐπ' οὐδενὶ τούτων, nostrum οὐδὲν τούτων habuit.

139. 25. pro ἕτος ἀνάρπαστος, in nostro erat ἀνάσπαστος, eodem pene sensu. Idem quoque Aldus indicauit, sed non apposito asteriſco.

140. 10. pro καὶ δὴ Βάρβαρος, in nostro ὁ δὴ Βάρβαρος. 12. pro ἐγὼ γὰρ, ὅταν ἴδω τὸν μὲν etc. in nostro adiectam adhuc dictiunculam τινὰ reperi, ad hunc modum, ἐγὼ γὰρ ὅταν ἴδω τινὰ τὸν μὲν, etc.

141. 1. pro ἐπιδεεῖς καταδεεῖς scriptum legi. Reliqua, quae annotata sunt ab Aldo stellulis siue asteriſcis, cum nostro consentiebant.

142. 24. pro καταβιβάζοντας, emenda et suppone, μεταβιβάζοντας, et hoc librariorum incuria deprauatum.

144. 20. pro καὶ τοῖς ὅπλοις, in nostro εἰ τοῖς ὅπλοις, etc. erat.

146. pen. pro οἰομένοις ἅπαντες, in nostro εἰθισμένοις ἅπαντ' ἀναθεῖναι, etc. scriptum reperi.

150. 21. pro ἀσφαλὲς τὸ τὰ αὑτῆς, etc. in nostro ἀσφαλὲς τὸ μὴ τὰ αὑτῆς, etc. reperi, addito adhuc aduerbio μὴ.

IN

IN EAM, QVAE EST CONTRA PHILIPPI EPISTOLAM.

In epistola Philippi 158. 2. pro πρέσβεις ἀποστέλαντος, antiquum πρεσβείας habebat. 159. 13. pro περὶ τῶν αἰχμαλώτων, in antiquo ὑπὲρ τῶν αἰχμαλώτων legi.

17. pro καὶ τὸ παρανομεῖν, καί τοι τὸ παρανομεῖν.

24. vbi corrupte legitur in Aldino νῦν αὐτὸς φαίνεσθαι ποιοῦντας, in antiquo sic emendatum reperi, νῦν αὐτὰ φαίνεσθε ποιοῦντες. Atque ita legendum esse, antecedentia verba satis confirmant. Qui vero hoc graue esse non possit, quod ea, quorum gratia alios sic odio habuistis, nunc ipsi facere videmini. Quin etiam particula εἰ sic legi cogit.

162. 5. vbi Aldus habet οὔτε τοὺς φρουροὺς ἀπεδίδοσαν, nostrum φῶρας fures habuit.

8. pro ἐπισκήψασθε, emenda ἐπεσκέψασθε.

164. 14. pro οἱ παρὰ τοῖς ἄλλοις, antiquum πρὸς τοῖς ἄλλοις legit.

20. sic legendum, ὅθεν καὶ τῶν αἰχμαλώτων μήδων ὢν ἀπαρχὴν ἀνδριάντα χρυσῆν ἀνέστησεν, statuam auream erexit.

IN EAM, QVAE ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΤΙΚΟΣ INSCRIBITVR.

Pag. 166. 17. pro κατασκευάζεσθε, κατασκευάσεσθε reperi.

167. 15. vbi Aldus legit, λαμβάνειν ὑμᾶς φημὶ τὸ ἴσον, comperi deesse verbum ad hunc modum, λαμβάνειν ὑμᾶς φημὶ χρῆναι τὸ ἴσον ἔκαστον, plane ad sensum verborum necessarium.

168. 14. pro ἅτε παρασκευάζεσθε, κατασκευάζεσθε reperi.

173. 1.

173. 1. pro τὰς μὲν δὴ πολιτικὰς, noſtrum πολιτείας habuit. Paulo ſuperius 172, 16. pro μαραθῶνι emenda μαραθῶνι.

13. pro μεγάλην οἶμαι καὶ τιμίαν, noſtrum ſeu antiquum exemplar μεγάλην καὶ τίμιον οἶμαι habuit.

vlt. pro ἐκείνας πεπραμένων, noſtrum procul dubio rectius πεπραγμένων legit. Iubet enim Athenienſes conſiderare facta maiorum, et conferre cum ſuis ipſorum.

174. 27. pro ὀνόματι ἀκολάθες, in noſtro ὀνόματι παραπλησίας legi.

IN EAM, CVIVS TITVLVS EST ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΥΜΜΟΡΙΩΝ.

In argumento Libanii 177. 2. ſic ſcriptum reperi, ὁ μὲν τῶν ἀθηναίων δῆμος καὶ κεκίνηται καὶ συγκαλεῖν, etc. 5. προεξανίσασθε legendum eſt. In fine pro τῶν λειτεργούντων, in antiquo λειτεργιῶν reperi, non magni diſcriminis aut momenti diuerſitate.

In ipſa oratione 179. pen. pro σκεπτέον ἐστὶν, ego σκεπτέον χρὴ ſcriptum reperi.

180. 8. pro δόξαν ἀνδρίας λαβεῖν, δόξαν ἀνδρείας λαβεῖν legendum.

181. 26. pro ἔχοντα μῆκος, noſtrum ἔχοντα μήκοθεν habuit. Et vlt. pro ἀκέσαντας ὑμᾶς αὐτὰς, αὐτὴν, in foeminino genere, noſtrum legit.

184. 14. pro καὶ τριήρεις πόσαι, antiquum ποῖαι exhibuit.

188. 7. pro ὅτι ἕως, in antiquo τέως legi.

IN EAM, QVAE EST DE RHODIORVM LIBERTATE.

Pag. 191. 18. pro ἀτυχήμασιν, in noſtro ἀτυχήσασι erat.

194. 19. pro ἔτε ἰδία ξένος, noſtrum ἔτε ἰδιόξενος vnica dictione habuit.

196. 15.

196. 15. a principio pro καὶ δίκαια noſtrum δίκαιον.

200. 1. vbi Aldus legit ὅταν ἓν μηδὲν ᾖ διὰ τούτους ἀκονιτὶ τῶν δεόντων γενέσθαι, in noſtro ſic ſcriptum reperi, ὅτ' ἂν ἓν μηδενὸς ἀκόσητε τῶν δεόντων ἀκονιτὶ γίγνεσθαι. quae lectio mihi magis arridet. Caeterum quam pro Megalopolitanis dixit, nuſquam diſcrepare comperi. Sed neque in illa, quae de foederibus cum Alexandro initis dicta eſt, quicquam, quod alicuius momenti eſſet, inueni, niſi 214. 17. pro τὴν πόλιν ὁ μακεδὼν, τὸν δῆμον in noſtro erat. Et 215. 14. pro ὁμογίαις, ὁμολογίαις emenda: caeteris cum Aldino concordantibus *.

IN ORATIONEM FVNEBREM.

Pag. 1388. 2. pro ἐν τῷ πολέμῳ γεγενημένους, ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ γεγονότας. 1389. 8. pro ὅμως μέντοι, ὁμοίως μέντοι.

22. ἀπηλλαττόμην τῶν λόγων, ἐπειδὴ δὲ καὶ γεγενῆσθαι antiquum exemplar habet. Deinde 1390. 9. pro γνησίῳ, γνησίους.

1391. 4. καὶ τὸν πολλῶν ἄλλων ζόλον in antiquo erat.

7. pro κωλύσαι, καθαλύσαι. 1392. 17. pro ἡ ἐκείνων ἀρετὴ πολλὰ καλὰ δίδωσιν εἰπεῖν, καὶ πρόχειρα, ἃ ῥᾴδιον μέν ἐστι διελθεῖν, antiquum ἡ ἐκείνων ἀρετὴ πολλὰ δείκνυσιν αὐτῇ ἃ καὶ πρόχειρα καὶ ῥᾴδιον ἐπελθεῖν ἐστι.

1393. 4. pro καὶ ἀκριβέστερον τοῦτο, in antiquo ἀφειδέστερον τᾶτο παρεσκευασάμην. 1394. 22. pro νικᾶν δὲ ὁμοίως ἀμφοτέροις, erat νικᾶν δὲ ὁμοίως ἀμφότεροι.

1395. 4.

* Obſopoei annotationes ad orationes Demoſthenis a ſe editas Taylorus ſuis intexuit.

1395. 4. pro τοὺς ἐκείνων οἰκείους, τοῖς ἐκείνων οἰκείοις in datiuo. 10. τȣ̃ τῆς τῶν etc. nonnulli ȣ̓̓τε τῆς τῶν τετελευτηκότων. nonnulli ἢ τῆς τῶν τετελευ. etc. legunt.

1396. 6. pro ἡ πᾶσα τῆς ἑλλάδος, ἡ πάσης τῆς ἑλλάδος. versu 16. pro ἐξέλοι, ἐξέλοιτο. ibid. ὁ λειπόμενος ἂν ἡμῖν βίος. sic habet antiquum. Et 18. pro πᾶς ὁ πρὸ τȣ̃ ζῆλος ita legendum est πᾶς ὁ πρὸ τούτων ζῆλος.

1397. 4. pro οὔτε ὁ μόνος est ὥςε ὁ μόνος.

18. pro εἰς προῦπτον, εἰς προύπον.

1398. 2. pro εἰ μὴ συγγενῆ φανήσονται τὸν θυμὸν ἔχοντες ἐκείνοις, εἰ μὴ συγγενεῖς ὄντες ὅμοιοι ἐκείναις φανήσονται. 5. pro ὡς αὐτὰς ἔδοσαν erat ἑαυτὰς. Et 10. pro τῆς μητρός φησιν φαίδρας erat αἴδρας. Et 13. pro ἡ δὲ τοὺς οἰκείους σύμπαντας γονέας, οἱ δὲ τοὺς οἴκοι σύμπαντας οἰκείους γονέας.

1399. 15. pro ἀγήρω καταλείπουσι, ἀγείρων καταλείπουσι.

Ib. pro παῖδες οἱ τούτων ὀνομαςὶ γραφήσονται, omnino legendum est τραφήσονται. Loquitur enim de alendis pueris atque etiam parentibus eorum, qui in bello ceciderant, sicut 16. καὶ γονεῖς οἱ τούτων περίβλεπτοι γηροτροφήσονται.

IN ORATIONEM AMATORIAM.

Pag. 1401. 15. legendum est ὁ δ' ἄλλος λόγος, et non ἄλλοις.

19. pro δεκτικοῖς τῶν λόγων, antiquum habebat λεκτικοῖς τῶν λόγων. 1402. 16. pro οὔτ' αἰσχρῶν ἀποτόμως ὄντων, ȣ̓̓τ' αἰσχρῶν ἀποτόμων ὄντων.

1403. 21. οὐδὲ τὰ μετρίως ἐσκεμμένα, etc. legendum est.

24. pro μάλιςα κατειπεῖν, in antiquo, κατεπείγειν. 1404. 23. ἃ πολλοῖς ἤδη συνέπεσε τῶν κάλ-

λους μετασχόντων, ἢ γὰρ διὰ ῥᾳθυμίαν τῶ σώματος ἅπασαν συνέπραξαν, etc. in antiquo sic, ἃ πολλοῖς ἄλλοις ἤδη συνέπεσε τῶν κάλλους μετασχόντων. ἢ γὰρ διὰ ῥᾳθυμίαν τῶ σχήματος ἅπασαν συνετάραξαν τὴν ὑπάρχουσαν εὐπρέπειαν.

1405. 8. pro τὸ τὰ κατεπάγοιθ', etc. in antiquo κατεπείγοντα.

22. pro εἰ μὲν οὖν οἷόν τ' ἦν, legendum οἷός' ἦν, si dicendi facultate pulchritudinis tuae laudes queam assequi.

1406. 22. pro ἢ γὰρ χάριν ἐμιλοῦι τα, legendum, πρὸς χάριν, etc. 1407. 4. pro τῆ τῶν εὐαρμοσία, erat συναρμοσία. 17. pro δόξαν θηρωμένης, erat δόξαν θηρωμένων.

25. pro τὴν τοίνυν ἀνδρείαν, erat τὴν τοιαύτην τοίνυν ἀνδρείαν.

1408. 16. pro τοὺς τὴν πυγμὴν, in antiquo, τοὺς δὲ τὴν πυγμὴν.

1409. 9. pro οὐδὲ καλῶς πρὸς ἅπαντα πεφυκέναι, antiquum, οὐδὲ καλῶς πρὸς ἅπαντα ἀεὶ πεφυκέναι, etc.

1411. 2. pro σαυτὸν προκρίνας, σαυτοῦ προκρίνας legendum.

1412. 8. pro ὑπομνήματα ἔχουσι, in antiquo, ὑπομένουσι scriptum erat.

1414. 3. pro εὖ δι' ἴσθι τὴν μὲν, etc. εὖ δι' ἴσθι τὴν μὲν ἐκ τῶν πράξεων, etc.

17. pro καὶ τῆς ἄλλης τοιαύτης παιδείας, in antiquo, καὶ τῆς ἄλλης τῆς τοιαύτης, etc.

23. Antiquum sic, τοῦτο μὲν γὰρ περικλέα τὸν συνέσει πλεῖξον τῶν καθ' αὑτὸν διενεγκεῖν, etc. Multae eiusmodi particulae et monosyllabae dictiones in Aldino exemplari desiderantur, quae certe sine insigni interdum defectu et sermonis iniuria abesse non possunt.

Et quae

Et quae omiſſae nonnunquam multum tenebrarum doctis quoque lectoribus offundunt.

1415. 1. pro ὑπερακρέατως, in noſtro erat, ὑπεράκρεως.

15. pro πολὺν γὰρ ἦν ἀτοπώτερον, πολὺ γὰρ ἦν ἀτοπώτερον legendum eſt.

1416. 2. διὰ τῆς πραττείας, legendum eſt, διὰ τῆς πραγματείας.

Haſce non paucorum locorum caſtigationes, et lectionum diuerſitates non omnino reſpuendas, bone lector, candido animo ſuſcipias. Quas ſi ruſtice et ineleganter collegimus, cogites velim, nullam Epidixin hic nos conſcribere voluiſſe, ſed ipſam rem quam nudiſſime proponere. Denique hoc genus ſcriptionis non multum ornatum accipit, vel iuxta tritum illum vulgi ſermone verſiculum: Ornari res ipſa negat, contenta doceri.

HIERONYMI WOLFII
ANNOTATIONES
AD DEMOSTHENIS
RELIQVIAS.

Pag. 8. 4. οὐχ ὡς ὑπείληπται.) Sic legendum, non οὕτως. Sed in exemplari quodam, ſiue Romano, ſiue Florentino, (eſt enim ἀνώνυμον) paucarum Demoſthenis orationum legitur: φησὶ δὲ μὴ δυσμάχητον εἶναι τὸν Φίλιππον ἔτως, ὡς ὑπείληπται. Quibus in verbis, tametſi ἔτως abeſſe poteſt, ferri tamen idem etiam poteſt, vt ſententia ſit: Eſſe quidem potentem Philippum, ſed non inuictum. ὑπείληπται.] Scilicet ὁ Φίλιππος,

quam existimetur: ab ὑπολαμβάνομαι. vt in Busiride Isocratis: οἱ μειζόνως, ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν ὑπολαμβανόμενοι: quorum maior est existimatio, quam merentur. Potest etiam ὑπείληπται capi impersonaliter, vt λέγεται, etc.

8. 18. οὐκ εἰς τοῦτο.] Alia exemplaria habent εἰς τόπους, sed nihil refert.

8. 20. περὶ τὰς.] circa expeditiones, in expeditionibus, vel, ad expeditiones obeundas. Quanquam dubito, an pro περὶ legendum sit, ἐπὶ, vel πρὸς.

8. 21. μισθὸν] Mercedem, id est stipendium, pecuniam, quae numerabatur militibus. nam cibaria etiam data esse militibus, quae σιτηρέσιον appellarentur, e Philippicis, et oratione πρὸς πολυκλέα videtur posse colligi, vt alio loco indicabimus. Est et apud Caesarem frequens, metiri frumentum militibus.

8. 24. νόμον ἔθεντο.] θεῖναι νόμον, est legem ferre, rogare. θέσθαι νόμον, iubere, sancire, comprobare. hoc populus fecit, illud legislator Eubulus. τῷ θέσθαι, contrarium est τὸ λύσαι καὶ καταψηφίσασθαι, abrogare, improbare, repudiare legem.

9. 1. τοσαῦτα μὲν] Alia exemplaria ταῦτα μὲν. subintelligitur εἰρήσθω. Atque haec de theatrali pecunia scilicet dicta sint.

9. 5. τὰ πράγματα.] Scilicet τὴν ἡγεμονίαν. Apud Xenophontem ἔῤῥει τὰ καλὰ, perierunt bona, id est, res nostrae sunt afflictae, mutata est fortuna reipubl.

IN PRIMAM OLYNTHIACAM.

Pag. 9. 6. ἥκει.] Dubitari potest, an legendum sit ἥκοι, per οι, aut ἥκῃ, per η. Quamquam enim saepe indicatiuis vtuntur Graeci subiunctiuorum loco, aut optatiuorum: ea res tamen non raro librariis accepta referri potest. Quid enim facilius, (indoctis praesertim, aut parum attentis, atque petulantibus) quam vocales, diphthongos, accentus, distinctiones inter se permi-

permiſcere, crucemque figere (vt Virgilius dicere ſolebat) grammaticis?

9. 9. ἐξ ἁπάντων] ſcilicet τῶν λεχθέντων, τῶν συμβεβουλευμένων.

9. 10. αἵρεσιν.] Sicut dicimus, αἱροῦμαι ἐξ ἁπάντων τὸ συμφέρον: ſic αἵρεσις τοῦ συμφέροντος ἐξ ἁπάντων. Poſtea coniunges, γενέσθαι ὑμῖν ῥᾳδίαν: non, τοῦ συμφέροντος ὑμῖν, quanquam hoc quoque tam ſententia, quam conſtructio, patitur.

9. 12. τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων.] Quarum? τῆς τῶν ὀλυνθίων συμμαχίας, ἢ τῆς τῶν ἑλλήνων ἀρχῆς. Si ἐκείνων ad Olynthios refertur, reſpicit non ad praeſentem deliberationem, ſed ad ſitum vrbis: alioqui τούτων dicendum fuiſſet.

9. 13. ὑπὲρ σωτηρίας αὐτῶν.] αὐτῶν, ſi tenui ſpiritu legatur, ſubintelligi poteſt πραγμάτων, vt referatur ſiue ad conſeruationem principatus Graeciae, ſiue ad defenſionem Olynthiorum, vt ſit ſententia: Si rei bene gerendae occaſionem non vultis amittere: ſed malo αὑτῶν, cum aſpiratione, vt de ipſis Athenienſibus intelligatur, ac pro ὑμῶν αὐτῶν accipiatur.

9. 17. ἐνθένδε.] ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως: hinc mittendis ciuibus, non alibi mercenario milite conſcribendo.

Ibid. βοηθήσητε.] βοήθειαν πέμψητε, ἦγεν πολιτικὴν δύναμιν, ἀλλ' οὐ ξένους. Miſerunt tandem Athenienſes Olynthiis auxilio, vt in oratione Falſae legationis autor eſt Demoſthenes, decies mille conductitios, quater mille ciues, quinquaginta triremes: quae tamen eis omnia, proditorum ſcelere, nihil profuerunt.

10. 6. τρέψηται.] In Vlpiano legitur τρέψῃ, actiua, non media voce. quod ſi rectum eſſet, legendum putarem, τρέψῃ τε καὶ παρασπάσῃ τι. ſed parum refert, et παρασπάσηται ſonum habet ampliorem.

τρέψηται.] Scilicet τὶ, vel τὰς γνώμας τῶν ὀλυνθίων: vertat ac mutet aliquid, auertat animos Olynthiorum a noſtra ſocietate.

10. 14. τὰς καταλλαγάς.] διαλλαγὰς, quod magis eſt proprium, ſed illud ſonantius: καίτοι οὐτὰ νομίσματα μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱ φιλίαι καὶ αἱ ἔχθραι καταλλάττονται. reconciliationem, pacificationem. Nam Philippum Olynthiis intuliſſe bellum, docet Libanius.

11. 5. ἐκ τῶν πρὸς αὐτὲς ἐγκλημάτων] Ob crimina illata ſibi a Philippo, qui eos, vt perfidos et foedifragos, criminatur, ob pacem nobiſcum factam. Si non πρὸς αὐτὲς, ſed πρὸς αὐτὸν legeretur: ſententia eſſet, propter iniurias, quibus ſe ab eo affectos eſſe queruntur.

11. 10. ἥκομεν βεβοηθηκότες.] Veniremus auxiliati, ſcilicet, pulſis Thebanis. Vide in oratione Cherſoneſitana concionem Timothei. Niſi forte intelligendum eſt de Macedonibus, autore Demoſthene, pulſis, cuius rei Plutarchus meminit in vita noſtri autoris.

11. 16. πραγμάτων.] ἀσχολιῶν, λυπῶν, δαπανῶν, πολέμων. Amphipolitanum bellum conſtitiſſe Athenienſibus mille ducentis talentis, docet Vlpianus, plus ſexta parte aeſtimationis agri Attici, quae fuit, vt in oratione περὶ συμμοριῶν legimus, ἑξάκις χιλίων ταλάντων. Illud igitur vere fuit hamo aureo piſcari, quod et noſtra aetate factum meminimus. Demoſthenes Olynthiaca ſecunda 1500. ταλάντων meminit, τῶν μάτην ἀνηλωμένων. Bellum autem illud fuiſſe tam Philippo, quam Athenienſibus, graue, tum ex Demoſthene conſtat, tum ex Iſocratis etiam noſtri Philippica.

11. 26. νυνὶ δὲ καιρὸς ἥκει, τίς; οὗτος ὁ.] Alii ſic diſtingunt, ἥκει, τὶς οὗτος; ὁ. Alii, ἥκει τὶς, οὗτος

τος ὁ. quae haud scio an rectissima sit. Nescio enim, quomodo hic interrogatio mihi asperior videtur. τὸ τὶς idem quod οὐκ εὐκαταφρόνητος.

12. 10. ὅσα λάβῃ καὶ σώσῃ.] καὶ, etiam: Si quam acceperit, eam etiam conseruarit.

12. 18. ταῦτ'.] τὰ ἠμεληµένα, correctis iis quae negleximus. nili quis malit ταῦτα referre ad τὰ λοιπὰ, et ἐπανορθώσασθαι interpretari pro κατορθοῦν, rite administrare: in quo et ipso nihil sane est incommodi.

12. 20. προησόµεθα, καταφρέψεται.] Non improbo hanc lectionem, sed malim subiunctiuo per ω et η, προησώµεθα, καταφρέψηται. Suspecta enim mihi est inscitia et oscitantia librariorum, qui τὰ χαρακτηριστικὰ γράµµατα modorum non obseruant, ο, ε, αι, ου indicatiui: οι αι optatiui: ω, η subiunctiui: qui certe modus hic requiritur, ὑποθετικῶς λεγοµένων τούτων, ἀλλὰ µὴ ἀποφαντικῶς. Neque necesse est ad χρόνων ἐναλλαγὴν confugere.

23. ὅποι βάλεται.] Quo vult, κατ' εὐφηµισµὸν, ne male ominetur, si dicat, eum etiam in Atticam ire et velle et posse.

13. 1. ἐκβαλών.] vt Terem et Cersobleptem, vt apparet ex Philippi literis.

2. καταστήσας.] Fuerunt etiam alii duo, vt ex Aristocratea oratione apparet, ἀµάδοκος καὶ βηριστάδης: quibus, an vero aliis, regna confirmarit, ego affirmare, propter historiae ignorationem, non possum. Sitalci tamen regnum confirmasse videtur.

5. ἀρύµβαν.] Alii ἀρύββαν, vt Pausanias, non per µ, sed per duo ββ. Scribunt nonnulli u, vt parum a µ distet. fuit patruus, θεῖος πρὸς πατρὸς, Olympiadis, vxoris Philippi, Epiri princeps. Plutarchus ἀρύβαν vno β scribit, eique tribuit filium Aeaciden, nepotem Pyrrhum. Frater Arymbae fuit Neoptolemus Olympiadis pater.

13. 10. ἢ συζῇ.] Cum qua viuit: id est, quae indiuidua eius comes est, in qua omne suum studium et aetatem consumsit. συμβιῶναι idem valet, quod συζῆν, vt in oratione de Corona: ἐγὼ μὲν δὴ τοιαύτῃ συμβεβίωκα τύχῃ.

19. τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ.] Possit etiam legi ὅνπερ.

21. τῶν ἀρχαίων ἀπέσησαν.] Domo profugiunt. Suidas, ἀρχαῖα τὰ κεφάλαια τῶν τόκων, interpretatur. Sed Vlpianus τῶν ἀρχαίων exponit, τῶν ἐνεχύρων, pignoribus cedunt. quod genus sunt aedes, praedia, vestes, etc. pro ἀπέσησαν alibi vsurpat, ἐξέσησαν. οἱ δ', inquit, ἐπειδὰν διαλύειν ἐδέησαν οἷς ὤφειλον· ἐξέσησαν ἁπάντων τῶν ὄντων. Item Aristophanes νεφέλαις· ἰὼ κλαίετ', ὦ βολοσάται, αὐτοί τε καὶ τἀρχαῖα καὶ τόκοι τόκων. ἐδὲν γὰρ ἂν με φλαῦρον ἐργάσαισθ' ἔτι. Budaeus τἀρχαῖα τὰ πατρῶα exponit.

23. ἐπὶ πολλῷ.] Scilicet τόκῳ, βλάβει.

14. 1. αἰτίας, ὑσάτας.] ὑσάτας, in Aldino codice oscitantia librarii omissum puto. Nam sententiae non incommodat, et in προοιμίοις δημηγορικοῖς eodem modo vsurpatur. Caesar in Catilinaria: Plerique mortales, inquit, postrema meminere. Vulgus proxima quaeque meminit, caetera obliuiscitur: cuius ingenium in oratione Falsae legationis egregie describitur. In hanc sententiam etiam secunda Philippica: ὁρῶ γὰρ, inquit, ὡς τὰ πολλὰ ἐνίας, οὐκ εἰς τὰς αἰτίας, ἀλλ' εἰς τὰς ὑπὸ χεῖρα μάλισα τὴν ὀργὴν ἀφιένλας.

6. διχῇ βοηθητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ὑμῖν.] Gemini datiui eidem additi aduerbio, βοηθητέον ὑμῖν τοῖς πράγμασιν: id est ὑμᾶς δεῖν βοηθεῖν τοῖς πράγμασι.

27. καὶ μίαν εἶναι.] Haec sententia in tertia Olynthiaca repetitur, et clarius explicatur: τὴν αὐτὴν τᾷ λαβεῖν, τᾷ στρατεύεσθαι, etc. ἰάξιν ποιήσας. Exstat huius argu-

argumenti tota oratio *περὶ συντάξεως*, vbi de hoc vocabulo plura dicturi sumus.

15. 1. *πολλῶν.*] Scilicet *χρημάτων.* Recenset Plutarchus Crobyli dictum, *ὅτι ὁ πόλεμος τεταγμένα οὐ σιτεῖται*: bellum demenso non pasci. et Thucydides: *ὅτι ὁ πόλεμος ἥκιστα ἐπὶ ῥητοῖς προχωρεῖ.* id est, incertos esse bellorum euentus, vel, vt Liuius loquitur, euentus nusquam minus respondere, quam in bellis.

16. *τὰ τῶν Θετταλῶν.*] Vlpianus hic argutias quaerit. sed vt dicimus, *τὰ τῆς δικαιοσύνης*, pro iustitia: sic etiam *τὰ τῶν Θεσσαλῶν*, dici puto pro Thessalis.

Ibid. *ταῦτα γὰρ.*] id est *ἕτοι οἱ Θεσσαλοί.*

26. *τέτες ἅπαντας.*] scilicet *τὲς ὑπὸ Φίλιππον ὄντας καὶ δεδελωμένες.*

16. 1. *παρὰ τὴν ἀξίαν.*] *ἄξιος, α, ον*: dignus, a, um. *ἡ ἀξία* substantiue, dignitas, pretium, meritum. *κατ' ἀξίαν*, id est, *ἀξίως*, pro dignitate. *ὑπὲρ τὴν ἀξίαν*, supra dignitatem. *παρ' ἀξίαν*, contra dignitatem. Significat igitur, Philippum ob improbitatem indignum esse tantis successibus. In *β. ὀλυνθ. οἱ παρὰ τὴν ἀξίαν αὐτῶν δεδελωμένοι Θεσσαλοί.* Quos, cum hic perfidos vocet, ibi tamen Philippo anteponit. Atque haec vulgaris expositio vocabuli est: sed mihi nescio, quomodo interdum non tam dignitatem, quam aliquid, quod modum et consuetudinem excedit, significare videtur. vt, *τὸ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν*, sit immodica et inusitata felicitas, *παράλογος εὐτυχία*, quam ipse etiam Philippus apud Lucianum sibi tribuit, his verbis: *τῇ παραδόξῳ ῥοπῇ τῆς τύχης τῇ πολλὰ πολλάκις ἡμῖν συνεργασμένῃ κεκρατήκαμεν.* Pausanias item in Messeniacis: *διὰ δὲ τὴν κεφότητα ἐ χαλεπῶς ἀποφευγόντων τῶν μεσσηνίων, ἀπορία τοῖς λακεδαιμονίοις, καὶ ἀπ' αὐτῆς ἤδη καὶ ὀργὴ γίνεται, πεφύκασι δέ πως οἱ ἄνθρωποι μάλις' ἔχειν ἀκρατῶς πρὸς τὰ παρ'*

ἀξίαν. hoc eſt (vt ego quidem interpretor: qui volet, transferat aliter) Cum autem Meſſenii, vt homines expediti, haud difficulter refugerent: aeſtuare Lacedaemonii, atque ex eo iam etiam iraſci coeperunt. Natura enim ita fert, vt ea maxime commoueant homines, quae ab vſitata ratione recedunt. Indignum ſcilicet facinus iudicabant Lacones, ſe a fugitiuis Meſſeniis ita vexari, vt Antonius a Parthis: quos in ſtataria pugna facile confeciſſent.

16. 4. τὴν ἀκαιρίαν, τὴν ἐκείνου.] τῷ Φιλίππῳ. Quae autem eſt illa ἀκαιρία? Bellum Olynthiorum, Theſſalorum perfidia, Barbari ſtudentes nouis rebus, quorum fidem lubricam etiam Alexander initio regni eſt expertus. Vide Arrianum libro 1.

5. συναίρασθαι.] a συναίρομαι, adiuto. Praepoſitio σὺν fere perpetuo etiam in compoſitione datiuum poſtulat, cui ſaepe accedit accuſatiuus: vt συμβουλεύω σοὶ τὰ δέοντα. Poteſt igitur hic etiam datiuus τῷ καιρῷ, vel τῇ τύχῃ (vt Vlpianus monet) vel τοῖς ὀλυνθίοις ſubintelligi.

8. λογιζομένους πῶς ἂν εἴεσθαι.] Haec male cohaerent. Dicendum enim fuiſſet, λογιζομένους πῶς ἂν ἑτοίμως ἐφ' ἡμᾶς ἔλθοι. ſed Demoſthenes αὐτὸν εἴεσθε ex affectu interpoſuit. Affectus autem leges grammaticae non minus negligunt, quam reipublicae.

17. τὴν ἐκείνου τὴν ὑπάρχουσαν.] Id eſt, πατρῴαν χώραν τὴν μακεδονίαν, ἣν νῦν ἔχει. quaſi dicat: Adeo non licebit Philippo Atticam inuadere, vt de Macedonia ipſa, regno patrio, ſit venturus in periculum. ὑπάρχουσα χώρα Philippi, eſt Macedonia, caeteraeque, quas ſubegerat. μέλλουσαι, Olynthus et Athenae, ſi rem bene geſſiſſet.

18. καὶ τὴν οἰκείαν καρπούμενοι.] Etiam fruentes. alioqui ſi καὶ et exponas, conſtructio poſtulabit non καρπούμενοι, ſed καρπώσεσθαι. Quare ſi qui τὴν ὑπάρχουσαν

ἄρχεσαν καὶ τὴν οἰκείαν ταύτην coniungunt, et ad Athenienſes referunt, nihil delinquunt, quanquam prior illa expoſitio mihi magis placeret, ſi coniunctio καὶ abeſſet, ac tota periodus ſic diſtingueretur: καὶ τὴν ἐκείνε κακῶς ποιήσετε τὴν ὑπάρχεσαν· καὶ τὴν οἰκείαν ταύτην etc. Sed hoc ſi diſplicet, ſic diſtingue: κακῶς ποιήσετε· τὴν ὑπάρχεσαν καὶ τὴν οἰκείαν ταύτην, etc.

16. 19. ἂν δ' ἐκεῖνα.] Scilicet τὰ ἐπὶ Θράκης, τὴν Ὄλυνθον.

20. μὴ ἦ.] Ne ſit, ne videatur. petit veniam libertati orationis. Qui μὴ ἦ exponunt, ἐὰν μὴ ἦ λίαν πικρὸν εἰπεῖν, λέγοιμ' ἂν ὅτι καὶ συνεισβαλεῖσιν, de ſuo verba Demoſtheni largiuntur.

21. οἱ τὴν.] Breuitate vtitur. Sententia clara eſt, ſed verba ſic abſolui poſſunt: πῶς ἂν τὴν ἀττικὴν φυλάξωσι; Atticam quo pacto tuebuntur?

28. ἔξω.] ſcilicet τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐν μακεδονίᾳ.

vlt. καὶ ὅσα.] Verba ſic ordina: καὶ λαμβάνειν τῶν ἐκ τῆς χώρας, ὅσα ἀνάγκη (ſcilicet ἐστὶ λαμβάνειν) χρωμένες στρατοπέδῳ. id eſt, τέτες οἱ χρῶνται· ὅπως λαμβάνωσιν οἱ χρώμενοι. Nulla mihi eſſe cauſa videtur, cur χρωμένοις datiuum per οι ſcribas, pro χρωμένες accuſatiuo per ε.

Ibid. τῶν ἐκ τῆς χώρας.] Articulus elegantiae cauſa accedit, et genitiuus partem ſignificat: Hoſtes non τῶν, ſed τὰ ἐκ τῆς χώρας rapiunt.

17. 2. ὑμῶν.] Legitur et ἡμῶν per η. quae permutatio frequentiſſima cum ſit, ex ſententia facile plerumque diiudicari poteſt.

3. πρὸ τοῦ.] πρὸ τέτε, Amphipolitanum. in quod, autore Vlpiano, 1200. talenta ſunt impenſa.

5. καὶ προσέξαι.] Aldus πρόσεσθ', ſine καὶ legit. ac omitti καὶ, mihi non diſplicet: malim tamen προσέξαι futurum, quam πρόσεξι praeſens.

17. 5.

17. 5. ἡ ὕβρις.] Scilicet ἡ τῶν πολεμίων, proteruitas et petulantia illa militaris: quod genus hominum ingluuiem ſuam expleſſe non contentum (vt de ſtupris et caedibus taceamus) vinum effundit, frumentum in viam abiicit, inſtrumentum et ſupellectilem diſſipat, ſegetes conculcat, arbores frugiferas ſuccidit, villas incendit: omnibus deniqne modis declarat, ſe peſtem et perniciem eſſe humani generis, rerumque a Deo noſtris vſibus conditarum: ſummaque contentione id agit, vt ferociſſimarum belluarum ſuperet immanitatem. ὕβριν hic non ſignificare contumeliam, aut dedecus, quod ſuſcepturi ſint Athenienſes, vel ex Vlpiani προλεγομένοις intelligitur, cuius (vt nos quidem reſtituimus) haec verba ſunt: τίνα δὲ ἐργάσονται οἱ πολέμιοι, καὶ ἀναγκαίως, καὶ ὑβρίζοντες, τὴν χώραν. Idem in oratione περὶ παραπρεσβείας, vbi de Phocenſium agitur excidio, ἔχει δὲ, inquit, καὶ τῆς ὕβρεως τῶν πολεμίων ἔμφασιν. ἡ γὰρ κατασκαφὴ περιεργότερον εἶδος τῆς συμφορᾶς.

Ibid. καὶ ἔτι.] Atque inſuper rerum pudor: id eſt, rei male geſtae atque ignauiae et ſocordiae dedecus. hoc iam ad Athenienſes pertinet. ὕβρις eſt τῶν ποιούντων, ἀχὶ δὲ τῶν ὑπομενόντων.

8. ἐκεῖσε] εἰς μακεδονίαν.

9. καλῶς ποιοῦντες.] Bene facientes. Ego hic non accipio pro εὐτυχεῖν, quod Latini nonnunquam dicunt facillime agitare: ſed formulam eſſe puto, qua exprobrationis et inuidentiae ſuſpicionem deprecetur. quaſi dicat: Quas opes equidem eis non inuideo, id quod paupercula plebecula facit, diuitibus obtrectare ſolita: ſine quorum ope tamen viuere non poteſt, tranquillo reipublicae ſtatu. Sic Cicero in Verrinis aliquoties, quum clari viri mentionem facit, hac parentheſi vtitur: Quem, vt eius virtus meretur, honoris cauſa nomino. Eſt interdum approbationis, vt

apud

apud Lucianum in laudatione Demosthenis: καὶ καλῶς γε, ἔφη, ποιοῦσιν ἀθηναῖοι, χάρητα μὲν καὶ διοπείθην καὶ πρόξενον, καὶ τοιούτους τινὰς ἀποδεικνύντες στρατηγεῖν: Recte faciunt, qui duces creent. Philippica quarta: μετὰ ταῦτ' ἡ τύχη καλῶς ποιοῦσα, πολλὰ πεποίηκε τὰ κοινά. Qua ratione Liuius: Remp. inquit, benignitate deum, esse gratiae referendae. Ibidem paulo post: ἔρχονται μεθέξοντες τούτου, καὶ καλῶς ποιοῦσιν: hoc est, in quo nihil delinquunt.

17. 17. παντός.] Scilicet ἀνθρώπου, τῶν πλουσίων, τῶν ἐν ἡλικίᾳ, τῶν λεγόντων. Vtinam diuites liberaliter tributa conferant, adolescentes strenue militent, oratores rectissimo consilio meo non aduersentur. Nam vt in exordio ad dicendum inuitauit omnes, sic a contraria sententia dicenda nunc eosdem deterret. παντὸς ἕνεκα.] μηδενὸς κωλύοντος καὶ ἐμποδὼν ὄντος, ἀλλὰ πάντων συμπροθυμουμένων. Habet τὸ ἕνεκα perelegantem saepe vsum, de quo alibi dicemus: nunc ad τὴν τοῦ λόγου οἰκονομίαν transituri. Nam caetera, quae hic omisimus, partim ex Vlpiano, partim e Lexicis, partim e grammaticis praeceptionibus sunt petenda.

IN SECVNDAM OLYNTHIACAM.

Pag. 18. 4. τὸ τοὺς πολεμήσοντας (alii πολεμήσαντας.) γεγενῆσθαι κεκτημένους.] τουτέστιν, ὅτι οἱ πολεμήσοντες κέκτηνται· ἢ ἀνάπαλιν μᾶλλον, ὅτι οἱ κεκτημένοι καὶ χώραν ὅμορον, καὶ δύναμίν τινα, πολεμήσουσι Φιλίππῳ.

18. 12. τῶν ὑπαρχόντων.] Id est τῆς τύχης, τοῦ καιροῦ, τῆς θείας εὐεργεσίας: vtendum occasionibus, et fortunae benignitate: diuina liberalitas amplectenda est.

18. 15. Φαίνεσθαι προϊεμένους] Φανερῶς προΐεσθαι.

18. 20.

18. 20. ὑπὲρ τέτων.] Fortaſſis, ὑπὲρ τούτου, vel, ὑπὲρ τῶν Φιλίππῳ πεπραγμένων: vt non ad verba, ſed ad ſenſum referatur conſtructio.

21. ἡμῖν δ' ἐχὶ καλῶς πεπρᾶχθαι] εὐφήμως, ἀντὶ τοῦ, ἀτιμίαν καὶ ἀδοξίαν ἡμῖν προξενῆσαι. Propoſitio praeteritionis: non hortabor vos exemplo Philippi. Ratio, quod ea oratio illi honorifica, nobis ignominioſa eſt. Hanc rationem προσαποδόσει eleganti illuſtrat et ἀντιθέσει.

19. 2. ἐνθένδ' ἂν.] Hinc, id eſt, ἐκ τοῦ βήματος, καὶ τῆς ἐκκλησίας: noſtrae conciones eius opes auxerunt: Mercenariis oratoribus, et oſcitantibus ac ignauis auditoribus acceptam referre debet potentiam tantam, non ſuae virtuti atque induſtriae.

3. ὧν οὖν ἐκεῖνος.] ὧν ὀφείλει χάριν, ὧν λαβεῖν δίκην, pro, ὑπὲρ ὧν, δι' ἃ.

4. 5. τέτων τὸν καιρὸν.] ἀντὶ τοῦ, τὸ λέγειν ταῦτα τὸν καιρὸν οὐχὶ ὁρῶ νῦν ὄντα.

5. 6. καὶ χωρὶς τούτων.] τῶν περὶ τῶν Φιλιππιζόντων ῥητόρων, καὶ τῶν πεποιημένων τῷ Φιλίππῳ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ.

6. καὶ βέλτιόν ἐστιν.] διὰ τὸ ἀναθαῤῥῆσαι δήπου, καὶ τὸν φόβον ἐκβάλλειν ὑμᾶς. Attentionis et beneuolentiae captatio. Grata enim et iucunda erat Athenienſibus criminatio Philippi: nec minus extenuatio virium illius. Haec enim duo ſe facturum proponit.

7. 8. μεγάλα ὀνείδη.] ἐπιορκία καὶ ἀπιστία.

11. 12. τὸ δὲ πάνθ' ὅσα.] Verba ſic ordinanda ſunt, mutato propter relatiuum pronomen participio in verbum: τὸ διεξιέναι πάντα, ὅσα Φίλιππος ἔπραξε πώποτε, καὶ ἐλέγχειν αὐτὸν ἐφ' ἅπασι τούτοις· συμβαίνει καὶ δεῖσθαι λόγου βραχέος, καὶ ἡγοῦμαι συμφέρειν εἰρῆσθαι, ἕνεκα δυοῖν. Hyperbolica propoſitio, referenda tantum ad ἐπίορκα καὶ ἄπιστα ἔργα, quorum tria

tria tantum, ſed magna recenſet, deceptos Athenienſes, Olynthios, Theſſalos.

19. 17. ὅτι διεξελήλυθε.] τὸ διεξιέναι καὶ διελθεῖν ἢ διεξελθεῖν, alias eſt τὸ λέγειν καὶ διηγεῖσθαι: hic vero τὸ διαπορευθῆναι, κατὰ μεταφοράν, καὶ καταναλῶσαι πάσας τὰς πανουργίας καὶ δεινότητας.

18. ηὐξήθη νῦν μέγας.] οὕτως ηὐξήθη τῷ παρακρούεσθαι, ὥστε νῦν εἶναι μέγαν αὐτόν. Supra μέγαν γεγενημένον.

19. καὶ πρὸς αὐτήν.] ὅτι τὰ πράγματα ἥκει αὐτῷ πρὸς τὴν τελευτήν, id eſt, ὅτι ἡ ἐπιορκία καὶ ἡ ἀπιστία αὐτοῦ, ἐδένα ἂν ἔτι παρακρέσαιτο καὶ ἐξαπατήσειε. Sententia huius loci eſt: Nulla fore poſthac Philippi incrementa: nullos eum ſibi ſocios adiuncturum: conſumtos eſſe omnes eius dolos. Haec propoſitio eſt.

20. ἐγὼ γὰρ.] Confirmatio, tractata ἐκ θέσεως καὶ ἀναιρέσεως. Argumenti ſumma eſt, Philippi imperium male partum non fore diuturnum: ducti a cauſis efficientibus, et illuſtrati contentione contrariorum et ſimilitudine.

23. εὑρίσκω τὴν.] Difficilior locus: proinde verba in primis ſimpliciter ordinabimus: εὑρίσκω, ſcilicet τὸν Φίλιππον, προσαγόμενον (προσαγηοχέναι) τὴν ἡμετέραν εὐήθειαν (ἡμᾶς εὐήθεις ὄντας) τὸ κατ' ἀρχὰς (πρῶτον) ὅτε τινὲς ἀπήλαυνον ἐνθένδε (ἀπὸ τῦ βήματος καὶ τῆς ἐκκλησίας) ὀλυνθίους βουλομένους ἡμῖν διαλεχθῆναι. Quomodo προσαγηοχέναι? τούτῳ, ſcilicet τῷ φάσκειν παραδώσειν ἀμφίπολιν καὶ κατασκευάσειν τὸ θρυλλούμενόν ποτε ἐκεῖνο ἀπόῤῥητον· τὴν δὲ ὀλυνθίων φιλίαν, ſcilicet εὑρίσκω προσαγόμενον etc. Video, Philippum nobis ſtultis os ſubleuiſſe primum, cum quidam Olynthios apud nos verba facturos, hinc repulerunt, hac fraude, quod iactabat, ſe nobis Amphipolim traditurum, et confecturum arcanum illud, quod aliquan-

aliquando iactabatur. inuenio item, eum Olynthiorum amicitiam sibi conciliasse, etc. Nunc ad partes veniamus: καὶ τὸ θρυλλούμενον.] Hic vero locus obscurus est, et haud scio, an quisquam sit, qui eum a se plane intelligi affirmare ausit. Causa obscuritatis est, primum ignoratio historiae, cuius fit mentio. Deinde ἀπόῤῥητον et θρυλλούμενον pugnare videntur. Postremo ambiguum est ἀπόῤῥητον, sitne ad θρυλλούμενον, an vero ad κατασκευάσειν ἐπιῤῥηματικῶς referendum. Ac quod ad historiam attinet, credamus sane Graeco interpreti Vlpiano. Deinde θρυλλούμενον intelligi potest non id modo, quod omnium sermone celebratur, sed quo de inter eos verba fiunt, quorum negotium agitur, aliis ignotum. Ita vnum et idem Athenienſibus et Philippo θρυλλούμενον: Pydnaeis, Potidaeatis et Amphipolitanis ἀπόῤῥητον esse potuit. Potuit etiam fieri, ut Philippus pollicitaretur, se collaturum quoddam in Athenienses beneficium, quod tamen, ob adiunctum periculum, vulgandum nondum esset: sicut Pericles in referendis rationibus ad populum dixit, se aliquod talenta εἰς δέον ἀνηλωκέναι, id est vtiliter et tempestiue insumsisse, quibus Lacedaemonios quosdam corruperat. Postremo κατασκευάζειν τι ἀπόῤῥητον pro ἐν ἀποῤῥήτῳ vel ἀποῤῥήτως, vsitata et plana constructio est. Haec si cui non satisfaciunt, is planiora et certiora quaerat. Socrates scholasticus Ecclesiasticae historiae lib. 1. locutionem habet non dissimilem admodum: ἦν δὲ ὁ διωγμὸς θρυλλούμενος ἐν ταυτῷ καὶ ἀπόῤῥητος· ἐκρύπτετό τε τῷ λόγῳ, καὶ ἔργῳ ἦν φανερός.

20. 1. καὶ τὰς μὲν πρότερον συμμάχους ἡμᾶς ἀδικήσαι.] Alterius membri summa est: Philippus Olynthios ad suam amicitiam pellexit. quomodo? Potidaeam, nostram ciuitatem, vi captam, abstulit, (in quo fidem societatis violauit, et vanis pollicitationibus nos circumuenit) Olynthiis tradidit. nullus scrupulus reliquus est,

est, modo intelligas: eo tempore, quo ista facta sunt, Philippum fuisse Athenienſium ſocium. In epiſtola certe quidem ſua ſcribit: ἵν' ἐμμείνωμεν τοῖς ὅρκοις, καὶ ταῖς ὁμολογίαις, etc. Sed Chronologia fortaſſe repugnat. Poſt τὸ ἡμᾶς, aſteriſcus additus indicat, dubitatum eſſe de lectione. Quid ſi ἡμῶν? vt de Potidaeatis intelligatur, ſociis Athenienſium. Sed cum ποτίδαιαν ἅσαν ἡμετέραν praecedat: fortaſſe parum conuenit, eosdem et ὑπηκόους et συμμάχους dici. Sed haec hactenus.

2. Θετταλοὺς δὲ.] Nam et hi non minus, quam Thebani, templi Delphici defenſionem ſuſceperant.

12. καιρῷ μὲν δὴ πρὸς τοῦτο.] τὰ πράγματα πάρεσι Φιλίππῳ πρὸς τοῦτο καιρῷ, id eſt, τοιοῦτος καιρὸς τῶν Φιλίππου πραγμάτων ἐστί. Fortaſſis etiam παρέσῃ a παρίσημι, legi poſſit. Res adſtiterunt ad hoc temporis, pro, huc deductae ſunt.

17. παρὰ τὴν αὐτῶν ἀξίαν.] Praeter dignitatem ſuam, indignis modis, contra quam exſpectarant. ἀξίαν, id eſt, dignitatem, hic tribuit Theſſalis, quos priore oratione vt perfidos criminatus eſt: vt oſtendat, Theſſalos, quanquam improbos, tamen Philippo eſſe meliores, et digniores, qui eidem imperent, quam ſeruiant. Quantae autem opes Theſſalorum fuerint, in oratione de pace expoſuit Iſocrates: et in Philippica minime cum hoc loco Demoſthenis conſentit, cum ſic ſcribit: ὁ Θετταλὸς μὲν τοὺς πρότερον ἐπάρξαντας μακεδονίας, ὅτως οἰκείως πρὸς αὐτὸν διακεῖσθαι πεποίηκεν· ὥσθ' ἑκάστους αὐτῶν μᾶλλον ἐκείνῳ πιστεύειν, ἢ τοῖς συμπολιτευομένοις; et epiſtola 2. ἐνθυμοῦ δὲ, ὅτι πολλοῖς καλῶς βεβουλεῦσθαι δοκεῖς, ὅτι δικαίως κέχρησαι Θετταλοῖς, καὶ συμφερόντως ἐκείνοις· ἀνδράσιν οὐκ εὐμεταχειρίστοις, ἀλλὰ μεγαλοψύχοις, καὶ σάτεως μεστοῖς. Quanquam τὸ δεδουλωμένοι referri poteſt vel ad Philiadae Tyranni liberos, quos pulſos a Theſſalis, Philippus reſtituit,

vel ad quosdam Theſſalos male tractatos. Nam in oratione de Haloneſo ſcribitur: ὅτι Φεραίων ἀφήρηται τὴν πόλιν· καὶ Φρεραὰν ἐν τῇ ἀκροπόλει κατέσησεν· ἵνα δὴ αὐτόνομοι ὦσιν. et Iſocrates: τῶν πόλεων τῶν περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον, τὰς μὲν ταῖς εὐεργεσίαις πρὸς τὴν αὑτῷ συμμαχίαν προσῆκται, τὰς δὲ σΦόδρα λυπήσας, ἀνασάτους πεποίηκε; μάγνητας δὲ κατέσραπται;

18. καὶ μὴν εἴτις ὑμῶν.] Poſtquam oſtendit, ſocios, caeterosque Graecos male velle Philippo, refutat opinionem de vi et potentia: ſumto argumento a natura et ingeniis hominum, maxime Graecorum. Locum hunc Cicer. 2. de officiis copioſius tractauit: quem his verbis concludit: peſſimum diuturnitatis cuſtodem eſſe metum: beneuolentiam vero fidelem vel ad perpetuitatem.

25. ἐκ πλεονεξίας.] διὰ. Plura ſibi praeter ius et aequum vendicando, et improbe agendo.

21. 4. περὶ αὐτὰ καταῤῥεῖ] Malim aſpirate αὑτὰ, pro ἑαυτὰ, circa ſeipſa diffluunt, vel defluunt. haud ſcio, an legendum ſit παρ' αὑτὰ, per ſeipſa, id eſt, ipſa ſeſe deſtruunt, ſua ſponte dilabuntur, decidunt inſtar floſculorum, cum vel aruerunt, vel vento agitantur. Sic in Pſalmis impiorum felicitas pulueri, quem ventus diſſipat, et gramini tectis innato comparatur.

21. 11. ὅτως ἀρέσκει μοί.] Scilicet μάλιστα. Sicut τὸ ὅπως ſuperlatiuos habet, τάχιστα καὶ κάλλιστα.

22. 4. ὃ σμικρὰ, οἷον ὑπῆρξέ ποθ'.] τὸ, οἷον, aduerbium. Alioqui dicendum οἷα.

5. ἐπὶ τιμοθέῳ.] Hiſtoriae fides ſit penes autorem et Vlp.

6. τοῦτο συναμΦότερον.] Scilicet ἥ τε μακεδονικὴ καὶ ἡ ὀλυνθιακὴ δύναμις.

9. ἐπὶ τὴν τυραννικὴν οἰκίαν ἐβοήθησε.] Aduerſus Pitholaum et Lycophronem, qui cum, ſorore Thebe adiutrice, affinem Alexandrum occidiſſent, tyrannici-

rannicidae habiti: non multo poſt ipſi eandem tyrannidem occuparunt.

22. 20. μακεδόνων βασιλεὺς.] Scilicet διεπράξαλο.

26. οὕτως ὅπως.] τὸ οὕτως videtur a ſcholiaſte additum.

27. ἔχοντες διαθέσθαι.] δυνάμενοι πωλῆσαι.

28. διὰ τὸν πόλεμον.] Φοβεμένων τῶν ἐμπόρων, μὴ ληϛαῖϛ περιπεσόντες καὶ περὶ τῶν σωμάτων κινδυνεύσωσι.

23. 2. πεζέταιροι.] Sic dicti, quaſi pedites ſocii: ſicut optimus et fortiſſimus imperator Maximilianus I. Auguſtus milites ſuos, conciliandae beneuolentiae cauſa, modo filios, modo ſuos nudos, id eſt, male veſtitos puerulos appellaſſe fertur.

3. συγκεκροτημένοι τὰ τῦ πολέμυ] δεινοὶ πολεμιϛάι. Heſychius συγκροτεῖν, συμπράττειν, συνάγειν. Suidas αὔξειν, συνιϛᾶν, συνδεῖν, πρὸς ἁρμονίαν ἄγειν, συνέχειν, συμπράττειν. Varinus ἐπὶ τῶν χαλκέων κυρίως, καὶ ἀπὸ τέτυ, ἐπὶ τῶν συμφωνούντων. συγκροτεῖν δύναμιν, cogere copias. συγκεκροτημένοι, ἐσκευωρημένοι, συνεσκευασμένοι. Videtur non tam fortitudinem et peritiam rei militaris, (etſi has quoque) quam concordiam et mutuas operas ſignificare.

5. οἵϛ τε ψεύδεσθαι.] Id eſt, εἰωθότος, qui minime ſolet mentiri, qui minime talis eſt, vt mentiatur. Nam omnis homo mendax, et ſaepe imprudentes et inuiti mentiuntur nonnulli.

7. οἷος ἔμπειρος.] τοιῦτος οἷος, id eſt, εἴ τις ἔμπειρός ἐϛι πολέμυ. Elegantis pleonaſmi ſpeciem habet. Sic paulo poſt: τοιύτυς οἵϛ μεθυσθέντας ὀρχεῖσθαι, id eſt, τὺς ὀρχυμένυς, ἐπειδὰν μεθυσθῶσι.

8. εἴ τις ἀνὴρ, τούτους.] Obſerua mutationem numerorum.

16. ὀρχεῖσθαι τοιαῦτα.] Poſt ὀρχεῖσθαι diſtinguit Bruciolus, qui ebrii ſaltent: vt τὸ τοιαῦτα, κατ' ἔλλειψιν τῦ ποιεῖν, καὶ παράλειψιν accedat: atque alia

 agant

agant flagitiosa, etc. Posset etiam coniungi, ὀρχεῖσθαι τοιαῦτα, saltare ad eum modum: vt de repraesentatione mimica intelligatur, quae manuum potius fuit, quam pedum artificiosa agitatio, vt ex Luciano apparet.

20. τὸν δημόσιον.] δῆλον. Vide Vlpianum. Suidas δημοσίας ἔλεγον τὰς τῆς πόλεως δίκας. Et Aeschines: ἄνθρωπον δημόσιον, οἰκέτην τῆς πόλεως.

26. ἐπισκοτεῖ τούτοις.] σκότος ἐπάγει, ὁρᾶσθαι ἐκ ἐῶν. Isocrates: ἡ ῥώμη ταῖς τῆς ψυχῆς ἐπιμελείαις ἐπεσκότησε.

24. 1. δοκεῖ δ' ἐμοὶ δεῖξειν.] τὰ ἑαυτῶν, τουτέστι, πταίσειν.

7. κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων σαθρῶν ᾖ.] Sic habent codices 4. Sed ego lego κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων, τουτέστι, τῶν μελῶν τοῦ σώματος, ἢ σαθρόν.

13. μεγάλη γὰρ.] Hanc sententiam Cic. eleganter 2. Off. interpretatus est, Magnam vim esse in fortuna in vtramque partem, vel secundas ad res, vel aduersas, quis ignorat? Nam et cum prospero eius flatu vtimur, ad optatos exitus peruehimur: et cum reflauit, affligimur. Plin. etiam lib. 2. cap. 7. Fortunae omnia expensa, omnia feruntur accepta: et in tota ratione mortalium, sola vtramque paginam facit.

26. 19. τὰς ἀναγκαίας ταύτας] Malo, τούτους, τοὺς στρατηγοὺς ἀφίετε.

25. οἱ τριακόσιοι βοησόμενοι] Trecenti, qui clamitent scilicet. ὑπὸ τῷ ῥήτορί εἰσι. De locupletissimis ciuibus hoc docet Vlpianus esse intelligendum: quorum alii aliis factionibus faueant. Heruagiana prior editio habet, οἱ βοηθησόμενοι, adiuturi, pro, οἱ βοηθήσοντες, vt puto: nisi passiue accipiatur, adiuuandi: qui praesidia oratorum ambiunt, vt, restinctis bellis, conferre tributa et instruere triremes non cogantur. τὸ βοησόμενοι est durum, et vt puto, mendosum. Mallem οἱ βοηθοὶ ἐσόμενοι.

26. 25. οἱ δὲ ἄλλοι προσνενέμησθε.] οἱ λοιποὶ πολῖται ἐν προσθήκης μέρει ἐσέ. ἃ ψηφίσοντες καθ' ἑαυτὲς, ἀλλὰ τὰς τῶν ῥητόρων καὶ στρατηγῶν καὶ τριακοσίων ἐπιψηφίζοντες γνώμας.

27. 1. ἐκ τυραννίδος ὑμῶν.] Suspecta lectio est. Quid si ἡμῖν ἐπιτάττειν. Sin τυραννίδος ὑμῶν recte scribitur, sensus est, quasi vos tyrannidem illis decreuissetis. Fortassis τὸ ὑμῶν redundat.

7. κεφάλαιον.] κεφαλαιωδῶς, ὡς ἐν κεφαλαίῳ.

Ibid. λέγω εἰσφέρειν.] φημὶ δεῖν εἰσφέρειν.

Ibid. ἀφ' ὧν ἕκαστος ἔχει τὸ ἴσον.] ὁ μὲν πένης ἀπ' ὀλίγων, ὀλίγα· ὁ δὲ πλέσιος ἀπὸ τῶν πολλῶν, πολλά· ἕτω γὰρ ἂν ἴσα γίγνοιτο τὰ τῆς εἰσφορᾶς.

IN TERTIAM OLYNTHIACAM.

Pag. 28. 1. Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γινώσκειν.] ἕτερα ὑπολαμβάνω καὶ φρονῶ, ὅταν τὰ πράγματα σκοπῶ, ἢ ὅταν ἀκούω τῶν λόγων: Oratorum verba cum rebus consentire mihi non videntur. Sic M. Cato in Catilinario, verba Demosthenis Sallustio pene interpretato: Longe (inquit) mihi alia mens est, P. C. quum res atque pericula nostra considero, et quum sententias nonnullorum ipse mecum reputo. Exordium reprehensione aliorum, attentionem captat, et a periculo.

7. ἀδὲν ἕν ἄλλο.] Sic ordinanda sunt verba: οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες δοκεῖσί μοι ἀδὲν ἄλλο ἁμαρτάνειν, ἢ τὴν ὑπόθεσιν, ἀχὶ τὴν ἔσαν περὶ ἧς βουλεύεσθε, παρισάντες ὑμῖν, pro, ἢ ὅτι οὐ παρισᾶσαι. Qui igitur talia dictitant, non in alio delinquere mihi videntur, nisi quod a scopo totius vestrae deliberationis aberrant. Vel, nihil aliud facere, quam errare mihi videntur, cum a totius vestrae deliberationis scopo aberrent. τὴν ὑπόθεσιν ἀχὶ τὴν ἔσαν, id est, οὐ τὴν ἀληθῆ, περὶ ἧς βουλεύεσθε: proponunt vobis argumentum non

verum illud, de quo deliberatis. Erat autem ἡ οὖσα, vt Olynthii ſtrenue iuuarentur: quo clamoſi oratores omiſſo, ad Philippum vlciſcendum hortabantur. Sic in Cherſoneſitana: ἡ μὲν ἓν σπεδὴ περὶ τῶν ἐν χερσονήσῳ πραγμάτων ἐϛὶ, καὶ τῆς ϛρατείας, ἣν ἑνδέκατον μῆνα τόνδε ὁ Φίλιππος ἐν θράκῃ ποιεῖται. τῶν δὲ λόγων οἱ πλεῖϛοι, περὶ ὧν διοπεἰθης πράττει καὶ μέλλει ποιεῖν. Hic quoque oratores τὴν ὑπόθεσιν ἀχὶ τὴν ὄϛαν, περὶ ἧς ἐβϛλεύοντο, παρίϛασαν. Quid autem ſtultius, quam ignorato ſcopo deliberationis, dare velle conſilium? Vere hoc eſt ἄϛοπα τοξεύειν, et a ianua aberrare, ac potius, toto coelo errare. Quod ne contingat, teneatur praeceptum Philonis in libello ὅτι πᾶς σπεδαῖος ἐλεύθερος· καταλαβόντες, περὶ ὃ ὁ λόγος, τὰς ἀποδείξεις εὐϛόπως ἐφαρμόττωμεν. Quod prima Olynthiaca ſuaſit, et Olynthios defendendos, et Macedoniam vaſtandam bipertitis copiis, non videtur obtinuiſſe. Cum autem exercitus et minor eſſet, quam vt diuidi poſſet, et ſine Olynthiorum clade alio transferri nequiret, periculum ipſis Athenienſibus imminere affirmat, ſi turbulentis oratoribus obtemperetur. Sed haec e Libanio et Vlpiano petantur.

28. vlt. νῦν μέντοι.] Verba ſic ordina: πέπεισμαι μέντοι προλαβεῖν τὴν πρώτην (ſcilicet ὁδὸν, τϛτέϛι τὸ πρῶτον, ὑπερῤῥηματικῶς) τόδε, ὅπως σώσωμεν τὰς συμμάχους· εἶναι νῦν ἱκανὸν ἡμῖν. Haec eſt propoſitio Demoſthenis: Olynthii nunc ſunt defendendi.

Ibid. προλαβεῖν.] κατεργάσασθαι πρὸ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον.

29. 4. πρὶν δὲ τὴν ἀρχὴν.] τὴν τῶν ὀλυνθίων σωτηρίαν.

5. περὶ τῆς τελευτῆς.] τὸ τιμωρήσασθαι Φίλιππον. Hanc enim hypotheſin theſis includit.

22. ἡραῖον τεῖχος.] Latine, Iunoniam munitionem, aut caſtrum. Sed haud ſcio, an praeſtet, Graecum

cum relinqui, Heraeum tichos. Nam et Solinus Heretum in Italia a Iunone habere nomen; Suidas ἡραῖον τεῖχος, caſtellum aut oppidum Thraciae eſſe ſcribit, a Samiis conditum: de cuius deae cultu et Virgil.

30. 12. παντισθένει, κατὰ τὸ δυνατόν.] τὸ, κατὰ τὸ δυνατὸν, ſi ſcholion non eſt, ſynonymia eſt, ἢ ἐκ παραλλήλε.

15. ἔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τέτες.] Si diuinationi venia daretur, ſuſpicarer legendum: ἔτε Φίλιππος ἐθάῤῥει τέτοις, ἔθ' ἕτοι Φιλίππῳ: id eſt, et Philippus Olynthiis, et Olynthii Philippo diffidebant. Nam ſi vtrinque hoſtilibus animis fuerunt, mutuo metu ab inferendo bello deterriti, qui conuenit, Philippum, quos ſolos inuadere non auſus fuit, Athenienſium ſocietate aut amicitia certe auctos, oppugnare fuiſſe auſum? Sed quia via tritiſſima tutiſſima, retineamus vulgo receptam lectionem. Eſt autem θαῤῥεῖν τινα, cum accuſatiuo, fidere, ſe alicui parem, aut etiam ſuperiorem fore, non metuere. Plato in Phaedro: τὸ γὰρ τοιῦτον σῶμα (loquitur autem de corporibus in otio et vmbra educatis) ἐν πολέμῳ τε καὶ ἄλλαις χρείαις, ὅσαι μεγάλαι, οἱ μὲν ἐχθροὶ θαῤῥοῦσιν, οἱ δὲ φίλοι καὶ αὐτοὶ οἱ ἐραςαὶ φοβοῦνται: id eſt: Eiusmodi corpus tum in bello, tum aliis negotiis arduis, ab inimicis contemnitur, amicos vero, atque ipſos amatores ſolicitos habet. Idem θάνατον θαῤῥεῖν, non reformidare mortem. Sic θαῤῥεῖν τὴν μάχην, θαῤῥεῖν τόπους ὑπόπτες. θαῤῥεῖν τινι cum datiuo, eſt aliquo fretum eſſe, alicui confidere. Vlpianus: οἱ Φωκεῖς ἐθάῤῥησαν τῷ μακεδόνι. Et Chryſoſtomus: ἑδενὶ τέτων ἐθάῤῥησεν εἰς σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων.

16. ἐπράξαμεν ἡμεῖς.] S. εἰρήνην πρὸς ὀλυνθίες. Conſiderandum, vtrum τὸ πράττειν εἰρήνην, ſit idem, quod ποιεῖν καὶ συνθέσθαι: an vero τὸ μηχανᾶσθαι ſignificet, id eſt, callidis rationibus pacem eſſe conciliatam,

ciliatam, cum bellum inter eos interceſſiſſet, animis vtrinque exulceratis?

17. ἦν τοῦτο ὥσπερ ἐμπόδισμα.] τοῦτο, ἤγεν, τὸ μεγάλην πόλιν, διηλλαγμένην πρὸς ἡμᾶς, τοὺς Φιλίππῳ πολεμοῦντας, ἐφορμεῖν τοῖς καιροῖς αὐτῷ, ἦν ὥσπερ ἐμπόδισμά τι καὶ δυσχερὲς Φιλίππῳ. Sed Philippus non multo poſt, τὸ ἐμπόδισμα ἐκποδὼν ἐποίησεν, deleta Olyntho: cum quidem prius denuntiaſſet ciuibus, aut illis Olynthi, aut ſibi in Macedonia non fore habitandum.

19. ἐφορμεῖν τοῖς ἑαυτοῦ καιροῖς.] Quaſi in procinctu ſtare ad eius occaſiones impediendas: paratam eſſe ad ipſum inuadendum, ſicubi impegerit: captare opportunitatem aduerſus ipſum: in ſtatione eſſe: Polybius: στόλος ἐφορμῶν ταῖς τοῦ Φιλίππου ἐπιβολαῖς.

21. τοῦτο πέπρακται νῦν ὅπως δήποτε.] Supra γέγονεν αὐτόματον. τὸ ὅπως δήποτε, non tam ſignificat hic τυχόντως, temere et fortuito, aut μόλις καὶ δυσκόλως καὶ ἀτελῶς, vix, aegre, minus abſolute, quam παράλειψιν quandam. q. d. Factum eſt, qua autem ratione id factum ſit, non exquiro. Libanius autem rationem explicat.

31. 11. μὴ θῆσθε.] τὸ μὲν τιθέναι καὶ θεῖναι, νομοθέτου· τὸ δὲ θέσθαι νόμον, τοῦ δήμου εἶναί φασι. Quia ſequitur λύσατε, malim θέσθε imperandi modo, et mox, καὶ τῶν περὶ τῶν στρατευομένων ἑνίους, vel, omiſſo articulo, καὶ περὶ τῶν σ. ἐ.

16. τοὺς ἀτακτοῦντας.] Suidas ἄτακτοι ἐν τῇ πλειόνων συνηθείᾳ οἱ περίεργοι, καὶ παρὰ τὸ προσῆκον τὶ ποιοῦντες. οἱ ῥήτορες δὲ καὶ τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ μὴ κατὰ τάξιν τὴν συμβολὴν ποιοῦντας, ἀλλ' ὡς ἔτυχεν καὶ φύρδην, ἀτάκτους καλοῦσιν, eos, qui diſciplinam militarem labefactant, emanſores, deſertores ordinum poena liberant.

31. 25. μηδὲν δὲ ὠφελῆσαι τὰ πράγματα.] τὴν πόλιν. Delectatur hoc nomine Demosthenes γενικῷ ὄντι ἀντὶ τῶν εἰδικῶν.

27. μᾶλλον ἔτι ἢ νῦν φοβερώτερον.] Obseruentur particulae ex superuacaneo additae comparatiuo αὐξητικῶς, ἀντὶ τοῦ, μᾶλλον ἔτι φοβερὸν, vel, omisso μᾶλλον, ἔτι φοβερώτερον ἢ νῦν.

29. δεῖ τούτους αὐτοὺς ἀξιῶν.] δεῖ ἀξιῶν ὑμᾶς, τούτους αὐτοὺς λύειν, id est, ὅπως ἂν ἔτοι αὐτοὶ λύωσι τοὺς νόμους τούτους. Postulandum est, qui hasce leges rogarunt, iidem vti abrogent.

32. 2. τὴν ἀπέχθειαν γενέσθαι ζημίαν.] διαβατικὴ σύνταξις. Sed alter accusatiuus a Latinis saepe non incommode datiuo commutatur: Inimicitias esse fraudi. Isocrates: ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον δῶρον. Hanc orationem muneri tibi misi, dono dedi.

13. ἢ περὶ ὧν γράφει.] ἢ ταῦτα διαπράξασθαι, περὶ ὧν γράφει. τὸ ψήφισμα γράφει περὶ τούτου, videtur durum. Quid si γραφῇ, ἀορ. β. ὑποταικῷ παθητικῷ; Quibus de rebus scripta fuerint, ad eas res conficiendas.

33. 16. πλὴν εἰ, δέον εὔξασθαι, παραλείπει.] Scilicet τοῦτο, τὸ εὔξασθαι.

Ibid. εὔξασθαι μὲν γὰρ.] Scomma satis acerbum, sed dignum tanta socordia. M. Cato in Catilinario: Non votis, neque suppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo, recte omnia cedunt; vbi socordiae atque ignauiae te tradideris, nequicquam Deos implores: irati infestique sunt. Sententia est: Res ipsa postulat acrem orationem, quae non est oratoris acerbitati tribuenda. Omne quidem (vt inquit Horatius) tulit punctum, qui miscuit vtile dulci. Verum id vbi fieri nequit, illud alterum teneamus: Pauca voluptati debentur, plura saluti.

34. 6. ἐλλείποντάς τι.] Sic ordina: ἐλλείποντάς τι τοῦ πολέμου, δι' ἔνδειαν χρημάτων: et mox: δι' ἀπο-

ρίαν ἐφοδίων τοῖς στρατευομένοις, scilicet δοθησομένων, ἢ ἀναγκαίων ὄντων. ἐφόδια vero intelligo τὰ σιτηρέσια, de quibus Philippica I.

35. 5. πέντε μὲν καὶ τετταράκοντα ἔτη.] Isocrates in Panegyrico habet ἑβδομήκοντα, in Panathenaico πέντε καὶ ἑξήκοντα. et Obsopoeus in veteri exemplari legi ostendit ξέ. Fortassis hic legendum καὶ ἑξήκοντα. Tertia Philippica vero scribit: ὅτι οἱ ἀθηναῖοι προσάται ἑβδομήκοντα ἔτη καὶ τρία τῶν ἑλλήνων ἐγένοντο. Chronologiam a Pausaniae Spartani interitu vsque ad cladem Hellesponticam puto perducendam: post quam, captis a Lysandro Athenis, Lacedaemonii terra marique rerum potiti sunt, donec, iisdem victis ad Cnidum, Conon patriae opes et dignitatem aliqua ex parte recuperauit: quas sociali bello Chares denuo euertit, nec multo post Philippus in Graecia grassari, non armis magis, quam auro Macedonico et proditione, ac dominari coepit: cui Demosthenes, quantum potuit, est aduersatus.

35. vlt. ὑπὸ τῶν χρησῶν.] De Eubuli hoc cognomento nihil mihi constat, sed de Phocione sic scribit Plutarchus: ὥστε θαυμάζειν, ὅπως καὶ ὁπόθεν τραχὺς ὤτως ἀνὴρ καὶ σκυθρωπὸς ἐντήσατο τὴν τοῦ χρησοῦ προσηγορίαν.

36. 2. ἀλλ' ὅσης.] ἀλλ' ἐπειλημμένοι τοσαύτης ἐρημίας, scilicet τῆς ἑλλάδος, ὅσην ὁρᾶτε ἅπαντες. ἐπιλαμβάνεσθαι ἐρημίας idem, quod τυχεῖν, παραπεπτωκυίας ἡμῖν τοσαύτης ἐρημίας. Cum in tantam Graeciae solitudinem incíderimus: cum soli simus inter Graecos, qui principatu digni videamur. τὸ ἐπειλημμένοι, ἀντὶ τοῦ ἐπειληφότες, κατ' ἐναλλαγὴν ἀττικήν. Sed si quis passiue malit intelligere, a quanta solitudine simus circumuenti, is cogitet, legendum sibi fore, ἀλλ' ὑφ' ὅσης ἅπαντες, etc. Nam ἡ ἔλλειψις durissima fuerit. Sic dicunt ἐπιλαμβάνεσθαι προφάσεως, arripere occasionem:

nem: τῶν τριχῶν, inuadere in capillos: τῆς ἀτελείας ἐπειλημμένοι, consecuti immunitatem: ἐπιλαμβάνεσθαι τοῦ λόγου, reprehendere orationem.

IN LIBANII ARGVMENTVM PRIMAE DEMOSTHENIS PHILIPPICAE.

Pag. 39. 5. Πῶς ἂν ἄριστα τῷ πολέμῳ προσενεχθεῖν.] κατὰ συγκοπήν, ἀντὶ τοῦ προσενεχθείησαν. Dixit autem de re, καλῶς προσφέρεσθαι τῷ πολέμῳ, sicut alias de persona dicitur, φιλανθρώπως τοῖς ἀνθρώποις προσφέρεσθαι, humaniter tractare homines, vti humanitate erga eos.

6. κελεύει δὲ δυνάμεις.] Manutii editio habet, κελεύει δὴ δύω δυνάμεις. Quod quidem et in prima Olynthiaca suadet. Sed illic iubet et Olynthum defendi, et Macedoniam vastari: hic et emissarias copias Athenis ali, et alias comparari, quae Philippum continenter oppugnent.

IN PRIMAM PHILIPPICAM.

Pag. 40. Tit. Orat. Δημοσθένους κατὰ Φιλίππου λόγος πρῶτος.] Quod Vlpianus adscriptum esse dicit, ὅλος συμβουλευτικὸς, videtur grammatici aut Rhetoris alicuius esse additamentum.

Ibid. κατὰ Φιλίππου.] τοῦ μακεδόνων βασιλέως, ἐξ οὗ καὶ ὀλυμπιάδος, ἀλέξανδρος ὁ μέγας ἐγεννήθη. Harum orationum tanta fuit celebritas, vt et M. T. Cicero, quas in M. Antonium habuit, infelici et exemplo et aemulatione, Philippicas, quam Antonianas inscribere maluerit. Nam et Philippi atque Alexandri successor Antipater ad necem compulit Demosthenem: et Cicero crudelius etiam interfectus est. Nostra vero aetate Ioanni Dobenego Cochlaeo, minus male cessit imitatio: qui Philippicas non in eum, qui proscribere posset,

ſet, ſcripſit: ſed in eum, qui ne ſtylo quidem, nedum gladio illum vlciſcendum eſſe duxerit.

Ibid. λόγος πρῶτος.] Vtrum omnium Demoſthenicarum prima? An vero ex iis tantum, quae Philippicae inſcribuntur? ſed haec ab Vlpiano petantur. Nam certas chronologias omnium orationum proferri non poſſe exiſtimo, etiam 16. Diodori libro adhibito, propter varios et multiplices Graecorum tumultus, et minuta bella, ſcriptione fortaſſe parum digna ἐν παγκοσμίῳ ἱστορίᾳ. Veteres autem, Ephorum, Theopompum et alios amiſimus. Philippus Macedoniae regnum ſuſcepiſſe traditur Olympiade 105. quae (Functio autore) in annum Mundi incidit 3605. Anno autem Mundi 3965. cum natus tradatur Chriſtus, regnare coepit Philippus annis ante Chriſti incarnationem 357. annis abhinc (id eſt, ab hoc anno 1548. quo haec ſcribo) 1905. occiſus 24. regni anno, aetatis 49. Bella vero ab eo tempore, quae et quoto quaeque anno geſſerit, requirantur ex eodem Functio, (cui quidem ſingularis et ingenii et diligentiae laus a plerisque viris doctis tribuitur) aut aliis Chronologiis, quae praeter Euſebium complures exſtant, ratione temporum e Biblicis oraculis maxime petita: quibus neque Aegyptii, neque Chaldaei, etſi neſcio quot ſeculorum myriadas (quas quis infinitas eſſe dubitet, Mundi aeternitate conceſſa?) iactantes, quicquam antiquius demonſtrare vllo ſcripto fide digno poſſunt.

40. 1. εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος.] Vide exordium orationis Aeſchineae contra Cteſiphontem, vbi citatur Solonis lex de diſciplina oratorum: in quam peccare videbatur Demoſthenes, nondum grandis natu: et praeconium: τίς ἀγορεύειν βέλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων. Hac igitur de cauſa praefatur, ſe, quamuis nunc primus ſententiam dicat, non primum tamen dicere, quod res noua non agatur: ſimulque

mulque et odium propulsat, et attentionem captat, cum significet, se aliquid melius caeteris, quorum consilia rempublicam nihil iuuerint, in medium esse allaturum. τὸ τοίνυν προοίμιον τῇ μὲν διὰ προκαταλήψεως καὶ διασυρμοῦ τῶν πρότερον εἰπόντων, εὐνοϊκόν, τῇ δὲ προσεκτικὸν μετ' ἐπαγγελίας.

42. 8. ἑτοίμως πράττειν ὑπάρξῃ.] Lego ἕτοιμος. Sic enim et Veneta editio habet, et hoc postulant verba infinita πράττειν, εἰσφέρειν, στρατεύεσθαι: etsi Obsopoeus etiam post, ἅπαντας ὑπάρχειν ἑτοίμως, pro ἑτοίμους, in suo codice exstare, annotauit. Sed ους et ως saepe permutantur.

43. 18. καὶ γὰρ ἐξεργάσαιτο.] Si pro γὰρ legas τοῦτο, (vt habet Obsopoeus) coniungere licebit: καὶ εἰ τὰ τῆς τύχης (εἰ ἡ τύχη) ὑπάρξοι ἡμῖν. καὶ ἐξεργάσαιτο τοῦτο, S. ὅπερ ἤρξατο. Si fortuna nobis fauerit, et huic etiam beneficio quasi summam manum addiderit, id est, si Philippus ex morbo decesserit. Licet et δυνητικῶς exponere: fieri enim potest, vt Fortuna, quod coepit, perficiat: et εὐκτικῶς, vtinam vero absoluat id, quod instituit, id est, perimat eum, quem prostrauit.

44. vlt. ἔ τι παντελῶς.] M. ἔ τοι, vel ἐ δή. Sententia est: Tametsi hoc non feceritis, (id est, si non strenue excurreritis, sicut olim) id quod ego tamen omnino censeo faciendum, non tamen in ea re parum momenti erit. ποιήσαιτε.] ὑμεῖς: non ad Philippum pertinet. Nam ε per apostrophum abiectum est, non ο: ποιήσαιτε lege, non ποιήσαιτο.

45. 2. εἰδὼς εὐτρεπεῖς ὑμᾶς.] Non dubito, quin legendum sit, εἰδὼς εὐτρεπεῖς ὄντας ὑμᾶς, addito participio, quod saepe perperam praetermittitur.

6. μηδενὸς ὄντος ἐμποδὼν.] cum nihil, vel nemo impediat.

8. δεδόχθαι καὶ παρεσκευάσθαι.] Enallage ἐμφατικὴ ad tollendam cunctationem. Alii παρασκευάσασθαι:

σασθαι: quod non displicet. Nam τὸ δεδόχθαι iam praesto esse potest: τὸ παρασκευάσθαι non item. Sic mox pro πρὸς δὲ τέτοις, alii πρὸ δὲ τέτων, ante haec.

13. μηδὲ τὰς ἐπιστολιμαίας ταύτας δυνάμεις.] conductitios exercitus verti. ἀπόστολος veteribus classem significat: vnde ἀποστολιμαῖος, classicus, classiarius, emissarius. ἐπιστολή, literae, mandatum. ἐπιστολεύς, γραμματοφόρος, tabellarius, vel ὁ ἐπὶ τῦ στόλυ διάδοχος τῦ ναυάρχυ, classi praefectus: ἐπιστολιμαῖος, epistolaris, τὸ δι' ἐπιστολῆς γιγνόμενον ἢ διαπραττόμενον, ἐπιστολιμαῖοι δυνάμεις, copiae, (vt opinor) quae, cum est opus, foris contrahendae, et missis literis aut legatis accersendae sunt. Apud Eusebium lib. 7. ecclesiasticae historiae legitur: ἐπιστολιμαίων δέομαι γραμμάτων. Sic ἐπιστολιμαῖος χαρακτὴρ, ἐπιστολιμαῖα συνθήματα, ἐπιστολιμαῖοι κατηγορίαι. ἐπιστολιμαίας δυνάμεις.] Scilicet λεγέτω τις, ἀλλὰ ταύτην δύναμιν ἐθέλω, ἣ τῆς πόλεως ἐστι, τετέστι, πολιτικήν: Hermogenes τόμῳ δὲ εὑρέσεων addit πρόσφερε.

Ibid. ἀλλ' ἢ τῆς πόλεως ἔξω.] M. ἀλλ' ἢ τῆς πόλεως ἔξαι, καὶ κἂν. videtur enim necessario, quamuis κακοφώνως, addenda coniunctio.

15. τέτῳ πείσεται.] Scilicet ἡ πολιτικὴ δύναμις. Vnde apparet, mercenarios milites non cuiuis duci parere solitos.

16. καὶ τροφὴν ταύτῃ πορίσαι κελεύω.] τὴν τροφὴν etsi in vniuersum de sustentatione exercitus intelligere licet, tamen pro annona, seu commeatu, quod σιτηρέσιον postea dicet, intelligo: vt et cibaria, vel certam pro iis pecuniam ad sustentationem corporis, et aliam pecuniam pro laboribus et periculis dederint militibus, quae coniuncta τὸν ἐντελῆ μισθὸν integrum stipendium confecerint. Suidas σιτηρέσιον, τὸ διδόμενόν τισιν εἰς τροφήν. Hesychius ἐφόδιον. Budaeus militarem

litarem annonam et ſtipendium, et teſſeram frumentariam interpretatur. Apud Caeſarem eſt frequens, militibus metiri frumentum, τὸ σιτομετρεῖν, ἢ σιτοδοτεῖν: cuius locum adſcribere libet: Ingreſſo ciuile bellum, centuriones cuiusque legionis ſingulos equites e viatico ſuo obtulerunt: et vniuerſi milites gratuitam et ſine frumento ſtipendioque operam, cum tenuiorum tutelam locupletiores in ſe contuliſſent. Neque in tam diuturno ſpatio quiſquam omnino deſciuit: plerique capti, conceſſam ſibi ſub conditione vitam, ſi aduerſus eum militare vellent, recuſarunt.

46. 16. ἐ γάρ ἐϛι μιϲθὸϲ ἐδὲ τροφή.] πότερον ἐκ παραλλήλου, ἢ κατὰ διαζολήν; Si denae drachmae fuerunt σιτηρέϲιον, id eſt, ſi pecunia pro cibariis data eſt, nihil aliud dicit, niſi deeſſe pecuniam, qua ſtipendia militibus ſoluantur.

19. ξενικὸν τρέφειν ἐν κορίνθῳ.] Exſtat Lyſiae ἐπιτάφιος τοῖς κορινθίων βοηθοῖς. et Diodorus lib. 14. meminit ſocietatis ad Corinthum initae a Boeotiis, Athenienſibus, Corinthiis, Argiuis, contra Spartanos. et lib. 15. refert, Timotheum, Chabriam, Calliſtratum, (non Polyſtratum) duces eſſe creatos contra Lacedaemonios.

27. καὶ παρακύψαντα ἐπὶ.] et cum ad bellum noſtrae vrbis obiter reſpexerint: id eſt, ſtatim nos deſerunt: tam diu non inſeruiunt, quam nobis eſſet opus. Cum neminem habent alium, qui ſtipendia numeret, exorto nobis bello, ad nos accurrunt, ad breue ſaltem tempus, dum locupletiorem et liberaliorem dominum inuenerint: ſicut Lucanus egregie cecinit: Nulla fides pietasque viris, qui caſtra ſequuntur, Venalesque manus: ibi fas, vbi maxima merces. Vnde Iſocrates eos κοινοὺς ἁπάντων ἀνθρώπων ἐχθροὺς nominat. quanquam etiam κοινοὶ ἁπάντων φίλοι ſunt, vel ſolius pecuniae potius amici. Idem 2. ad Philippum epiſtola: συνειδότες, inquit, ὅτι τὰ τῶν ξενιτευομένων

μένων στρατεύματα πλείους ἠδίκηκε τῶν πιστευόντων αὐτοῖς, ἢ σέσωκε. Sed versus illos Lucani vir fortissimus et dux, cum alibi, tum re contra Turcas anno 1532. in Pannonia bene gesta, clarus. facete eludit, eos non ad milites, qui antecedant, sed ad lixas et calones pertinere. Hos enim castra sequi.

47. 9. δέκα ταξιάρχας.] τάξις Suidae continet viros 128. quorum dux quondam ταξίαρχος, nunc ἑκατόνταρχος. Ista ratione milites conscriptos oportuit 1280.

10. καὶ ὑπάρχους δύω.] vtrum τὸ δύω duos, an binos, vt et ad στρατηγοὺς et ad φυλάρχας referatur? ἱππαρχία equitum 512. fuit. φυλάρχων quod munus in exercitu fuerit, mihi non liquet. Romani non tribunos plebis modo, sed militum etiam et tribunos aerarios, et consulari potestate habuerunt. Significat autem, hos nomen inane habere, sine re.

13. μετὰ τῶν ἱεροποιῶν.] ἱεροποιὸς Hesychius interpretatur ἐπιμηνίας· ἐπιμηνίαν δὲ ἢ ἐπίμηνον, θυσίαν καθ' ἕκαστον μῆνα τῇ νεμηνίᾳ ἐπιτελουμένην.

26. χρήματα τοίνυν.] Constructio et collocatio verborum insolentior. Sed accipio sic: περὶ χρημάτων τοίνυν, de pecunia, quod ad pecuniam attinet. ἡ μὲν τροφὴ τῇ δυνάμει ταύτῃ (quod sequitur, κατ' ἐπεξήγησιν accedit. σιτηρέσιον μόνον τοῖς στρατευομένοις) ἐστὶν τάλαντα ἐνενήκοντα, id est, ἡ τροφὴ τῆς δυνάμεως ἀπαιτεῖ τάλαντα τοσαῦτα. 100. drachmae minam, minae 60. talentum, talentum 600. aureos facit. Hinc suo quisque arbitratu rationes Demosthenicas supputet: et illud notet, equiti triplum σιτηρέσιον esse datum, drachmas tricenas, pediti denas: quorum carnes esse vilissimas vulgaris iocus affirmat: et ipsi milites suam luxuriam et licentiam excusantes, aiunt, eadem se conditione esse, qua porcos, qui saginati iugulentur.

48. 14. ἃ παρ' ὑμῶν κελεύω, γενήσεται.] Fortasse legendum ἅπερ ὑπάρχειν κελεύω. vel ἃ παρ' ὑμῶν

ὑμῶν ὑπάρχειν κελεύω. Videtur enim significare, tributum esse conferendum, et sequitur postea, αὐτοὶ τῶν χρημάτων πορισαὶ καὶ ταμίαι γιγνόμενοι: etsi τὸ πορισαὶ ad latrocinia et praedas agendas fortasse pertinet.

48. 16. ἃ μὲν ἡμεῖς] Talentis 92. fore opus dixit: quae (vti probabile est) populus conquiri iussit a quaestoribus. Qui ratione inita exposuerunt, vnde ea pecunia petenda esset. Catalogus autem de scripto, vt apparet, recitatus, hic praetermissus est, vt et leges et decreta et testimonia, et alia scripta complura: quae nobis nec inutilia, nec iniucunda lectu essent, si exstarent.

17. ἐπειδὰν ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας.] Cum sententias suffragiis vestris comprobaueritis facta discessione: verbi causa: diuersas sententias dixerint Demosthenes, Demades, Phocion. Qui igitur plures e populo assensores habuerit, τότε ἡ γνώμη ἐπιχειροτονεῖται.

49. 1. μὴ βοηθείαις πολεμεῖν.] βοήθεια, tumultuarius miles, ad propulsandos hostes subito coactus. συνεχὴς παρασκευὴ καὶ δύναμις, vers. 2. constans et perpetuus exercitus, qui semper in procinctu stat, quouis in loco paratus ad vim et inferendam et repellendam. γοητείαις πολεμεῖν, praestigiis belligerare, etsi scomma non infacetum est, minus tamen placet.

49. 9. Si legas ῥᾳδίως εἴσεσθε, facile vos Athenienses scietis, aut, εἴσεται, scilicet ὁ στρατηγὸς ὑμῶν. ῥᾳδίως ἔσαι suspectum est, nisi addatur γνῶναι. Malim quidem ῥᾴδιον ἔσαι. Sed et id ante positum est, et quocunque te conuertas, nulla via bona est. Locus videtur corruptus, et vatem potius, quam interpretem postulare. Principio sic verteram: Eo autem anni tempore, cum et appellere ad terram, facile est, et a ventis nihil periculi, ad ipsam regionem et mercatuum aditus facile milites accedent. Hegendorphi-

nus, ac potius Melanchthon Hegendorphini nomine, sic interpretatur, neglectis verbis: Anni tempestates et secundos ventos, et omnia, quibus opus erit, prouidebit imperator. Alius quidam anonymus: Et facile erit obseruare anni tempus, in quo non difficile terram attingere, et videre ventorum constantiam circa eandem regionem et circa ostia ciuitatum oberrare. Paulus Manutius, vir doctus et disertus, quem honoris causa nomino, vt meretur, hunc locum, si non vere, perspicue certe et eleganter transtulit, hoc modo: De anni vero tempore, cum scilicet ād terram liceat accedere: aut quibus ventis ipsam regionem et emporiorum ostia petere sit tutum: non difficilis erit animaduersio. Pertinent haec ad eum, quem vos exercitui praefeceritis: qui et de re et de tempore consilium ex occasione capiet. Ego, quae vos agere oporteat, expossui. Afferant alii, me volente et cupiente, meliora et certiora. Ego meam dubitationem, ac potius ignorationem, ingenue confiteor.

49. 10. ὁ τέτων κύριος καταξὰς ὑφ' ὑμῶν.] Sic Basilienſis. Manutianus, ὁ κύριος καταξὰς ὑμῶν: quod magis placet, cum significet, imperatorem Athenienſium Athenienſem esse oportere. Mox pro ἂν ταῦτα, lego, ἂν δὲ ταῦτα.

14. καὶ τἆλλα πάντα παρασκευάσαντες, τοὺς στρατιώτας, τὰς τριήρεις, τὸς ἱππέας, ἐντελῆ. πᾶσαν τὴν δύναμιν.] Coniungo παρασκευάσαντες τἆλλα πάντα ἐντελῆ: Manutius ἐντελῆ πᾶσαν τὴν δύναμιν interpretari maluit: copias plane vniuersas lege lata discedere a bello prohibueritis.

50. 1. καὶ τὴν ἱερὰν ἀπὸ τῆς χώρας ὤχετ' ἔχων τριήρη.] Intelligo τὸ θεωρικὸν πλοῖον, de quo est apud Platonem: quo sacrificia Delum ab Athenienſibus perueuehebantur.

50. 13. καὶ προεῖδεν ἕκαστος.] M. πρόοιδεν, praescit, ante nouit, sicut σύνοιδα, ἔξοιδα, praeterito medio. προεῖδον, prouidi, prospexi, vnde προιδεῖν, sed a πρόοιδα προειδέναι, οι in ει mutato.

22. τὰς χωρὶς οἰκοῦντας.] S. τῶν πρώην δεσποτῶν ἀπελευθέρους, libertinos, qui relicta patroni familia suum ipsi negotium gerunt.

51. 15. καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ.] M. ὅνπερ.

24. ὥσπερ δὲ οἱ βάρβαροι πυκτεύουσιν.] Non multum ab hac similitudine abhorret, quod est apud Aristotelem ά. τῶν μετὰ τὰ φυσικά· οἷον (φησὶν) ἐν ταῖς μάχαις οἱ ἀγύμναστοι ποιοῦσι. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι περιφερόμενοι τύπτουσι πολλάκις καλὰς πληγάς· ἀλλ' ὅτ' ἐκεῖνοι ἀπ' ἐπιστήμης· ὅτε ἕτοι (οἱ πάλαι φιλοσοφήσαντες) ἐοίκασιν εἰδόσι λέγειν, ἃ λέγουσι.

52. 4. ἀδὲ περὶ τῶν χρημάτων προορᾶτε οὐδέν.] Cum pecuniae sint nerui bellorum, non incommoda est haec lectio. Malo tamen cum Obsopoeo, πραγμάτων, quod omnia complectitur. et quid si legas, ἀδὲ πρὸ τῶν πραγμάτων.

53. 10. καταγελῶσι τὰς ἀποστόλας.] Haec coniungo, etsi forte legendum, τῶν τοιούτων ἀποστόλων. et postea οἱ σύμμαχοι τεθνᾶσι τῷ δέει. Durum enim fuerit, τεθνᾶσι τὰς τοιούτας ἀποστόλας, ἀντὶ τοῦ διὰ τὰς, ἢ ἕνεκα τῶν τοιούτων ἀποστόλων, ἀδαμῶς θαῤῥοῦντες τούτοις.

17. ῥᾳδίως ἐνθένδε ὦσι,] Lego cum Obsopoeo, πρὸς ὑμᾶς ψευδόμενοι ῥᾳδίως ἐνθάδε ὦσι.

54. 3. οἱ μὲν περιόντες] Similis est locus περὶ τῶν λογοποιούντων in Philippica Isocratis, cum hoc conferendus.

5. τὰς πολιτείας διασπᾷν.] ἢ ὀλιγαρχίας, ἢ τυραννίδας ἐγκαθιστάντα ταῖς πόλεσι. Nam fuit haec Graecorum ratio: Reges, vrbes gubernari a singulis: Oligarchici, vt Lacedaemonii, a paucis: Democratici,

vt Athenienſes, a multis, hoc eſt a plebe, voluerunt. Hoc illud eſt, quod ait Thucydides τῇ ἀ. τὸς λακεδαιμονίος βέλεσθαι τὸς συμμάχος ἐπιτηδείως σφίσιν αὐτοῖς πολιτεύεσθαι, τοτέξιν, ὀλιγαρχεῖσθαι.

Ibid. ὡς πρέσβεις πέπομφεν ὡς βασιλέα.] Nam cum Iſocratis impulſu bellum Perſicum animo agitaret, probabile eſt, et eius ingenio dignum, per foeciales prius eum res repetere voluiſſe: hoc eſt, τὰς κατὰ τὴν ἀσίαν ἑλληνίδας πόλεις καὶ νήσος ἀξιῶν ἐκεῖνον ἐλευθέρας ἀφεῖναι, καὶ τῆς εὐρώπης παντελῶς ἀποσῆναι, ἀρκόμενον τῇ τῶν ἐν τῇ ἀσίᾳ κατοικόντων βαρβάρων ἀρχῇ.

7. οἱ δὲ λόγος πλάττοντες ἕκαστος περιερχόμεθα.] Etſi et haec lectio excuſari poteſt, malim tamen ἕκαστοι. Sic in oratione περὶ εἰρήνης, μὴ πάντες, περὶ τῶν ἰδίων ἕκαστος ὀργιζόμενος: ſeruata numerorum congruentia.

18. ἠλπίσαμέν τινα.] Haud ſcio, an haec de Philippo, an de aliquo duce aut ſatrapa Perſico intelligenda ſint. Ac multa ſane, mea quidem opinione, apud Graecos et Latinos autores occurrunt, hiſtorica praeſertim, in quibus praeſtet in ipſius ſcriptoris verbis acquieſcere, quam ſeſe fruſtra fatigando, incertas coniecturas perſequi.

55. 6. νικώη δ' ὅτι.] Opportuna clauſula, qua et Melanopum Calliſtrati aduerſarium in republica, cum ab illo corruptus largitionibus de ſententia decederet, vſum eſſe, Plutarchus tradit: ὁ μὲν ἀνὴρ ἐχθρὸς, τὸ δὲ τῆς πόλεως νικάτω συμφέρον. Quae victoria ſi omnibus propoſita eſſet, (fieret autem hoc, ſi appetitum rationi obedientem praeberemus) facile in concordiam rediretur, et capitales inimicitiae in ſummam beneuolentiam et mutuum amorem conuerterentur. Deus enim caritas eſt: et qui in caritate manet, in Deo manet; qui autem fratrem ſuum odit, homicida eſt, et ex

et ex patre diabolo. Sed plerique fratres agnoſcunt non niſi aſſentatores (aſſenſores dicere volui) ſuos, et omnium cupiditatum miniſtros. Reliqui inimici habentur et perduelles.

ANNOTATIONES IN ORATIONEM DE PACE.

HIERONYMVS WOLFIVS CANDIDO LECTORI.

Ad pag. 55. *Ipſa res, et operis, quod conficiendum reſtat, magnitudo, orationumque multitudo, me admonent, vt ſtudeam breuitati poſthac, nec annotem quicquam niſi neceſſarium. Ea porro iudico neceſſaria, quae neque ex interpretatione mea ſatis cognoſci poterunt, et aliquid habent dubitationis. Artificium autem rhetoricum καὶ τὴν δεινότητα τῶν Δημοσθένες λόγων, quis aut paucis ſe exhauſturum confidat, aut, vt prolixe agat, ſe ſcopum attigiſſe, accuratioribus in hoc genere et moroſioribus probaturum? Itaque praeſtare cenſeo, nihil, quam non ſatis, dicere. Oſtendit Vlpianus (quem cur nonnulli tantopere contemnant, equidem non video) viam cogitandi non peſſimam, mea quidem ſententia. Quam qui, Hermogene praeſertim et Libanio comitibus adſcitis, ingreſſus fuerit, in caeteris etiam orationibus, quid ſpectandum, quo contendendum ſit, non ignorabit. In hiſtoriis autem, quae ex ſcriptoribus rerum ab Athenienſibus, Lacedaemoniis, caeterisque Graecis, et a Philippo et Alexandro geſtarum facile depromi poſſent, ipſe ſibi fere commentarius eſt Demoſthenes. Iam locos communes, qui ſaepe ampliſſimam declamitandi, et noſtra tempora cum Philippicis conferendi mate-*

riam praeberent, seorsim annotatos, prudentis lectoris cogitationi de industria reliquimus. Verba et res, ne eadem saepius repetenda sint, caubit index alphabeticus: e quo requirenda erunt ea, quae nos consulto, μὴ δὶς ἡ κράμβη θάνατος, praetermisimus. Quae cum ita sint, et nostro et lectoris otio atque commodis, breuitati studentes, sine cuiusquam iusta, vti spero, reprehensione, consulemus.

IN ARGVMENTVM.

Pag. 55. 13. In Arg. Or. de Pace. ἀπεκωλύθη τῆς εἰσόδε] Id est, ἀπεκρύσθη, vt habet Obsopoeus.

56 9. πολεμήσειν αὐτές.] Lego αὐτοῖς, scilicet ἀθηναίοις. πολεμεῖν τινι, bellum cum aliquo gerere: ἐκπολεμοῦν τινά τινι, aliquem ad bellum alicui faciendum concitare.

14. ἔτος ὁ λόγος παρεσκευάσθη μὲν, ὰ μὴν εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ.] M. παρεσκευᾶσθαι, ἀπαρεμφάτου παρῳχημένῳ.

IN ORATIONEM.

Pag. 57. 5. κατὰ ταὐτὰ ἡγεῖσθαι] ὁμογνωμονεῖν, συμψήφος εἶναι, consentire de eo, quod futurum sit e republica.

15. τὰ δὲ πράγματα, καὶ περὶ ὧν βελεύεσθε.] ὁ καὶ σύνδεσμος παρέλκοντι ἔοικεν.

22. καὶ τὰ προειμένα σωθήσεται.] Plus pollicetur, quam praestat. Nam de recuperandis amissis nihil dicit: tantum bellum Amphictyonicum caueri iubet.

Ibid. ἀκριβῶς δὲ.] περιαυτολογίαι alioqui odiosae sunt, sed hic perstringit arrogantes ac turbulentos oratores, quos Athenienſibus esse gratos, etiam alibi queritur, suamque modestiam commendat.

58. 4.

58. 4. *τῶν ἐν εὐβοίᾳ ταραττομένων πραγμάτων.*] Vide *τὸς ἀντιπάλους λόγους* de expeditione Athenienſium in Euboeam.

10. *μετὰ τῦ προσόφλειν αἰσχύνην.*] O. *προσοφείλειν.*

ἅπαντας ἠσθῆσθαι.] O. *γινώσκειν.*

16. *τῆς τέχνης.*] Accedebat impune ad Philippum, vt hiſtrio, proditor cum eſſet: ac ibi edoctus, quid facto eſſet opus, curabat per oratores atque alios, vt Athenienſes conſilia ſequerentur, tam ſuae libertati pernicioſa, quam regno Philippi amplificando opportuna. Quanta autem in gratia Philippi hiſtriones et poetae fuerint, e ſecunda Olynthiaca, et falſae legationis oratione apparet. Pro *τὰ παρ' ὑμῖν*, v. 18. malim *τὰ παρ' ὑμῶν*, quanquam parum intereſt.

59. 4. *ἣν ἐνθάδε ἐκέκτητο φανερὰν οὐσίαν.*] *ἀφανὴς οὐσία*, pecunia ſiue domi recondita, ſiue apud menſarios collocata, ſiue in negotiationem collata. *φανερὰ*, aedes, fundi, praedia, domeſticum inſtrumentum.

58. 22. *οὐδὲ εἷς γὰρ ἦν.*] Accipi poteſt pro *οὐδεὶς*, id eſt, nemo defendit Neoptolemum; ſed ipſe cauſam ſuam egit, vel, plurimi fuerunt eius defenſores, id eſt, totus populus, vos ipſi eum defendiſtis.

23. *ἐν διονύσου.*] Scilicet *ναῷ*, in Bacchi aede, aut *ἑορτῇ*, feſto, et ſic ego verti. Nam ex oratione *περὶ στεφάνου* conſtat, in theatro actas fuiſſe tragoedias. Sententia eſt: Vos ita fauiſtis hiſtrioni proditori et perduellionis reo, ac ſi tragoediam ageret, non capitis cauſam diceret, voluptatis ſtudioſi cum pernicie reipublicae.

59. 7. *τοῖς λόγοις ἀποφανθέντα.*] Scilicet, *τὰ πράγματα*: per eas orationes declarata eſſe negotia.

15. *τήν τε θηβαίων πόλιν διοικεῖν.*] Thebanorum vrbem adminiſtraturum, id eſt, ſeruitute oppreſſurum, coacturum in ordinem. Sed cenſeo legen-

dum διοικιεῖν, a διοικίζω, et non a διοικέω, ἀνάξατον ποιήσειν, dissipaturum, euersurum, in pagos redacturum. Sic Isocrates: λακεδαιμόνιοι μαντινέας διῴκισαν. τῷ διοικίζειν contrarium est τὸ συνοικίζειν, ἢ οἰκίζειν, vt paulo ante: θεσπιὰς καὶ πλαταιὰς οἰκισθήσεσθαι. Sint cauti lectores in praeteritis et futuris et aoristis verborum οἰκέω, quod η, et οἰκίζω, quod ι in illis temporibus habet: vt ᾤκηκα, ᾠκήκειν, ᾤκησα, οἰκήσω· et ᾤκικα, ᾠκίκειν, ᾤκισα, οἰκίσω. quae librarii plerumque confundunt.

60. 7. οἴχεται φέρον καὶ καθείλκυσε.] τὸ φέρον non tam eleganti pleonasmo additur, quam celeritatem quandam et impetum significat.

61. 1. εἰ γενήσεται πόλεμος πρὸς ὑμᾶς αὐτούς.] Lego πρὸς ὑμᾶς αὐτοῖς: Si ipsi bellum contra nos susceperint. Stupor Boeotorum in prouerbium abiit. Pindarus: τὴν πάλαι λοιδορίαν, Βοιωτίαν ὖν, ἀποτρίψαντες, et Horatius:

Bocotum in crasso iurares aëre natum.

3. τοῖς δ' ἀγαθοῖς ἐφεδρεύων καθεδεῖται.] παρὰ τὸ καθέζομαι. O. κατεδεῖται, παρὰ τὸ κατέδω: Alium, captantem occasiones, bona illa deuoraturum. Sed prior lectio magis placet.

9. εἰς τὴν οἰκείαν εἴ τις ἐμβάλοι.] ἐκ αὐτῶν τῶν συμμάχων, ἀλλὰ τῶν πολεμουμένων, εἴτε θηβαίων, εἴτε ἀθηναίων.

25. ἔτι ἐχθροτέρως.] Hoc malo, quam ἐχθρωδεστέρως, aut ἐχθρῶς. Nam et comparatiuus requiritur: et ἐχθρώδης parum vsitatum, et ἐχθρὸς non tantum ἐχθίων, ἔχθιστος, sed etiam ἐχθρότερος, ἐχθρότατος facere potest κατ' ἀναλογίαν.

13. ὥστε εἶναι καὶ κρατεῖν.] Id est, ζῆν, μὴ ἀναστάτους γίνεσθαι, σῶς ὑπάρχειν: quam vocem subintelligi arbitror, vt et apud Ciceronem 1. de Officiis verbum ESSET ponitur: Sic cum Celtiberis, cum Cimbris bellum vt cum inimicis gerebatur, VTER ESSET,

ESSET, non, Vter imperaret. Vbi fortaſſe legendum: Vtri eſſent, non, Vtri imperarent.

61. 24. ἐνδέχεσθαί τι τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων.] Impedire quaedam acta illorum, non conſentire in omnia. Alias eſt τὸ διαδέχεσθαι: hic vero ἀπείργειν καὶ κωλύειν, vt et Suidas exponit. quaſi dicas intercipere, et interuertere.

62. 4. πέρα τοῦ.] M. καὶ πέρα τοῦ, id eſt, καὶ παρὰ τὸ συμφέρον, non περὶ τοῦ.

4. φαίνηται δὲ δίκαια φρονεῖν ἐπὶ ταύτῃ τῇ προαιρέσει.] Id eſt, ad propulſandam iniuriam parata: non ad foedera violanda propenſa. Lectio variat. Nam pro τῇ προαιρέσει legi αἱρεμένῃ annotatur. τὸ φρονεῖν alioqui, ſed adiecta voce μέγα, τηλικοῦτον, ὑψηλὰ, et ſi-

et similibus, ad elationem animi refertur. Hic δίκαια φρονεῖν, est ea, quae iusta sunt, cogitare. προαίρεσιν vocat consilium illud instructionis, quanquam malim παρασκευήν.

180. 8. δόξαν ἀνδρείας λαβεῖν.] Consequi opinionem fortitudinis, id est, videri velle fortem, simulare vel prae se ferre fortitudinem.

9. δεινὸν εἰπεῖν φανῆναι.] Videri eloquentem, eloquentiae laudem consequi, eloquentiam ostentare: vt supra λέγειν δεινοί.

13. τὸν πόλεμον, τὸν ἐκ τοῦ πολέμου ἀγῶνα.] πόλεμος est, quam diu hostes vtrinque infestis animis in armis sunt: ἀγὼν proelium, conflictus, dimicatio, a qua victoria pendet.

15. συμβάντα ἂν.] ἀντὶ τοῦ συμβησόμενον. Nondum enim pugnatum erat.

19. ἀγαθῶν ἀνδρῶν.] Id est, πολεμικῶν, μεγαλοψύχων, ἀνδρείων. Boni viri, δίκαιοι, σπουδαῖοι, καλοκαγαθοί, a iustitia, non a fortitudine, nominantur.

26. εἰκότως ἂν ἴσως φανεροὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐγινόμεθα ἀντιταττόμενοι.] Sententia est: Rex nos violatae pacis accusare non poterit, etiamsi nos parauerimus. Quare? Quia profiteri licebit, eum apparatum contra hostes alios fieri: cum non alia ratio sit belli aduersus Barbaros gerendi, quam eius, quod cum Graecis geritur.

181. 2. ὁμολογοῦντας ἐχθροὺς ἔχοντες, ἑτέρους ζητοῦμεν.] Ii hostes qui sint, mihi non liquet. forte Thebani, aut insulares, sunt intelligendi.

14. οἱ πρέσβεις.] S. οἱ ἡμέτεροι, nostri legati.

Ibid. ᾠδὴν ᾄσουσιν.] Eandem cantilenam subinde cantabunt, ἀπὸ τοῦ ᾄπτειν τὰς ᾠδάς, vel ἀπὸ τῆς ῥάβδου. Sophocles ᾠδὸν κύνα Sphingem vocat.

15. ἃ νῦν οἰόμεθα.] Quae nunc opinamur, scilicet, esse facienda, id est, si tum, cum necesse erit, in-

ſtructi erimus ad id bellum, quod modo nobis ipſi fingimus, propulſandum.

181. 20. ἐκ μὲν τῶν καλῶν.] S. συμβήσεται, ἢ περιέσται τὸ δεῖσθαι τὸ ἀφαμαρτεῖν. Poſtea, ἐκ τῶν ἐπιτχεῖν μετὰ τῶν, etc. coniungere.

23. πάντας ἥξοντας.] ὅτι ἥξουσι πάντες. Sic mox, ὡς ἔκαστον ἑκόντα ποιήσοντα, ὅτι ἕκαστος ποιήσει, vel ὡς ἑκάστῳ ποιήσοντος. et τὸν δὲ πλησίον πράξοντα ἀντὶ τῶν, πράξοντος. Poſſit etiam legi ἕτω διακεῖσθαι τὰς γνώμας ὑμᾶς, vel τὰς γνώμας ὡς ἕκαστον ὑμῶν.

182. 12. ἀναπληρῶσαί φημι χρῆναι.] Hinc apparet, complures illi numero 1200. deſuiſſe, aliis ad egeſtatem redactis, aliis alio atque alio caſu ab eo coetu auulſis. Itaque diminuto numero, reliqui grauiora onera ſuſtinebant, maioresque ſumtus facere cogebantur: quos ſubleuare ſtudet Demoſthenes.

15. τῶν ἐπικλήρων.] Puella orba haereditatem conſequitur: ſed non ex ſeſe genus propagat. De hac Suidas: ἐπίκληρον, inquit, puellam pupillam, parentibus et fratribus orbam, in cuius poteſtate opes ſunt, vocant, etc. ἐπίκληροι etiam vocantur, ſiue binae, ſiue plures fuerint.

Ibid. τῶν ὀρφανῶν.] Hos igitur, qui hic recenſentur, immunes fuiſſe apparet.

16. τῶν κληρεχικῶν.] κληρεῦχοι qui ſint, vide Libanium in argumento περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ. Suidas: κληρεχικὰ, inquit, Demoſthenes dicere videtur, bona eorum, qui in aliam quamcunque prouinciam, obtinendi agri nomine, mittuntur. Qui enim fieri poteſt, vt, qui peregre abeſt, triremem Athenis inſtruat?

Ibid. καὶ τῶν κοινωνικῶν.] Suidas: κοινωνικὸς Demoſthenes vocat ſiue fratres, qui haereditate indiuiſa fruuntur: quorum pater munera obire publica potuit, cum eiusdem haeredes ſinguli triremes inſtruere propter fortunarum tenuitatem non poſſint: ſiue etiam eos,

eos, qui voluntariam coiuere societatem vel mercimoniorum, vel rei cuiuspiam alterius, quorum singuli totum communium opum censum non habebant. κοινωνικοὶ igitur emolumenti et detrimenti sunt participes. *Gesellschafftet.*

182. 16. εἴ τις ἀδύνατος.] S. λειτουργεῖν. Si quis pauperior est, quam vt reipublicae inseruiat.

21. διελεῖν κελεύω πέντε μέρη.] Lego εἰς πέντε μέρη, quanquam postea sequitur ἅπαντα ἐκ τοῦ διαγράμματος νεῖμαι κελεύω μέρη εἴκοσι, etsi et hic vt a librario sit omissa praepositio fieri potest: dura certe est constructio. Sic et apud Platonem legitur de legibus: νέμειν πάντα ἐκ γῆς γινόμενα δώδεκα μέρη. Vbi ego malim: νέμειν πάντα τὰ ἐκ τῆς γῆς γινόμενα εἰς δώδεκα μέρη. Incredibile est, quoties articuli et aliae minutae particulae a librariis omittantur: id quod ostendit codicum diuersorum collatio.

22. ἀνταναπληροῦντας.] Vt pauperrimi cuiusque inopia ditissimi copiis ita pensetur, vt fiat inter eos aequalitas: et perinde sit, ac si pauper tantundem contulisset, quantum, si caeteris aequalis foret, conferre debuisset: ac potius, vt plures pauperes tantum conferant, quantum vnus ditissimus: multorum re familiari quasi in vnum aceruum collata: vt si Crassus conferret decem talenta de 120. talentis: alii 120. viri, quorum singuli non vltra talentum possideant, vni Crasso aequentur, decem et ipsi talentis conferendis.

27. κατὰ τὴν πεντεκαιδεκανᾶιαν.] Quasi dicat, quindenauiam. Est enim compositum a πεντεκαίδεκα et ναῦς, vt Euripides χιλιόναυν στόλον, id est, millenauiam (si nobis ita, vt Graecis, nomina fingere liceat) classem. Vicies autem quindena, seu (quod perinde est) decies et quinquies vicena, trecenta conficiunt, (quanquam postea singulis centuriis, quinas adiicit naues) vt supra quinquies duodena vel duodecies quina, sexagin-

xaginta: vicies ſexagena vel ſexages vicena, mille ducenta.

182. 26. τριακοσίας ἀποδείξαντας.] S. ὑμᾶς, ἐπειδὰν ἀποδείξητε, ἢ ἀποδεῖξαι καὶ ποιῆται εἴκοσι μέρη κατὰ τὴν πεντεκαιδεκαναίαν.

183. 1. εἶτα συγκληρῶται συμμορίαι σωμάτων ἑκάστῃ] ἑκάστοις ἑξήκοντα ἀνδράσι διὰ τὸ κλήρου παραδοῦναι, ἢ ἁπλῶς, προσνεῖμαι.

5. ἐπειδὴ τὸ τίμημά ἐστι τὸ τῆς χώρας.] Suidas τίμημα, ἡ καταδίκη, ζημία, ἐνέχυρον, τιμωρία, κεφάλαιον, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ συμμοριῶν (Sic enim legendum, non συμμάχων) καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἰσφερόμενον παρ' ἑκάστου.

Ibid. ἑξάκις χιλίων ταλάντων.] Thucydides Atticam λεπτόγαιον vocat: et eſt tamen non parua aeſtimatio ipſius ſoli, praeter aedificia et reliquas opes: ſi ſingula talenta, vt Budaeus tradidit, ſexcentenis coronatis aeſtimes, ſingulos vero coronatos cruciferis circiter 75. aut 76. Sic enim talentum florenos Rhenenſes, ſuperiori Germaniae vſitatos, qui vel pazios quindenos, vel cruciferos ſexagenos continent, valebit 750. Talenta 10. conficiunt fl. 7500. Talenta 100. fl. 75000. Talenta 1000. fl. 750000. Talenta 6000. fl. 4500000. hoc eſt, tonnas auri 45. aut Milliones $4\frac{1}{2}$. Haud igitur ſtulte ſapuit Philippus. ſi Athenas (vt criminatur Demoſthenes) in ſuam redigere poteſtatem voluit.

6. ἵν' ὑμῖν καὶ τὰ χρήματα ἢ συντεταγμένα.] Quomodo? Nec enim ſolent poſſeſſores fundorum tantum habere praeſentis pecuniae, (quam bella non poſtulant, ſed flagitant) quanti ſunt ipſa praedia.

8. πέντε ἑξηκονταλαντείας.] ὑφὲν legatur. Eſt enim compoſita vox, vt πεντεκαιδεκαναία.

9. εἰς ἑκάστην τῶν μεγάλων.] Magnae claſſes ſexagenum virorum naues quindenas: paruae duodenum virorum, ternas habebant naues. Magnis attribui vult

vult quinquies ſexagena talenta, id eſt, trecentena. Paruis quintam horum partem, id eſt, ſexagena. Cum autem paruae ſub magnis contineantur, easque conſtituant, videtur haec diſtinctio, ordinis et perſpicuitatis cauſa eſſe inſtituta. Sed repetam (vt vel rudioribus vel ſegnioribus gratificer) omnem hanc Demoſthenis arithmeticam.

I. Viri, qui triremes inſtruant, ſint mille et ducenti. Adiungit autem his octingentos, vt, ſi qui inter illos immunes quacunque de cauſa fuerint, numerus ille 1200. compleatur.

II. Hi 1200. ſunt diuidendi in vicies ſexagenos. ita fiunt ex his mille ducentis 20. ſymmoriae, id eſt, coetus, ordines ſeu claſſes, quarum claſſium ſingulae ſexagenos viros complectantur.

III. Hae ſingulae ſexagenariae claſſes, vt ita dicam, in quinas partes duodenarias diſtribuantur: in quibus partibus tenuiſſimus quiſque cum locupletiſſimo coniungatur.

IV. Triremes ſint trecentae. Hae diuidantur in vicies quindenas naues. Addantur autem ſingulis nauium centuriis quinae naues, ita naues conficientur 315. Cur autem hae 15. adduntur? Eandem ob cauſam opinor, ob quam ſupra 1200. viris, 800. ſunt adiecti: vti nimirum, ſi quae naues minus vtiles eſſent, aliae illarum loco haberentur.

V. Vnaquaeque *συμμορία* quindecim naues inſtruat, ita vnaquaeque pars duodenaria tres naues inſtruet, id eſt, quaterni viri ſingulas naues.

VI. In has viginti ſexagenarias, quae ſunt centum duodenariae, diſtribuenda ſunt ſexies mille talenta. Idque hac ratione fieri debet: 1. haec ſexies mille talenta diuidenda ſunt in centies ſexagena talenta. 2. in vnamquanque *συμμορίαν* quinquies ſexagena, id eſt, 300. talenta, ſunt diſpartienda. 3. ita vnaquaeque duo-

duodenaria 60. talenta accipiet, id eſt, in ſingulas triremes vicena talenta impendentur. Solet enim Demoſthenes tanquam a ſummis generibus ad infimas ſpecies, ſic a tota ſumma ad minutiſſimas partes, perſpicuitatis gratia, deſcendere. Sed haec hactenus ſatis perſpicua et intellecta eſſe puto. Quae vero ſequuntur, intricatiora illa quidem, explicare et ipſa conemur. Propoſuit Demoſthenes, perinde ac ſi ſumma vrgeret neceſſitas, 300. triremes inſtruendas, easque diuiſit in vicies quindenas, et ſingulis quindenis 300. talenta attribuit, et ſingulis ternis ſexagena. Deinde ab imo iterum adſcendit ad ſummum, hoc modo: Naues 100. poſtulant talenta 60. Trierarchos 12. Naues vero 200. talenta 30. Trierarchos 9. Naues 300. talenta 20. Viros 4. Sed qui fit, vt, aucto nauium numero, et hominum et talentorum decreſcat numerus, cum potius adaugendus vterque vna eſſe videatur? et cum antea quindenis nauibus, 300. talenta aſſignarit, nunc tantum 60. centenis attribuat? Quia creſcente numero triremium, decreſcit numerus et virorum et talentorum: vt quaterni viri de vicenis talentis tantundem conferant ad trecentas naues, quantum viri duodeni de ſexagenis, in centum nauium claſſem contuliſſent.

183. 18. καὶ τὰ νῦν ὀφειλόμενα τῶν σκευῶν.] De illis hoc intelligendum eſſe, qui mutuo accepta inſtrumenta, vt ſunt, remi, vela, rudentes, mali, et id genus alia, nondum reddiderunt: et verbum εἰσπράξαντας, quod ſequitur, v. 24. innuit, et apparet fieri ſolitum e Midiana, et ex oratione περὶ τοῦ ςεφάνου τῆς τριηραρχίας.

Quae autem hic cum de nauibus, tum earum inſtrumentis et inſtructionibus, atque adeo tota comparandi belli, tributique conferendi ratione dicuntur, nobis, qui claſſem aut bellum nunquam vidimus, nec vllam

vllam reipublicae partem attigimus, obſcuriora ſunt, intelligi tamen de iis tantum e conuerſione poteſt, quantum ad linguae Graecae cognitionem a nobis requiritur. Quod vero ad numeros attinet, magnis arithmeticorum ſubtilitatibus nihil eſt opus, ſed animi quadam attentione: quam cum omnes Demoſthenis orationes poſtulent, haec etiam flagitat.

183. 20. *ἅπαντα ἐκ τοῦ διαγράμματος νεῖμαι κελεύω.*] Suidas et *μίσθωμα* interpretatur, id eſt, mercedem meretriciam, ab aedilibus cuique conſtitutam: et (quae ſignificatio huc pertinet) conſtitutionem, quantum cuique claſſico, belli temporibus, pro modo facultatum, tributi nomine conferendum eſſet: cui aeſtimationi qui praeerat, *διαγραφεὺς* appellabatur.

21. *μέρος ἓν χρηστὸν ἑκάστῃ.*] Commodam. Quia fortaſſe triremes non omnes fuere pares, aliae maiora vela, malos, remos poſtularunt: aliae, minora eadem.

23. *τῶν ἑαυτῆς μερῶν.*] duodenariis ex aequo.

24. *εἰσπράξαντας.*] S. ab iis, quos *τὸ διάγραμμα* iubet. *πλήρωσις* ſunt *ἐρέται, ἐπιβάται, στρατιῶται.*

184. 3. *κατὰ τριάκοντα νεώσοικοι.*] tricenaria naualia, id eſt, tricenarum triremium capacia.

6. *τὸν δὲ τριήραρχον ἕκαστον.*] Malim *τῶν δὲ τριηράρχων ἑκάστους*, ſingulos trierarchos in ſua naualia.

8. *ὃν ἂν ἡ φυλὴ.*] Malim *ὃν δ' ἂν*, addito *δὲ*. Eſt autem hic ſenſus: Vna tribus continet triginta triremes. hae in tres decurias ſunt diſtribuendae, nimirum vitandae confuſionis cauſa.

9. *ἐπικληρῶσαι τὰς τριττύς.*] Sors ducenda, quae tribus tertia pars quam naualium partem occupare debeat?

18. *πῶς εὑρεῖν.*] *πῶς*, quomodo, *πως*, aliquo modo, ſine accentu, adeo exacte.

19. *μία σύνταξις.*] Id eſt, ordinatis partibus tota claſſis ordinata fuerit.

184. 26.

184. 26. *ἀλλ' εἰς τότε ὑπάρχειν.*] Id est, *εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον.*

27. *τῷ πορίσαι νῦν ἀποτχήσομεν.*] A nunc exigendo aberimus. *παρὰ τὸ ἀπέχω, τὸ ἄπειμι.*

185. 3. *πρὸς ἁπάσας.*] Quae conferri queant.

Ibid. *ὀλίγα δέω εἰπεῖν.*] Parum abest, quin dicam.

6. *ταῦτ' ἄλλως ἔχειν.*] Scilicet quin sit tributum pendendum.

7. *ἴσοι τὸ πλῆθος τούτοις.*] *ἴσοι τούτοις κατὰ πλῆθος*, id est, *τῷ πλήθει* totidem.

8. *χρησμῳδοῦσιν.*] Hinc apparet, iactata esse aliqua oracula, quibus, (vt apud Thucydidem est) tametsi a scurra aliquo conficta sint, mirum est, quantum a stulta plebecula tribui soleat: vt ea vltro decipi se velle videatur.

10. *διὰ λόγων φοβερά.*] Terrores verborum, nuntii terribiles.

Ibid. *ἔργῳ πραττόμενα.*] Ad rem conferri.

12. *ἱκανὸν δοίη.*] Multum det, liberaliter numeret.

13. *αὐτὸς ἀπολωλέναι.*] Ipse perire vna cum suis opibus.

14. *τῶν λοιπῶν.*] Opibus post tributum reliquis.

15. *χρήματα μὲν δή φημι εἶναι τότε.*] *ἀντὶ τοῦ ἔστεσθαι.*

16. *μηδὲ ζητεῖν.*] Ne quidem quaerendum.

18. *πλείων ἐστὶ γέλως τῷ μηδενός.*] Maior risus est nihilo. Potest intelligi, *ἁπάντων γελοιότερον*, omnium maxime ridiculum, magis ridiculum, quam quicquam aliud. Sed malim *τῷ μηδενὸς πεπορισμένῳ*, quam si nulla omnino pecunia exacta esset.

19. *ἑκατοστήν τις εἰσφέρειν ἐρεῖ.*] Centesima, talenta 60. quinquagesima, 120. duodecima, 500. talenta. Sed quo refertur ista *ἀναλογία*; Ad 6000. talentum, quorum duodecima pars sunt talenta 500.

185. 19. *ἑκατοστὴν.*] S. *μοῖραν τῶν ὑπαρχόντων*, centelimam rei familiaris partem, scilicet de 6000. talentis.

23. *δωδεκάτην.*] S. *τῶν ἑξακισχιλίων ταλάντων.*

28. *ἐδαμῆ γὰρ ἂν ἐν καλλίονι*] Nusquam enim commodius. *ἐν καλῷ, καλλίονι, καλλίῳ.*

Ibid. *ἐν καλλίονι*] S. *τόπῳ, κάλλιον, ἢ καλλιόνως.*

186. 5. *τριακοσίαις τριήρεσιν, ὧν ἑκατὸν παρεσχόμεθ' ἡμεῖς.*] Herodotus Calliope, id est, lib. 8. *ἀθηναῖοι πρὸς πάντας τὲς ἄλλες παρεχόμενοι νῆας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν μῦνοι.* et post, *ἀριθμὸς δ' ἐγένετο ὁ πᾶς τῶν νεῶν, πάρεξ τῶν πεντηκοντόρων, τριακόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα, καὶ ἐκτώ.* Non solent oratores diligentiam historicam in numeris adhibere. Isocrates Panegyrico ad Herodoti sententiam propius accedit, *πλείσς*, inquiens, *ἡ πόλις ἡμῶν συνεβάλετο τριήρεις εἰς τὸν κίνδυνον τὸν ὑπὲρ τῆς ἑλλάδος, ἢ πάντες οἱ ναυμαχήσαντες.*

14. *τῦτο δ', ἂν διαδῶ, ζητήσει.*] *τετέσιν, ἀποδήσει χρημάτων.* Quasi vero omnem regis pecuniam 200. cameli vexerint. *ζητήσει.* requiret, desiderabit, id est, carebit, antecedens e sequenti colligitur. Nam qui pecuniae sat habet, pecuniam non quaerit.

15. *φρέατα ἐπιλιπεῖν.*] Cicero: Fons liberalitatis facile exhauritur.

16. *ἀθρόα καὶ πολλὰ*] Et multum simul, et saepe, *ἀντὶ τῦ ἀθρόως καὶ πολλάκις.*

17. *ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώρας τίμημα.*] Quid vero Attica est, cuius amplissimi reditus 400. talenta 4. Philip. memorantur, cum Asia et Aegypto et nonnulla Europae parte collata? satis igitur apparet, eum ita inusitam cum elephanto conferre, vt nec stulti offendantur, et prudentes intelligant, quantum Athenienses regis Persarum opibus sint inferiores.

186. 19. ὑπὲρ ἧς ὡς μὲν τὰς ἐπιόντας ἐκείνων ἀμυνόμεθα.] Alii rectius opinor, ὡς μὲν ἂν, ἐπιόντ' ἐκείνων ἀμυνόμεθα.

20. οἱ ἐν μαραθῶνι.] Hoc auribus Athenienſium gratum eſt. Sic Iſocrates de Euagora: τοσούτους τῶν πολεμίων ἀπώλεσεν, ὥστε πολλοὺς τῶν περσῶν, πενθοῦντας τὰς ἑαυτῶν συμφορὰς, μεμνῆσθαι τῆς ἀρετῆς τῆς ἐκείνου.

21. ἕως δ' ἂν κρατῶμεν.] Quaſi vero id exploratum ſit: aut deorum quiſpiam ſpoponderit. Sed et hoc vulgi auribus datur, de quo Iſocrates oratione de pace: λίαν τινές μοι δοκοῦσιν ὠρμῆσθαι πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ τὰ λοιπά.

25. Ὀρρόντην] Vide Diodorum.

187. 1. ἐπὶ δὲ τὴν ἄλλην ἑλλάδα.] Artificioſa dehortatio ab oppugnanda patria: eas ratiocinationes militibus tribuendo, quae viris cordatis et patriae amantibus dignae ſunt.

3. δουλεύσει.] Malo, vt Felicianus, interrogatiue legere.

6. ἕτω δυσυχὴς.] ἀντὶ τοῦ ἄφρων, et ſane ſtultitia non in minima parte infelicitatis numeranda eſt: ſi modo recte finitur φρόνησις ἀρετὴ τοῦ λογιστικοῦ, παρασκευαστικὴ τῶν συντεινόντων πρὸς εὐδαιμονίαν. Comicus, ἄνοια δυσύχημ' ἀνθαίρετον βροτοῖς. Sed calamitas haec et de proelio et de inopia poteſt intelligi.

7. ἕνεκα κέρδους βραχέος.] Vulgari ioco dicitur nulla caro venire minoris, quam militum. et ego e quodam Care audiui, eandem eſſe militis mercenarii conditionem, quam ſaginati porci.

10. οἱ γὰρ ἡμῶν κρατήσαντες.] ὑποθετικῶς καὶ σοφιστικῶς. Graeci enim illi mercenarii Perſae ἐν προσθήκης μέρει futuri erant, non ſoli rem geſturi.

24. τὰς προτέρας ἀναλύσωνται.] M. ἀπολύσωνται. Intelligenda eſt autem eorum cum Xerxe conſpiratio:

spiratio: quae sunt eorum πρὸς τὰς Ἕλληνας ἁμαρτίας: etsi et post Leuctricam victoriam satis insolenter se gesserunt. Vide τὸν περὶ εἰρήνης Isocratis.

187. 28. τὰς τάτων ἐχθρὰς.] Lacedaemonios opinor intelligendos, aut Phocenses.

188. 3. ὥς᾽ ἅτε φοβεῖσθαι.] Vide, vt concitationem populi timori tribuat, et confirmandis eius animis a bello dehortetur.

11. ὅσα ἂν ἐδὲ καταρώμενος.] Haec de bello Peloponnesiaco videntur intelligenda.

18. ἐδ᾽ ἀδικεῖν ἂν ἡμᾶς ἔθηκα ἐκεῖνον.] Sic et Isocrates in Panegyrico.

21. τῷ τὰ δίκαια ζητεῖν.] Hoc declarat mox, εἰκότως ἂν δοκοίη τοῖς ἄλλοις ἕλλησι φίλος εἶναι βέλεσθαι.

189. 14. ὅσον νῦν ὑπεραίρεσαν.] M. ὑπεραίρει.

24. ἄρχειν δὲ μηδενὸς.] F. ὑπάρχειν, ἢ ἄρχεσθαι. Sed et ἄρχειν χειρῶν ἀδίκων, est apud Isocratem et Demosthenem.

29. ἐ γὰρ ὀργισθήτεσθε αὐτοῖς ὕτερον, νῦν ἁμαρτόντες.] ὑποθετικῶς, εἰ νῦν ἁμάρτοιτε, πεισθέντες αὐτοῖς.

IN ORATIONEM DE LIBERTATE RHODIORVM.

IN ARGVMENTVM LIBANII.

Pag. 190. 1. Πόλεμον πρὸς ἀθηναίους.] Lege cum Fel. πόλεμον ἤραντο πρὸς. Nam omnino huius generis aliquod verbum deest. Alterum argumentum, quod est sine autoris nomine, cum pene ad verbum in orationis huius enarratione exstet, nihil est, cur actum, quod aiunt, agamus.

IN ORATIONEM.

Pag. 190. 5. in Orat. *ὡς γὰρ εἰπεῖν ἁπλῶς.*] Alias *ὡς ἔπος εἰπεῖν*, eodem sensu.

191. 10. *βλασφημίας.*] Conuicia, maledicta. Nam quod Suidas *βλάσφημος ὁ εἰς θεὸν ἐξυβρίζων*, id est, Blasphemum esse, qui probra in Deum congerat, exponit, id non Demosthenicum, sed theologicum est. Fortasse fit *ἀπὸ τῦ βλάσκειν*, quod Hesychio est *λέγειν, καπνίζειν*, vt sit, *βλάσφημος ὁ βλάσκων τὴν φήμην*, qui famam alterius incessit, infuscat et denigrat: aut quasi *βλάπτων τὴν φήμην*, qui famae nocet.

6. *τῆς αὐτῶν σωτηρίας.*] Pro *ἑαυτῶν*, suae salutis.

18. *τοῖς ἀτυχήμασιν αὐτῶν.*] Hoc malo, quam *τοῖς ἀτυχήσασιν*, etsi oligarchici felices videbantur. Sed fit hic mentio *τῦ δήμυ τῶν ῥοδίων.*

19. *τῆς σωτηρίας αὐτοῖς αἴτιοι γεγενημένοι.*] Hoc participium et sententia, et compositio, et priora duo, *ἀφῃρημένος, βεβοηθηκότες*, requirunt: ne tertium membrum sit mutilum et *κακόφωνον.*

21. *τὰς πολλὰς ἐν ἁπάσαις.*] Id est, *τὰς δήμους, τὰς δημοκρατυμένας*, multitudinem liberam.

24. *ἀνυπόπτυ τυχεῖν εὐνοίας.*] S. *τῦ ἐπιβυλεύειν αὐτοῖς ἡμᾶς*, vt nobis et bene cupiant, et nos suae libertati insidiari minime suspicentur, omnique tyrannidis suspicione liberent.

25. *θαυμάζω δὲ τῶν.*] Perstringit oratores, vt qui sibi parum constent.

192. 5. *εἰ τὴν πρόφασιν τῆς παρασκευῆς.*] Confer huc locum praecedentis orationis: Quod si alia copiarum esset ratio, qua vlcisci liceret Barbarum, alia, qua Graecos, fortasse palam fieret, nos aduersus eum instrui, etc. Nam ibi vult instructionem ita fieri, vt de oppugnando Persa, foedere intercedente, cogitare nihil videantur.

192. 7.

192. 7. *πρὸς τὰς ὑπαρχοντας ἐχθρὰς.*] *ὑπάρχοντες ἐχθροὶ* et *ὁμολογοῦντες ἐχθροὶ*, ſunt haud dubii hoſtes: quorum odia non prouocanda, ſed vindicanda ſunt.

9. *καὶ ἐκ ἐγὼ μὲν ταῦτ' εἶπον.*] Id eſt: Non ego modo haec dixi: ſed vobis et placuit, et probata mea fuit oratio. Vel, quemadmodum haec ego dixi: ſic vos probaſtis.

10. *ἀκόλθος τοίνυν.*] *ἀκόλθος* ſubſtantiuum, puerum pediſſequum ſignificat: *θεράπων*, ſeruus, qui domini corpus tuetur. *ἀκόλθος* adiectiuum *ὅμοιον*, ſimilem, conſentaneum. *ἀκολθῆσαι, ὁμοίως διαπράξαθαι*, rem eodem modo gerere: *ἕπεσθαι*, ſequi: *ἐνέχεσθαι*, in aliqua re contineri et ineſſe. *ἀκόλθον ἀπέβη τὸ τέλος ταῖς προτέραις ἐνεργείαις*, Conſentaneus fuit exitus prioribus actionibus, et Polybius: *βουλόμενος ἀκόλθον εἶναι τοῖς ἔργοις τὴν διὰ τῶν λόγων ἐπαγγελίαν*, vt res ipſae verborum pollicitationi reſponderent. Ex Heſychio et Suida. *ἀνακόλθον, τὸ μαχόμενον*, diſſentaneum.

15. *τούτων μηδ' ἀντιποιεῖσθαι τὴν ἀρχήν.*] His verbis probare vult, non conſentaneum eſſe, regem Perſarum Rhodiorum magiſtratuum defenſionem ſuſcepturum.

19. *τινὰς τῶν ἐν ταῖς πόλεσι*] Quarundam ciuitatum magiſtratus.

21. *δεήσει τότε.*] Scilicet *τὸ πολεμεῖν.*

23. *ἐγνωκότες ἦτε ταῦτα*] Statueritis haec, ſcilicet, *ὅτι ὑπὲρ τῶν δικαίων πολεμεῖν χρὴ*, ius bello tuendum.

27. *τῶν συνενηνοχότων.*] *συμφέρειν* alias conferre, id eſt, prodeſſe, quod ea ferat, quibus iuuemur. *συμφορὰ* caſum ſignificat, ſaepius aduerſum, nonnunquam tamen euentum ſimpliciter, ſicut et *τύχη*. Poſſis igitur hic *τὰ συνενηνοχότα, ἀντὶ τῶν συμβάντων*, pro

his, quae euenerunt, interpretari. Melius tamen est, vt ἀντὶ τῶν ὠφελησάντων, pro his, quae profuerunt, accipias.

193. 5. τῷ μὲν ἀπέγνω μὴ βοηθεῖν.] Est Graeca negationis geminatio, vehementius negans: Minime committendum censuit, vt Ariobarzanem adiuuaret. Huius et in Aristocratea fit mentio, quem Vlpianus Persicum satrapam fuisse scribit. Alius est ille ἀριοβαρζάνης ὁ εὐσεβὴς καὶ φιλορώμαιος βασιλεὺς τῶν καππαδοκῶν, a Cicerone defensus.

9. ὑπὲρ τῶν ἑαυτῶν.] Lege ἑαυτᾶ.

11. ὑπέρ τε τᾶ πλεονεκτεῖν.] Pro amplificando imperio.

14. ὅτι δ' ἐδ' ἐναντιωθῆναι.] Pro ἐναντιωθήσεσθαι. sic paulo post, σφόδρα ἂν πειραθῆναι, ἀντὶ τᾶ πειράσεσθαι.

15. ἐπὶ τῶν πραγμάτων εἶναι.] In rebus esse, id est, ἀντιλαβέσθαι τῶν πραγμάτων, rerum curam suscepisse.

18. πράττοντος ὅσα.] ὑποθετικῶς accipiendum: Si regi, quae molitur, ex animi sententia succederent. Sequitur aduersatiua, πράττοντος δ', ὡς λέγεται, cum vero ita, vti fertur, cum eo agatur, eiusque conatus sint irriti. Vide Panegyricum Isocratis.

194. 18. πρόξενος.] Ξένος, παρὰ τὸ ἔξω εἶναι τῆς πατρίδος, quod extra patriam sit, dicitur Latine hospes, tam is, qui excipit, quam qui excipitur, peregrinus. πρόξενος, qui alicui rei cuiuspiam, seu bonae, seu malae est autor. πρόξενοι item dicebantur, qui publice in hoc constituti erant, ut exterarum ciuitatum legatos exciperent. Sed vsitatissima et huic loco apta significatio vocabuli haec est, vt is intelligatur, qui exterae ciuitati est amicus, eiusque negotia curat. et sic accipiendum esse declarat id, quod sequitur, ἅτε ἰδίᾳ ξένος, quem alioqui composito vocabulo nominant ἰδιόξενον, cum quo propter priuatas rationes amicitia, vel hospitium intercedit. δορύξενος, ὁ ἐκ τῆς κατὰ τὸν πόλε-

πόλεμον ἐπιμιξίας τὴν γνῶσιν πεποιημένος, ein Spieſsgeſell.

194. 23. τὲ κομίσασθαι τὰ ὑμέτερα.] S. qui pendere tributa detrectarunt, noſtramque ſocietatem repudiarunt: vel, qui noſtras opes nobis reſtituere voluerunt. Iſocrates in oratione de pace: ὅτι τὰς ἐντᾶις πόλεσι κτήσεις κομιόμεθα.

26. βελτίοσιν ὑμῖν αὐτῶν.] Vobis, qui dignitate illos antecellitis.

27. παρεῖνται.] Pro παρείκασιν, admiſerunt, receperunt, a παρίημι, παρεῖμαι, παρεῖσαι, παρεῖται, παρεῖνται.

10. ὄντες ῥόδιοι.] Id eſt, homines pertinaces et ſuperbi. Homerus ῥοδίης ἀγερώχους cognominat. et Liuius Decad. 5. lib. 5. Tradidere quidam, legatos Rhodios nondum miſſos, poſt victoriam nunciatam, velut ad ludibrium ſtolidae ſuperbiae, in Senatum vocatos eſſe. Iſocrates Plataico: ἀλλὰ τολμῶσιν ὄντες Θηβαῖοι λακωνισμὸν ἑτέροις ὀνειδίζειν· et noſter autor paulo poſt ἀθηναῖοι ὄντες.

195. 4. τάχ' ἂν εἰ τύχοιεν.] Fortaſſe, ſi ita ceciderit, ſi fors ita tulerit. εἰ τύχοιμι, τύχοις, τύχοι, τύχοιτον, τυχοίτην, τύχοιμεν, τύχοιτε, τύχοιεν, per omnes perſonas et numeros, aduerbialiter accipitur, pro fortaſſe: vt τελευτῶν participium. τάχα, fortaſſe, εἰ τύχοιεν, ſi fors Rhodiorum ita tulerit. Eſt fere pleonaſmus. Sic in 2. Olynthiaca. καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχῃ, id eſt, fieri poteſt, vt res bona ſpe floreant. ἂν τύχῃ τὰ πράγματα, ſi fors negotiorum ita tulerit, id eſt, fortaſſe, vel, fieri poteſt, vt, ἐνδέχεται. ἃ δυνηθέντων (S. τῶν δήμων, etſi fortaſſe rectius, ἃ βεληθέντων) δημοσίᾳ διαλύσασθαι ταῦτα. Cum non poſſent aut vellent (S. οἱ δῆμοι) ea publice diluere, aut pro iis ſatisfacere. ἴδια ἐγκλήματα vtrum ea vocat, quae a priuatis homini-

bus ſunt commiſſa: an quae ad ſolos Athenienſes pertinuerunt?

196. 5. εἰ δ' ὀλιγαρχίας ἅπαντα συνήσεται.] Id eſt, ſi paucorum dominatus paſſim inualeſcet.

15. ἔπειτα καὶ δίκαια] ἀντὶ τοῦ δίκαιον, ἑτέρωσις ἀριθμοῦ, aut librarii error.

197. 17. εἰ γὰρ τοίπυ καὶ κεκράτηκε τῆς πόλεως.] Hoc non ad excidium Athenarum bello Xerxis, ſed ad alias clades bello Peloponneſiaco acceptas pertinet.

21. τήν τε πόλιν λακ.] Lego cum Feliciano διὰ λακ.

23. πρὸς κλέαρχον καὶ κῦρον] Vide ἀνάβασιν Xenophontis, et Iſocratis Panegyricum et Symmachicum.

24. ἔτ' ἐπιβουλεῦσαι συνενήνοχεν αὐτῷ.] Potuiſſet et per participium dicere: ἔτ' ἐπιβουλεύσαντι συνενήνοχεν αὐτῷ.

27. οἷς ἂν προέληται.] S. ἐχθροὺς εἶναι, ἢ πολεμεῖν.

198. 10. τί δήποτε ἐν Βυζαντίῳ.] Sententia eſt, impunitate, proditorum confirmari audaciam.

15. ὡς αὐτοὺς συντελῆ ποιεῖν] Pro πρὸς, ſibi vendicare, obnoxiam facere, συνεδρεύειν παρ' αὐτοῖς ἀναγκάζειν. Vide Plataicum Iſocratis.

17. αὐτονόμους.] S. ἐκείνους, ὧν τὴν χώραν ὁρίζουσιν οἱ Βυζάντιοι.

18. οὐδὲ μαυσώλου ζῶντος.] Lego οὐδὲ μωύσωλον ζῶντα, qui vel Mauſolum viuentem, vel, eo defuncto, Artemiſiam docuerit. Niſi forte γυναικοκρατούμενος fuerit. Sed et tum nomen ſaltem imperii penes ipſum fuit, vt nunc penes maritos, quamuis hi ipſi fere mulieribus pareant.

21. ὁ ἐκείνων δεσπότης] τοῦ τε μαυσώλου καὶ τῆς ἀρτεμισίας.

198. 25.

198. 25. ἀμφοτέροις αὐτοῖς.] Tam Artemisiae, quam Byzantiis. Fuit et alia Artemisia antiquior, de qua Xerxes nauali proelio sibi mulieres viros, viros e contrario mulieres esse factos, dixisse fertur.

199. 2. τὰ δίκαια ποιεῖν ὡρμηκότων.] ὑποθετικῶς accipiendum, εἰ ἦσαν ὡρμηκότες: Si omnes magnum studium haberent iustitiae.

6. ἀλλ' ἀνδρίαν.] Recte Felicianus, ἀνανδρίαν.

7. πρὸς τὴν παρεῖσαν δύναμιν.] Vi geritur res: ius est in armis: prout quisque potest, ita ius adipiscitur.

13. ἀμφοτέροις ὥρισαι.] Si nihil deest, ex iis, quae sequuntur, intelligendum: τοῖς τε ἕλλησι κοινῇ, καὶ ταῖς πόλεσιν ἰδίᾳ: aut τοῖς ἀσθενέσι καὶ τοῖς ἰσχυροῖς.

18. ποιεῖν τὰ δίκαια καὶ πρᾶξαι.] Prius significat, abstinere iniuria, et praestare, quod debeas: posterius efficere, vt et alii iusta faciant. malim tamen pro ποιεῖν legere εἰπεῖν.

20. ὑπολήφθητε.] Existimemini. ab ὑπολαμβάνομαι.

200. 5. παρὰ τῶν μισθοδοτῶν αὐτοῖς.] Nomen verbale sui verbi casum retinet, ἀντὶ τοῦ μισθὸν διδόντων αὐτοῖς.

15. ἀτίμους τοῦ συμβουλεύειν.] ἀκύρους, μὴ ἀνέχεσθαι συμβουλευόντων.

17. τοὺς αὐτούς.] M. τοὺς τοὺς αὐτοὺς. et postea φίλους ὑμῖν, M. φίλους ἔχειν ἢ ἔξειν ὑμῖν.

19. τοὺς τῆς πόλεως ἐχθροὺς ἡρημένους.] S. ἀντὶ ὑμῶν, προτιμῶντας τῆς πατρίδος.

21. κατηγορήσει.] M. κατηγορήσειε, ἐπιπλήξειε.

26. ἀλλ' ἐὰν ἃ προήρησθε.] S. τὸ ἀναλαβεῖν τὴν ἡγεμονίαν.

IN DEMOSTHENIS PRO MEGALOPOLITANIS ORATIONEM.

IN ARGVMENTVM.

Pag. 201. 10. in Arg. Παρακαλῶντες ὑπὲρ ἑαυτῶν.] Id est, petitum auxilium. Potest etiam παρακαλῶντας legi, vt ad legatos, non ad Megalopolitanos, oratio referatur. Xenophon ζ' ἑλληνικῶν, tradit, ἀρκάδας ἀθηναίων ξυμμάχους γενέσθαι. et, ὅτι ἀθηναῖοι ἐβοήθουν μαντινεῦσι.

11. μὴ περιορᾶν αἱρεθεῖσαν.] Non despicere captam. Atqui capta non erat, sed in obsidionis metu. Expones igitur αἱρεθεῖσαν pro ὅπως αἱρεθείη, προελθόντας, pro ὅπως προέλθοιεν· μὴ περιορᾶν ὥστε αἱρεθήσεσθαι καὶ προελεύσεσθαι. Vsurpantur enim hi aoristi loco futurorum. περιορᾶν autem, quanquam, si vocem spectes, circumspicere significat: vnde Phauorinus περιορᾶσθαι, exspectare, prospicere, circumspicere, curare interpretatur: tamen pro ὑπερορᾶν, vel παρορᾶν, id est, negligere et despicere, crebro accipitur. παρορᾶσθαι tamen Suidas ὑποτοπεῖσθαι (F. ὑποτοπῆσαι) καὶ ὑφορᾶσθαι, existimare, vel existimari et suspectum esse, vel suspicari interpretatur. Latinis περιορᾶν est committere, pati, non prohibere, conniuere, destituere.

IN ORATIONEM.

202. 3. ἀφ' ἑκατέρων.] Alii a Lacedaemoniis, alii ab Arcadibus missi.

4. πρὸς ἐς.] Scilicet ἡμᾶς, cum apud nos illi vtrique, tam Arcades, quam Lacedaemonii, legatos agant.

10. εἴ τις αὐτῶν ἀφέλοι τὸ γιγνώσκεσθαι, Si quis eis ademerit cognosci et voce attice dicere.] Haec, obscu-

ſcuritatis vitandae cauſa, liberius mihi vertenda fuerunt.

202. 13. τὰ βέλτιστα λέγειν.] Optima dicere, id eſt, ſuadere ſalutaria. χαλεπὸν hic non tam difficile ſignificat, quam ἐπικίνδυνον, periculoſum. Nam vir ſapiens quid in re non perplexa dici expediat, facile perſpicit. Pertinet igitur τὸ χαλεπὸν non ad facultatem oratoris, ſed ad approbationem auditoris, optimique conſilii euentum. Sic Iſocrates in Trapezitico: ἐστὶ δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, πάντων χαλεπώτατον, τοιούτων ἀντιδίκων τυχεῖν. Vbi certe ſignificat, non eſſe difficile inuenire aduerſarium, qui multum ſit moleſtus, (nam vel ille adoleſcens in Paſionem incidit, minime quidem litigandi cauſa quaeſitum) ſed hoc dicit, eiuſmodi aduerſarios difficillime conuinci et ſuperari poſſe. quare nos ibi vertimus: Eſt autem, iudices, omnium moleſtiſſimum in tales aduerſarios incidere.

14. συνεξηπατημένων.] S. τοῖς ῥήτορσι. Cum vna cum oratoribus decepti ſitis, alii cum his, alii cum illis coniuncti.

15. τὰ μεταξὺ.] Ea, quae in medio ſunt, quae interſunt inter oratorum ſententias, id eſt, quae cum neutrius factionis ſententia congruunt.

19. ἤπερ ἃ.] Malo παρ' ἃ, praeter vel contra ea, quae, etc.

20. προέσθαι τισὶν ὑμᾶς ἐξαπατῆσαι.] Obiicere quibuſdam vos decipiendos, id eſt, committere, vt vos aliqui decipiant.

203. 4. ὀρχομενῷ καὶ Θεσπιῶν καὶ πλαταιῶν.] Sic legendum eſt. Nam Θεσπιέων, πλαταιέων, Theſpienſium et Plataeenſium ſignificat, a nominatiuis Θεσπιεὺς, πλαταιεὺς: Ipſae vero vrbes, ad quas participium οἰκισθεισῶν refertur, Θεσπιαὶ, πλαταιαί· quas nondum fuiſſe inſtauratas, ſed inſtaurandas, illud declarat, quod ſequitur, τὰς μὲν Θεσπιὰς, καὶ τὸν ὀρ-

χομε-

χομενὸν καὶ τὰς Πλαταιὰς κατοικίζεσθαι φῶμεν δεῖν. οἰκισθεισῶν igitur, vt ſupra in argumento monuimus, ὑποθετικῶς eſt accipiendum, ſi inſtaurentur. Cautus igitur eris in huiuſmodi participiis interpretandis, et ſententiam inprimis ſpectabis, a qua vera verborum intelligentia pendet.

203.10. πλείονι μείζους, ἢ ὅσῳ ἐλάττους.] Multo maiores, quam quanto minores, id eſt, ne longe maior acceſſio ad potentiam Lacedaemoniorum, quam vtilis deceſſio et diminutio de viribus Thebanorum fiat.

18. ἐν μαντινείᾳ.] Vide ζ' ἑλληνικῶν, et argumentum Iſocratici Archidami.

19. ἐναντία ἐκείνοις, contraria illis.] id eſt, κατ' ἐκείνων, contra illos.

20. προσδεῖσθαι δέ τι τὸ.] Malim δ' ἔτι τῶν, vt referatur (quanquam id quoque durius eſt) ad ἐθελόντων. τοῦ enim (quod in diuerſis lectionibus annotatur) locum non habet, niſi legas aut τοῦ τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλειν τοὺς ἑτέρους, alteros, ſcilicet Lacedaemonios. Nec enim puto eſſe cauſam, cur ἑταίρους per αι, id eſt, ſocios, legere malis: (quod ea vox ἀντὶ συμμάχων ſatis accipi commode nequit) aut τεχνικῶς accipias, τοῦ, τουτέστι τῆς προσθήκης ταύτης. Nec incommodum fuerit interpretari προδεῖσθαι δ' ἔτι του, id eſt, τινὸς· τὰ δίκαια, etc.

25. ἀντιταξαμένους.] Parum refert, vtrum ſic, an συμπαραταξαμένους legas. intelligendi certe ſunt Arcades, qui Thebanis coniuncti, Athenienſibus reſtiterunt.

26. ὥς φασι.] S. Lacedaemonii.

204. 1. δίκαιον μὲν οὔ.] S. προέσθαι μεγάλην πόλιν.

2. ἐᾶσαι.] S. ὑμᾶς. vt vos miſſam faciatis.

5. τῶν νῦν χαλεπῶν τοῖς μεγαλοπολίταις.] F. A. ὄντων, τί τόθ'.

204. 6.

204. 6. ἀλλ' οὐδεὶς ἐρεῖ.] Sed nemo dicet. quid? vtrum non defendendos esse Megalopolitanos? vel potius, Messemos? an vero: nemo de re nota verba facturus est: sed vos vltro bellum suscipietis.

9. κατοικεῖσθαι ταύτην τὴν πόλιν.] Messenam potius, quam μεγάλην πόλιν.

11. ἀρχὴν τοῦ μὴ ἐπιτρέπειν ὑμᾶς.] Principium non concedendi vos, id est, vt vos non concedatis.

205. 5. ὅπερ ἦν ὑπόλοιπον αὐτοῖς.] S. τοῖς Πελοποννησίοις.

17. ἢ κάκιστοι πάντων.] M. repeti negationem ἢ οὐ κάκιστοι πάντων ἀνθρώπων δόξουσιν εἶναι;

26. ἕν τι καὶ τὸ αὐτὸ ἀεὶ βουλόμενοι πράττειν] Sic eleganter Cicero ad Lentulum: Non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus.

206. 5. τῆς τριφυλίας.] τῆς ἠλιδος, autore Stephano.

6. τρικάρανον.] Φρούριον τῆς Φλιασίας.

8. οὐδὲ ὀλίγου δεῖ.] S. ἀλλὰ πολλοῦ, id est, plurimum abest: quod alioqui πολλοῦ γε καὶ δεῖ solet dicere.

9. ὀψὲ γὰρ ἂν φιλάνθρωποι] Rapacitatis et violentiae Laconicae accusationem. Vide in Isocratis Panathenaico.

26. οὐ γὰρ ἂν ἡγοῦμαι περὶ τούτου μόνου] S. de Messena. Quod reliquum erat: sed de excidio nostrae vrbis: subticuit, et subiecit περὶ πολλῶν.

29. πεπρᾶχθαι τοῖς.] Facta esse Megalopolitanis hostilia contra nos, id est, Megalopolitanos hostiliter contra nos fecisse.

207. 10. δευτέρων ἀνθρώπων.] Annotatur legi δεύτερον. ego puto βδελυρῶν legendum, id est, amentium.

15. φημὶ ὑμᾶς ἔσεσθαι συμμάχους τῶν Θηβαίων.] Sic innuit Lacedaemonios daturos operam, vt Thebanos internecione deleant, idque prohibituros Athenienses.

207. 17. *τὴν Θηβαίων συμμαχίαν παραλαβεῖν.*] Legi queat et *προλαβεῖν*, ἢ *προσλαβεῖν*. Isocrates Areopagitico Athenienſibus obiicit, *ὅτι τὰς μὲν Θηβαίων φίλας σώζειν ἠναγκάσθησαν· τὰς δ' ἑαυτῶν συμμάχους ἀπολωλέκασι.* et Xenophon ζ' *Ἑλληνικῶν*· *ἀρκάδες Ἀθηναίων ξύμμαχοι.* et paulo poſt *καὶ Ἀθηναῖοι βοηθοῦντες τοῖς μαντινεῦσι.* Sed haec fortaſſis ad aliud tempus pertinent.

29. *καὶ τὰς Θηβαίας μισεῖν φασκόντων καὶ τὰς.*] M. vtrobique *τῶν τε τὰς, καὶ τῶν τὰς.* Non enim hoc vult, quoſdam vtrorumque odium profiteri, ſed eſſe nonnullos, qui Thebanis, nonnullos item, qui Lacedaemoniis inimici videri velint.

208. 6. *τί παρὰ τὸ καιρὸν*] Id eſt *παρακαίρως*, intempeſtiue et vltra modum.

8. *ἄνευ τοῦ λακ. ἰσχυρὰς καθεξάναι.*] Sine firmos Lacedaemonios conſtituendo, id eſt, etſi non firmi conſtituantur, non confirmetur eorum potentia. malim *καθιξάναι* per ι, quam *καθεξάναι* per ε. quia hoc paſſiue, illud actiue ſignificat, vt ad oratores referatur: etiamſi iſti non confirment Laconum potentiam. ſed parum refert.

9. *ὡς δ' ἐγὼ.*] Pro *ὅπως δὲ*: quo autem pacto, id ego dicere conabor, vel, *ὡς δὴ ἐγὼ*, vt ego ſane.

11. *μέχρι τέτε γε.*] Eo quidem vſque. quousque? ego non ſatis aſſequor. ſi enim *τέτε* exponas *τὸ αἰσχύνεσθαι*, *ταυτολογία* videtur, quanquam *τὸ ἐκ ἁπλῶς*, quod ſequitur, eam expoſitionem probat. Quid enim eſt, iuſtitiam non ſimpliciter, hoc eſt, ex animo colere? Id enim, quod recte fit, tum demum eſt iuſtum, cum eſt voluntarium. *μέχρι τοῦ αἰσχύνεσθαι*, id eſt, verecundiae cauſa. Velle *ἐκ εἶναι, ἀλλὰ δοκεῖν ἄριστον*, non eſſe, ſed videri optimum. Fel. legit *μέχρι τέ γε* aliquouſque, ad tempus. hoc eſt, diſſimulant aliquamdiu ingenia, et iuſtitiae ſtudium

prae

prae se ferunt: sed erumpunt tandem iniustae cupiditates. ἵνα τοίνυν μὴ τȣ̃το ἐμποδὼν γένηται τῷ (Sic enim lego cum Feliciano pro τὸ) τȣ̀ς θηβαίȣς τȣ̃το, id est, τὸ μὴ ἐθέλειν τὰ δίκαια πράττειν ἁπλῶς, id est, ne Thebanis tergiuersandi relinquatur occasio, quo minus vrbes illas instaurari sinant, si Lacedaemoniis grassandi contra Messenios et Arcadas licentia dabitur. Sic Archidamus apud Isocratem queritur de Thebanis, ὅτι πλάταιαν μὲν καὶ θεσπιὰς ἐχθὲς καὶ πρώην πεποιήκασιν ἀναςάτȣς· μεσσήνην δὲ διὰ τριακοσίων ἐτῶν κατοικίζȣσιν, id est, quod Plataeas et Thespias nuper admodum euerterint, et Messenam post annos trecentos instaurari iubeant.

208. 19. συμπράττωμεν αὐτοῖς.] τοῖς ὀρχομενίοις.

21. ἐξανεςώσας] ἐξανεςαμένας, ἀναςάτȣς γεγενημένας.

23. μηδ' ἐπὶ τῇ προφάσει.] Verba satis perspicua sunt, sed sensus obscurior est. Nec enim video, cur necesse sit, Plataeis non instauratis, euerti Megalopolin et Messenam. Sed quod sequitur, locum hunc declarat: δῆλοι δήπȣ πᾶσιν ἔσονται, ȣ̓χ ἵνα θεσπιαὶ κατοικισθῶσι, ποιȣ́μενοι τὴν σπȣδὴν, etc. Vnde apparet, Laconas vrsisse instaurationem Thespiarum, conquestos, inique secum agi, si Thebani in Boeotia dominentur, ius idem in Peloponneso sibi non permittatur.

25. κἂν ᾖ πρόδηλα ταῦτα.] S. ὅτι τοῖς λάκωσιν ȣ̓κ ἐπιτρέψομεν ἀδικεῖν, Si palam factum fuerit, Laconum grassationes prohibitum iri a nobis.

28. πρὸς ἐκεῖνα τȣ́τȣς.] τȣ̀ς θηβαίȣς πρὸς τὴν τῶν πλαταιῶν κατοίκισιν (sic enim per ι, non κατοίκησιν per η, in penultima legendum censeo.) Thebani Plataearum instaurationi aduersabuntur.

208. 29.

208. 29. *ἀνήνυτα πράγματα.*] Irrita negotia habebimus, id est, frustra labores atque molestias capiemus.

209. 5. *τὰς στήλας δεῖ καθελεῖν.*] S. *τὰς ἀρκάδας*, pilas, quibus foedera inscripta erant, demoliendas esse a Megalopolitanis.

13. *τότ' ἤδη μετὰ τῶν ἐθελόντων.*] S. *ποιεῖν τὸ προσαττόμενον*, hos defendemus, qui nostris mandatis obtemperabunt. Sic Cyrus apud Xenophontem *γ' παιδείας*, de Chaldaeis et Armeniis loquens: *κἂν ἀδικῶσιν ὑμῶν ὁποτεροιῶν, σὺν τοῖς ἀδικουμένοις ἐσόμεθα ἡμεῖς.* Vtri vtri vestrum ius violarint, nos opem affectis iniuria feremus. Fel. perperam habet, *μετὰ τῶν ἐλθόντων*: ii vero et Arcades erant et Lacedaemonii. Sic vtrisque mittenda erant auxilia, quod est absurdum.

22. *περιεσκότος Θηβαίοις.*] M. *Θηβαίοις*, vt alibi construitur hoc verbum.

Ibid. *τῷ πολέμῳ τότε.*] S. si vrbes illas instaurari vetuerint.

24. *τὸ μὲν Θηβαίων συμμάχους εἶναι.*] *τὸ εἶναι.* si sint, *ἐὰν ὦσι.* Videtur aliquis Arcadum patronus dixisse, si Athenienses Megalopolitanos non receperint, eos coniunctos cum Thebanis, fore Athenienſibus formidabiles. id argumentum specie confutationis in suum commodum vertit, quodam fere dilemmate, ad hunc modum: siue succubuerint Arcades, illorum opibus aucti Lacones nos inuadent: siue restiterint, firmiores Thebanorum socii, acriores nostri hostes erunt. Defendendi sunt igitur.

210. 4. *διοικισθῶσι.*] Dissipata eorum vrbe, et in vicos redacta. Sic in Isocrate: *εἰρήνης ἧς μαντινέας διῴκισαν.*

10. *μετενεγκόντες.*] S. a nobis. Non dicamus de nostris, sed de Thebanorum et Laconum commodis aut incommodis.

210. 15. ἀνενέγκωσι.] S. ἐκ τῆς ἥττης τῆ Φωκικῆ πολέμ. nili forte ἀναφέρειν hic improprie sit vsurpatum, pro ἀντέχωσι, et intelligendum sit non de praeterito Phocensi, sed de futuro Athenienſium bello.

24. μηδ' ἄλλων ἁπλῶς.] Lego aut τῶν ἄλλων, aut ἄλλον per o.

IN ORATIONEM DEMOSTHENIS DE FOEDERE ALEXANDREO.

IN ARGVMENTVM.

Pag. 211. 3. Αἰτιᾶται, φησὶ.] S. ὁ ῥήτωρ.

4. τὰς παρ' ἀθηναίοις καὶ ἕλλησι γενομένας.] M. τὰς πρὸς ἀθηναίους καὶ τοὺς ἕλληνας γενομένας.

IN ORATIONEM.

3. in Orat. πεπεισμένοι.] S. ὅτι δεῖ ἐμμένειν τοῖς ὅρκοις, Si ex animo ita sentiunt, et citra simulationem. Isocrates Nicocle: αἱ δημοκρατίαι τὰς ἰσότητας ζητοῦσι τοῖς μετέχουσι τῶν πολιτειῶν.

212. 2. τὸν ἐξετασμόν.] Inquisitionem, disceptationem, id est, nunc excuti et explorari suum consilium patiantur.

9. χρῆσθε τῷ συμφέροντι.] Id vero quod est? τὸ ἀμύνεσθαι τοὺς παραβαίνοντας τὰς συνθήκας.

8. ἀνεγκλήτως.] Vtrum ἀνεγκλήτως πρὸς ἅπαντας; an χρῆσθε πρὸς ἅπαντας.

12. οἱ παραβεβηκότες.] S. τὰς συνθήκας καὶ τοὺς ὅρκους.

15. εἴ τις ἀναγκάζοι ἄν, etc. καὶ εἴ τις ἐβιάζετο.] Ordo verborum satis confusus est. Sed quia meam interpretationem commentarii vice esse confido, nihil est, cur plura annotem. Quis enim non videat, εἰ ποιτ' ἂν ὑμᾶς ἁρπάσαντας ὅπλα, ὑπομεῖναι, etc. coniungi? et τὸ ἂν ὑπομεῖναι, ἀντὶ τοῦ ὑπομενεῖν poni?

212. 23. ὑβριζομένας εἰς παῖδας.] ἀντὶ τῦ, τὰς παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ὑβρίζεσθαι,

29. ἀδ' ἥδει.] Legendum, vt habet Fel. ἃ δὴ δεῖ εἰ μέν τις ὑμᾶς ταῦτα βιάζοιτο, μάλιστα ἀγανακτῆσαι, καὶ φυλάξασθαι τὰς ὅρκας. (Sic enim lego pro φυλάξαθαι τῦτο, quod perperam etiam ad inferiora translatum est) εἰ δ' ἑτέρωθί πᾳ γέγονε παρὰ τοὺς ὅρκας, πρᾶον ὑμᾶς ἔχειν καὶ τὰς ὅρκας μὴ φυλάξασθαι. Verba τὰς πρὸς ὑμᾶς, et vt superuacanea, et vt falsa (Nam ad omnes Graecos pertinebat iusiurandum) et ταυτολόγα καὶ κακόφωνα, reiicienda puto.

213. 5. καὶ ἡμῖν μὲν.] S. ἃ δὴ δεῖ.

7. τὴν ἐξουσίαν.] Pendet ab εἰ δεῖ. Postea pro πολεμίῳ malim ὡς πολεμίῳ. etsi et in epistola quadam Philippi legitur: τοῖς δὲ μὴ συναντήσασι, παν-δημεὶ χρησόμεθα· τοῖς δὲ συμβόλοις ἡμῖν μὴ κειμένοις, ἐπιζημίοις. Sed is locus corruptus est, et inexplicabilis.

15. οἱ τυραννίζοντες.] οἱ τὰ τῶν τυράννων φρονῦντες, Tyrannorum studiosi.

19. αἱρέσθ.] Legendum ἐρέσθ. hinc Theophrastus ἐρέσιος apud Laertium dicitur.

214. 2. ἐφ' ἃ ἡμᾶς παρακαλῦσιν.] S. οἱ τυραννίζοντες.

213. 29. ἀναγκαῖόν ἐστιν ἡμῖν λαβῦσι τὰ ὅπλα.] ἡμῖν λαβῦσι, Latine ἡμᾶς λαβεῖν, vel ἵνα λάβωμεν, vel εἰλημμένων τῶν ὅπλων.

214. 4. ἐπὶ τοὺς παραβεβηκότας.] S. τὰς συνθήκας.

Ibid. μετὰ τῶν βελομένων.] S. συστρατεύεσθαι, καὶ διαφυλάττειν τὰς συνθήκας, τά τε δέοντα ποιεῖν.

5. ἰσχύειν.] Sic construe ἰσχύειν πράττειν τὸ συμφέρον καὶ ἄνευ τοῦ δικαίᾳ. et, ἰσχύειν fortasse ἀντὶ τῦ ἰσχύσειν. ἡ φράσις, ὁ καιρὸς ἰσχύει πράττειν τὸ συμφέρον, τετέχι, δύναται, οἷός τ' ἐστι.

214. 6.

214. 6. *Νυνὶ δ' ὅτ' εἰς αὐτὸ τὸ δίκαιον.*] Sententia est, coerceri Macedones et iustum et vtile et tempestiuum atque opportunum esse.

8. *χρόνον ἀναμενεῖτε ἀντιλαβέσθαι.*] *καιρὸν τῆ ἀντιλαβέσθαι τῆς ἐλευθερίας.*

11. *δίκαιον τῶν κατὰ τὰς συνθήκας.*] Quia *συνθηκικὸν δίκαιον* non licet dicere.

12. *τὰς πολιτείας καταλύσωσι*] Atqui apud Eresios et Antissaeos *πολιτεία τυραννὶς* fuit, qua ipsi Graeci euersa, pacta et conuenta violarunt. Sed argutatur autor, *ὅτι ἡ τυραννὶς ἐ πολίτευμα, ἀλλ' ἀδίκημα.*

17. *καταλέλυκε τὴν πόλιν.*] Malo cum Feliciano legere, *τὸν δῆμον*, aut *τὴν πολιτείαν.*

25. *ἐ φάσκων.*] S. *δεῖν πολεμίοις αὐτοῖς χρήσασθαι*, negans bellum eis inferendum esse, et, *τίς τέτων τῶν μισθοφορέντων βδελυρεύσεται, ἐ φάσκων, τετέχθαι ἀρνέμενος.*

215. 3. *κεκριμένους.*] *τοὺς καταδικασθέντας ἐν τοῖς δικαστηρίοις.*

8. *τοῖς δ' ὀνόμασιν αὐτῶν.*] S. *τῶν νόμων καὶ τῶν ὅρκων, καθάπερ οἱ πλεῖστοι ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς ἀποχρώμενοι τοῖς τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆ εὐαγγελίου, καὶ ὅλως, τῆ χριστιανισμοῦ ὀνόμασι, διατελῶσιν, ἐπικέρδειοι ὄντες τά τε δόγματα καὶ τοὺς βίους.*

12. *ἀτόπου καὶ μεγάλης.*] Addo *καὶ* cum Feliciano.

16. *τὸ μηδὲν ἀδικεῖσθαι.*] M. *τὸ μηδένα ἀδικεῖσθαι.*

17. *ἑδένα δ' οἴονται αἰσθήσεσθαι.*] F. *ἑδένα δ' οἴονται ἀδικεῖσθαι*, eodem verbo repetito. Qui enim talia non animaduerti ab vllo potuissent? Quem locum sic vertas licet: Nemini faciendam esse iniuriam: et iniuriam fieri nemini, cum tyrannides pro Democratiis constituuntur, et respub. abrogantur.

215. 20. τοὺς συνεδρεύοντας.] In Plataico Isocratis est, ἀθήνησι γενέσθαι συνέδριον: quod scilicet sociorum legati ibi conuenerint, de republica Graeciae deliberaturi.

21. καὶ τοὺς ἐπὶ τῇ κοινῇ φυλακῇ τεταγμένους.] S. τῶν συνθηκῶν καὶ τῆς τῶν ἑλλήνων ἐλευθερίας.

25. ἀπελευθερώσεις ἐπὶ νεωτερισμῷ.] Additur προσδιορισμὸς, ne ademtum videatur dominis ius manumittendi eos, qui seruiunt liberaliter: sicut paulo post, ὅπλα ἐπιφέρειν ἐπὶ πολέμῳ, τετέχι, πολεμικῶς, ἀλλ' ἐκ ἐμπορικῶς, ἢ συμμαχικῶς.

216. 1. αὐτοῖς τοσούτοις ἔσι.] S. τοῖς συνεδρεύσι.

2. ἐπέταξεν.] Lege cum Feliciano ἐπέταξαν, S. αἱ συνθῆκαι.

3. ἔσι γὰρ γεγραμμένον.] Sic ordinanda verba sunt: μὴ ἐξεῖναι φυγάδας, ὁρμήσαντας ἐκ τῶν πόλεων, τῶν κοινωνουσῶν τῆς εἰρήνης, ἐπιφέρειν ὅπλα ἐπὶ πολέμῳ πόλει μηδεμιᾷ τῶν μετεχουσῶν τῆς εἰρήνης. Sententia enim est, exules vi reditum in patriam (si ea sit ex foederatis ciuitatibus) sibi patefacere studentes, in foederatis ciuitatibus neque ferendos, neque adiuuandos esse.

11. ὅσῳ ἐκ προσάγματος.] προσάγματι, προστάσσων, τῷ προσάσσειν, διὰ προσάγματος. θέρωνα. Fel. χαύρωνα.

Ibid. τὸν παιδοτρίβην.] Non literatorem ludimagistrum, sed lanistam, qui palaestrae praeest, intelligе.

16. αἱ μακεδονικαί.] S. πόλεις. Haec a Macedonicis vrbibus esse facta.

17. εἰ δὲ ἐκ ἀνιᾶσι προσάττοντες πράττειν.] διατελῶσι, διαγίγνονται, διαμένουσιν, ἐ παύονται. ἀνιᾶσι, ἀντὶ τῶ ἀνιεῖσιν, ἢ ἀνιέασι, ὥσπερ τιθέασι, παρὶ τὸ ἀνίημι.

216. 17. *οἱ τῷ μακεδόνι ὑπηρέται.*] Pro *ὑπηρετοῦντες*: de qua loquendi forma satis in Isocrate multa notauimus.

22. *διὰ τέλους ἐπιβουλεύσει.*] *ἐπιβουλεύω διὰ τέλους, τουτέστι διατελῶ ἐπιβουλεύων.*

23. *τὰ δὲ πράττουσι.*] S. *ἐναντία ταῖς συνθήκαις.* Nisi malis *ταράττουσι*, S. *τὴν ἑλλάδα*, Graeciae perturbatoribus.

25. *δεῖν ταῦθ' ὅτως ἔχειν.*] *τουτέστιν, ἐκσπόνδους ποιῆσαι τοὺς μακεδόνας.*

26. *τὴν κατὰ τῆς πόλεως ἔσαν.*] Quae vero pactio est contra Athenienſem rempublicam? An quod ſuis rebus contenta imperium in alias vrbes ſibi vendicare non audebat?

28. *κἂν μέν τι ᾖ πρὸς τῶν ἐχθρῶν.*] Pro *ὑπὲρ*. Si quid ab hoſtibus ſtat.

29. *ὡς ἐν τοῖς ὅρκοις.*] *τὸ ὡς* puto redundare. M. *τῶν ἐν τοῖς ὅρκοις.*

217. 15. *ἅπαντα τὰ ἐκ πόντου.*] S. *πλοῖα.*

16. *πλεῖον κατάγειν.*] Lege *πλοῖον*. De ipſo loquendi modo *ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν χερρονήσῳ* diximus.

Ibid. *σκευωρέμενοι περὶ αὐτά.*] *συσκευαζόμενοι, ἐπιβουλεύοντες, πονηρευόμενοι, κατὰ μικρὸν ὑφ' ἑαυτοῖς ποιέμενοι, τυρεύοντες, καττύοντες, μᾶλλον δὲ τὰ ψευδῆ προφασιζόμενοι*, falſas cauſas, cur eas detinerent, comminiſcentes, *ἢ διερευνῶντες ἅπαντα τὰ σκεύη, τουτέστι, τὰ φορτία καὶ τὰς γόμους.*

17. *πρὶν ἔ.*] F. *πρὶν ἤ*. Nam prius illud nunquam vſquam me legere memini.

19. *μενεσθέα.*] Huius nominis et olim dux Athenienſium fuit, cuius meminit Homerus in catalogo, his verſibus, de Athenienſibus ſcribens:

τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς πετεῶο μενεσθεὺς·
τῷ δ' ἔπω τις ὁμοῖος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνήρ

κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἄνέρας ἀσπιδιώτας
Νέστωρ δ' οἷος ἔριζεν. ὁ γὰρ προγενέστερος ἦεν.

217. 21. μὴ ἐκείνους ἀποτρέπειν.] ἔστω καὶ καθ' ἡμᾶς οἱ μὲν παραχαράττειν τὰ θεῖα δόγματα λεγόμενοι, βαρέως φέρουσιν ἐξελεγχόμενοι καὶ ἐπιτιμώμενοι· οἱ δὲ τούτους ἐξελέγχοντες καὶ ἐπιτιμῶντες, αὐτοὺς ἐκείνους ἀντιῶνται τῷ μὴ παύεσθαι ἐθέλειν ἐξαμαρτάνοντας· ὡς καὶ ὁ παρ' εὐριπίδῃ ἱππόλυτος·

ὄλοισθε· μισῶν δ' ὅπου ἐμπλησθήσομαι
γυναῖκας. εἴδ' εἴ φησί τις μ' ἀεὶ λέγειν·
ἀεὶ γὰρ ἔν πως εἰσὶ κἀκεῖναι κακαί.
ἢ νῦν τις αὐτὰς σωφρονεῖν διδαξάτω·
ἢ κᾆμ' ἐάτω ταῖσδ' ἐπεμβαίνειν ἀεί.

23. ἐμμένειν τοῖς ἔτως ὠλιγωρημένοις.] Eodem argumento et Isocrates in Panegyrico vtitur aduersus Persas.

25. πῶς δ' ἐχ ἅμα παρηνόμουν ἐκεῖνοι.] ἀντὶ τοῦ παρανενομήκασι, καὶ ἀναίσθητοι ἐγένοντο. Detentionem illam Ponticarum nauium et iniustam fuisse, et incallide factam ex eo probat, quod parum abfuerit, quin a Graecis principatus maris Macedonibus eriperetur.

26. τηλικοῦτον παρέβησαν τῶν ὅρκων.] Aut τηλικοῦτον τῶν ὅρκων iungendum, aut παρέβησαν τοὺς ὅρκους· ὃ ἐποίησε παρ' ὀλίγον, ὥστε ὀλιγοῦ ἐδεήθησαν.

28. ἀφαιρεθῆναι.] ἢ ὑπὸ τῶν ἑλλήνων, ἢ ὑπὸ τῶν ἀθηναίων. Hinc apparet, Alexandro iam tum decretum fuisse principatum, de quo Isocrates in Philip.

Ibid. δικαίως.] S. propter intercepta nauigia Pontica.

29. καὶ νῦν ἔτι] Hic est verborum ordo, καὶ παραδεδώκασιν οἱ μακεδόνες ἡμῖν πράττειν ἀνεγκλήτως ἔτι καὶ νῦν τοῦτο τὸ δίκαιον, τὸ ἀφαιρεῖσθαι αὐτῶν τὴν ἡγεμονίαν, ὅταν βουληθῶμεν. Sed si quis mauult coniungere, ὅταν βουληθῶμεν πράττειν, ἀλλὰ μὴ ῥᾳθυμεῖν

μεῖν καὶ ἀργεῖν, non obſto. In fine eſt, ἅμα καὶ τῷ δικαίῳ ἡμᾶς ἀνεγκλήτως χρῆσθαι.

218. 4. τῇ ἀδὲν τῶν δικαίων ἀπολαύειν προαιρεμένῃ.] μὴ ἀντέχεσθαι τῶ δικαίω ἅμα καὶ συμφέροντος.

8. οἱ νεόπλουτοι.] Non tam Alexander et Macedones, quam horum ſtudioſi oratores, quos ſupra κατὰ τῶν ἀθηναίων πεπλουτηκέναι dixit.

10. ὥσπερ ἐν ἀβδήροις, ἢ μαρωνείταις.] Abderitica mens pro ſtupida, prouerbio celebratur. Abdera et Maronea ſunt oppida Thraciae, prius patria Democriti, poſterius vini praeſtantia nobilitatum ab Homero, iure certe optimo: cum Vlyſſes Cyclopem Polyphemum ἀνθρωποφάγον eo inebriatum excoecarit.

12. ἅμα μὲν μικρὰ τὰ ἡμέτερα πράγματα ποιῶσι.] πότερον λόγῳ; extenuant noſtras opes, Macedonum augent: ἢ ἔργῳ; dum autores ſunt conniuendi ad iniurias.

13. ἅμα δὲ λανθάνουσιν ἑαυτούς.] Significat, eorum orationem ſecum pugnare. Quomodo autem? Dicunt, vrbem eſſe imparem Macedonibus, quibus metuunt, ne ſuarum iniuriarum poenas dent, ſi Athenienſes ius ſuum perſequi vellent, eoque hos quieſcere iubent.

15. τὸ δίκαιον ἀ δικαίως διαφυλάττειν.] Ius non iuſte ſeruare. Aenigmati hoc ſimile videtur, quod ſic intelligo: Iuſtum per ſe eſt ſtare pactis: ſed frangenti fidem ſeruare fidem, iniuſtum eſt. Non diſſimile huic eſt illud ex Megalopolitana ἀχ ἁπλῶς ποιεῖν τὰ δίκαια: quod eſt, non ſimplicis iuſtitiae eſſe amicum: ſed dum huius ſtudium prae te feras, aliud ſpectare.

16. προελομένην] ὑποθετικῶς, εἰ προέλοιτο.

19. καὶ μόνων ἀναμφισβητήτως.] Supra dixit, Alexandrum fuiſſe in periculo amittendi marini imperii. Haec igitur verba ſic accipienda ſunt, vt vel claſſe plurimum valere ſignificet Athenienſes. (Nam 100.

triremium non parua vis est) vel, vt de principatu maris recuperando Athenienses laborare velit. μόνων autem hanc vim habet, vt eos mari tantum potitos extra periculum esse statuat, etiamsi terra nulla subsidia habeant: nisi forte legendum sit, καὶ μόνοις, et ad κυρίοις referatur.

218. 21. προσβολὰς.] Impetus, aggressiones. Sed hic προσβολὰς, ἀντὶ προσθηκῶν videtur posuisse, facile posse subsidia alia comparari, quibus paratae copiae confirmentur. ἡ ὑπάρχουσα δύναμις, est classis 100. triremium. προσβολαὶ erunt caeterae copiae terrestres. προβολαὶ sunt propugnacula, munitiones. saepissime πρὸ et πρὸς non sine incommodo sententiae permutantur. προβολὰς ἑτέρας τοῖς κατὰ γῆν εὑρέσθαι, si recte legitur, sententia est, vt existimo, Athenienses classe inuictos, pedestres copias facile propulsaturos.

23. τῶν δορυφορεμένων.] Qui sint isti, mihi non constat, nisi quod de aliquibus Athenienfibus ciuibus proditoribus potius, quam de exteris Graecis, intelligendum videtur.

24. τῶν δὲ ἐξελελεγμένων ἀδενὸς ἀξίων ὄντων.] De hac similitudine casuum cum verbo εἶναι, et participio ὤν, in Isocrate admonui. Potuisset dicere, ὅτι ἀδενὸς ἄξιοί εἰσι.

28. καὶ ὑπεροπτικώτατον τῶν μακεδόνων.] καθ' ὃ οἱ μακεδόνες τῶν λοιπῶν μάλιστα καταφρονοῦσιν. ὑπεροπτικώτατος τοῦ πλήθους est summus contemtor populi. τὸ ὑπεροπτικώτατον τῶν εὐγενῶν est fastus extremus, quo nobiles aduersus alios vtuntur, vel, quo caeteri a nobilibus contemnuntur. Obseruanda verba sunt, alias actiue, alias passiue posita.

219. 1. περὶ τὰς κοινὰς.] Lege παρὰ.

7. παράδυσις.] F. παρείσδυσις, vt in celebri illo Metrodori dicto, sed arrogantiore: προκατείλημμαί

μαί σε, ὦ τύχη, καὶ πᾶσάν σου ἀφήρημαι τὴν παρείσδυσιν. Sed et illud a παραδύω formari potest.

219. 13. ἀντὶ τοῦ εἰσπλεῖν τὸ εὐθὺς ἔνδον εἶναι.] τὸ εἰσπλεῖν requirebat ex foedere petitionem facultatis appellendi. Sed Macedo non petita potestate appulit, et postea petiit, quod voluit: ne violenter egisse et contra foedus videretur.

17. ὡς ὄντων, ὡς ἐπιλελοιπότων.] Pro ὡς εἰσὶ, ὡς ἐπιλελοίπασι.

20. εὐτελέστατα καταστάμενη.] πιπρασκόση, id est, minimo vendenti per υψιλὸν. non per N.

21. πληρώσεσθαι.] Vel viris, vel mercibus. fortasse legendum etiam ναυπηγήσεσθαι.

23. διειρημένου.] Cum expressum sit, id est, καίτοι διείρηται.

24. καὶ ταῦτα ἐξέσται] Noua periodus, nisi legendum videatur, καὶ ταῦτα ἐξέσεσθαι, scilicet ὥοντο.

25. καταπεφρονηκότως.] Contemtim, cum contemtu. aduerbium factum e genitiuo participii plurali, ν in σ mutato. sic νενεχόντως, ἐῤῥωμένως, διαφερόντως, etc.

26. ἐκεῖνοι χρῶνται.] S. ὑμῖν τοῖς ἀθηναίοις.

27. ἔτω δὴ κατεγνώκασι.] Recte quidem senserunt, nisi Demosthenes vbique mentiatur, qui talem nobis depingit Athenienſem populum, vt asino ignauissimo, qui vix contis et fustibus excitari queat, comparandus videatur.

220. 4. διεβεβαιωσάμην.] M. διαβεβαιωσαίμην per αι in optatiuo.

9. τὸ δὲ ἐὰν βελώμεθα, ἐξὶν ἅμα καὶ τἐναντίον.] ἀντὶ τοῦ ἐμφαίνει, ἢ δηλοῖ, ἢ παρίστησι νοεῖν καὶ τἐναντίον. Si haec agenda sunt iis, qui foederis participes esse volunt: ergo, qui haec agere nolunt, sunt foederis expertes.

220. 11. ἀλλὰ μηδ' ἀναμνησθῆναι.] Melius ἀκολαθθῆντας, ἢ μηδ'. contraria ſunt aliquando deſiſtere alienum dictum ſequi, et abiicere gloriam maiorum.

16. τοῖς παραβεβηκόσι.] Scil. αὐτὰς. τὰς συνθήκας.

I. TAYLORI

AD

ORATIONEM DEMOSTHENIS

DE CORONA

PRAEFATIO.

Non multa ſunt, quae reſtant huic orationi praefanda, quoniam de hiſtoria iſtius controuerſiae ſatis liberaliter egi ad initium harum annotationum *. Plene ibi inter caetera egimus de tempore, quo *inſtituta* fuerit haec cauſa, quo autem *acta*. Iis cum nihil habeam, quod addi velim, nihil, quod reſecari, iſtud diligentiae meae exemplum lectoris beneuolentiae commendo, committo et relinquo.

Vtrum haec Demoſthenis defenſio υπερ Κτησιφωντος, an περι Στεφανου, an *vtrumque*, recte inſcribi debeat, ambigi video. A nonnullis enim, ſcil. Dionyſio Halic. Vlpiano, Harpocratione, Suida, etc. omnibus fere his modis citatur et citari poteſt. Titulus tamen pro Cteſiphonte vſitatior eſt, et accommoda-

* Hoc eſt ad principium orat. Aeſch. in Cteſiph. vid. Aeſchin. p. 359. ſqq.

modatior fere, quo pacto laudant Cicero, Quintilianus, Plinius, aliique.

Multa habet optimus ille scriptor, Dionysius Halicarnassensis, quae lector vtiliter conferet, in hac oratione legenda. Multus vtique est ille in epistola, quae ad Ammaeum scribitur, vt probet, Demosthenem non ab Aristotele, verum vicissim hunc ab illo, praecepta et artificia Rhetorica mutuo sumsisse. Vide potissimum istum tractatulum exeuntem, vbi *legitima* quasi nomenclatura appellatur haec oratio, η προς Αισχινην υπερ Κτησιφωντος: et ostenditur etiam, eam ab Aristotele in *Rhetoricis* laudari. Quae cum vltima fere fuerit ex Demosthenicis, satis sane constat, parum Demosthenem ex Arte Aristotelis proficere potuisse.

Nimirum scriptor ille felix, sagax, eruditus atque curiosus (Dionysium volo) non solum Demostheni multum affert lucis atque adiumenti, verum caeteris etiam oratoribus Graecis, a quibus similiter Aristoteles (vt ipse ait in loco proxime a me laudato) artem suam et praeceptiones deriuauit, quorumque ex imagine futuros quoscunque oratores ad laudem effinxit, atque expressit ad excellendum. Verum fortasse Demosthenis paulo ille studiosior, eique addictior, quam par erat, inclementer cum Aeschine agit; quem verba fastuosa et ridicula Demostheni exprobrantem reprehendit, quoniam ea verba sedulo et cum cura in reliquiis Demosthenis, ab eo quaesita, reperiri non potuissent. Quasi necesse fuisset, vt aut omnia, quae magnus ille orator in concionibus dixerit, literis consignarentur, aut omnia, quae consignabantur, ad aetatem Dionysii peruenirent. Exscribo tamen, quae de hac re reliquit Dionysius, cum ob alia, tum quia ad hanc causam atque ad hanc Aeschinis accusationem, perti-

pertineant. Ita ille ad finem περὶ τῆς λεκτικῆς Δημοσθένους δεινότητος. Scil. Τὸ δὲ φάσκειν φορτικοῖς καὶ ἀηδέσι τοῖς ὀνόμασιν αὐτὸν [Demosthenem] κεχρῆσθαι, πόθεν ἐπῆλθεν αὐτῷ λέγειν, ὑπὲρ πάντα ἔγωγε τεθαύμακα. ἀδὲν γὰρ εὑρίσκω τούτων παρὰ Δημοσθένει κείμενον, ὧν εἰρηκέναι φησὶν αὐτὸν Αἰσχίνης, οἷον, ὅτι »ἀδὲ τῆς φιλίας ἀποῤῥῆξαι τὴν συμμαχίαν« [Vid. Aeschin. supra, p. 461. pen.] καὶ ὅτι »ἀμπελουργοῦσι τινὲς τὴν πόλιν« καὶ »ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τοῦ δήμου« καὶ »φορμοῤῥαφούμεθα, καὶ ἐπὶ τὰ ξενικὰ τινὲς ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσιν.« οἷς αὐτὸς ἐπιτίθησι διακωμῳδῶν, »ταῦτα δὲ οὐ κίναδός τις ἐστὶ ῥήματα ἢ θαυμαστά;« [Aesch. pag. 557.] ἀδέ γε ἄλλα τινὰ φορτικὰ καὶ ἀηδῆ ὀνόματα ἐν ἀδενὶ τῶν Δημοσθένους λόγων εὑρεῖν δεδύνημαι· καὶ ταῦτα πέντε ἢ ἓξ μυριάδας στίχων ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς καταλελοιπότος. Interea tamen, an verba illa *Aeschinis* aliquod illustrationis ceperint ex hoc loco *Dionysii*, secum contemplabitur studiosus lector. Certum est, huius textum ab illius esse corrigendum non vno in loco; et falsum esse animi Editorem, doctum licet virum, qui ad *Demosthenem* lectorem remittit pag. 562. huius Editionis, ad Textum scil. quem *Dionysius* in animo habere non potuit. Verum quidni hac aut simili phraseologia aliquando delectaretur *Demosthenes*? Quidni, vt *Sylburgius* recte obseruauit, diceret ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τοῦ δήμου, qui in *Olynthiaca* III. dixit, ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι, καὶ περιῃρημένοι χρήματα?

Multis sane módis, multisque nominibus praedicanda est haec insignissima oratio, totius eloquentiae istius populi (apud quem et nata est, et ad iustam magnitudinem excreuit ratio dicendi) flos ipse et medulla: Opus nunquam e manibus deponendum, non solum propter ciuiles rationes, quibus abundat, atque optimum exemplum Reip. administrandae: (Nam,

vt in-

vt inquit ſcriptor non negligendus, κάλλιστοι δημοσίων λόγων [Demoſthenis] εἰσὶν, ἐν οἷς περὶ νόμου τι ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται, λέγω δὲ τόν τε περὶ Στεφάνου, καὶ τὸν κατὰ Ανδροτίωνος, καὶ Τιμοκράτους, καὶ Αριστοκράτους) Non propter ſummam eloquentiam, cum in hac cauſa magnus ille dicendi artifex maior ſe ipſo pene conſtitutus eſt: verum potiſſimum ob hanc rationem a *Panaetio* et *Plutarcho* allatam, dignam ſane, quae a tam grauibus ſcriptoribus commemoretur; et quam adeo *Plutarchi* verbis proferre liceat, qui ſapientiſſimum iſtud monitum conſeruauit. Παναίτιος δ' ὁ φιλόσοφος καὶ τῶν λόγων φησὶν αὐτοῦ ἔτω γεγράφθαι τὰς πλείστας, ὡς μόνα τοῦ καλοῦ δι' αὐτὸ αἱρετοῦ ὄντος, τον περι του Στεφανου, τὸν κατὰ Αριστοκράτες. — ἐν οἷς πᾶσιν οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον, ἢ ῥᾷστον, ἢ λυσιτελέστατον ἄγει τὰς πολίτας, ἀλλὰ πολλαχοῦ τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν σωτηρίαν οἴεται δεῖν ἐν δευτέρᾳ τάξει τοῦ καλοῦ ποιεῖσθαι, καὶ τοῦ πρέποντος. Haec ille praeſtantiſſimus Auctor in *vita Demoſthenis*.

Verum in excellentiſſima hac oratione nihil excellentius, nihil, quod *primores Critices* magis adripuit, quam σχημα iſtud ομοτικον, vt vocatur, quod occurrit infra, pag. 297. 8. et nemini ignotum eſſe poteſt, qui de *Demoſthene* inaudiuerit. Οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ὅπως ἡμάρτετε, ἄνδρες Αθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι· ἃ μὰ τὰς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, et quae ſequuntur. Iſtius artificii vim et felicitatem optime expreſſit *Longinus*, cap. 16. Απόδειξιν ὁ Δημοσθένης ὑπὲρ τῶν πεπολιτευμένων εἰσφέρει. Τίς δ' ἦν ἡ κατὰ φύσιν χρῆσις αὐτῆς; Οὐχ ἡμάρτετε, ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς τῶν Ελλήνων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι· ἔχετε δὲ οἰκεῖα τούτου παραδείγματα· οὐδὲ γὰρ οἱ ἐν Μαραθῶνι ἥμαρτον, οὐδ' οἱ ἐν Σαλαμῖνι, οὐδ' οἱ ἐν Πλαταιαῖς. Αλλ' ἐπειδὴ καθάπερ ἐμπνευσθεὶς

ἐξαίφνης

ἐξαίφνης ὑπὸ θεοῦ, καὶ οἱονεὶ Φοιβόληπτος γενόμενος, τὸν τῶν ἀριστέων τῆς Ἑλλάδος ὅρκον ἐξεφώνησεν, οὐκ ἔστιν, ὅπως ἡμαρτετε, οὐ μαστους ἐν Μαραθῶνι προκινδυνευσαντας, φαίνεται δι' ἑνὸς τοῦ ὁμοτικοῦ σχήματος, ὅπερ ἐνθάδε ἀποστροφὴν ἐγὼ καλῶ, τοὺς μὲν προγόνους ἀποθεώσας, ὅτι δεῖ τοὺς ἔτως ἀποθανόντας ὡς θεοὺς ὀμνύναι παρισάνων, τοῖς δὲ κρίνουσι, τὸ τῶν ἐκεῖ προκινδυνευσάντων ἐντιθεὶς φρόνημα, τὴν δὲ τῆς ἀποδείξεως φύσιν μεθιστὰς εἰς ὑπερβάλλον ὕψος, καὶ πάθος, καὶ ξένων, καὶ ὑπερφυῶν ὅρκων ἀξιοπιστίαν, καὶ ἅμα παιώνειόν τινα, καὶ ἀλεξιφάρμακον εἰς τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουόντων καθιεὶς λόγον, ὡς κεφιζομένους ὑπὸ τῶν ἐγκωμίων, μηδὲν ἔλαττον τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Φίλιππον, ἢ ἐπὶ τοῖς κατὰ Μαραθῶνα καὶ Σαλαμῖνα νικητηρίοις παρίστασθαι φρονεῖν· οἷς πᾶσι τοὺς ἀκροατὰς διὰ τοῦ σχηματισμοῦ συναρπάσας ᾤχετο. Καίτοι παρὰ τῷ Εὐπόλιδι τὸν ὅρκον τὸ σπέρμα φασὶν εὑρῆσθαι·

Οὐ γὰρ μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην,
Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

Caetera ibidem conſulenda. Nam plurimum conferent ad Auctoris noſtri δεινότητα explicandam. Neque vnquam bonus et magnus ſcriptor tam fidelem et accuratum nactus eſt interpretem, μεγαλήγορος μεγαλήγορον. *Ariſtides*, Rhetor itidem, et ingenio Critico praeditus, ſumma arte trutinat verba haec *ardentia*. Παραδείγματος ἕνεκα ἔσω νόημα αὐτὸ καθ' αὐτό, ἐκ τῆς ἐννοίας, σεμνότητος μετεσχηκός· οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι — ἐνταῦθα τὸ μὲν ζητούμενον ἦν — τὸ δὲ καὶ ὀμόσαι ὡς κατὰ θεῶν, τῶν προγόνων, τοῦτο ἔχει τὴν ὑπερβολὴν τῆς σεμνότητος. De dictione ciuili §. 8. Adiungam et alios. *Et Demoſthenes iuranda per interfectos in Marathone et Salamine, id agit, vt minore inuidia cladis apud Chaeroneam acceptae laboret.* Quintilian. II. 9. *Nec meretur fidem, qui ſententiolae gratia iurat, niſi ſi poteſt tam bene, quam Demoſthenes.* Id. ibid.

Id. ibid. *Tales sunt illae inclinationes vocis, quas inuicem Demosthenes atque Aeschines exprobrant, non ideo improbandae: cum enim vterque alteri obiiciat, palam est vtrumque feciſſe. Nam neque ille per Marathonis et Plataearum et Salaminis propugnatores recto ſono iurauit, nec ille Thebas ſermone defleuit.* Id. XI. 3. *Quid denique Demoſthenes? Non cunctos illos tenues et circumſpectos, vi, ſublimitate, impetu, cultu, compoſitione ſuperauit? Non inſurgit locis? Non figuris gaudet? Non translationibus nitet? Non oratione ficta dat carentibus vocem? Non illud iusiurandum per caeſos in Marathone ac Salamine propugnatores reip. ſatis manifeſto docet, praeceptorem eius Platonem fuiſſe?* Id. XII. 10. Ita *Geminus Anthолog. Gr.* Lib. 4.

Οὗτος ὁ Κεκροπίδαισι βαρὺς λίθος, ἄρεϊ κεῖμαι,
Ξεῖνε, Φιλιππείης σύμβολον ἠνορέης,
Ὑβρίζων Μαραθῶνα, καὶ ἀγχιάλῳ Σαλαμῖνος
Εργα, Μακεδονίοις ἔγχεσι κεκλιμένα.
Ομνυε νῦν νέκυας, Δημόσθενες, αὐτὰρ ἔγωγε
Καὶ ζωοῖς ἔσομαι, καὶ φθιμένοισι βαρύς.

Nonnulla ſimiliter σχ. *Apollon. Rhod.* II. 259. Εμπαθέστερος γίνεται ὁ ὅρκος, ὅταν τις κατὰ τῆς ἰδίας ὀμνύῃ συμφορᾶς — καὶ Δημοσθένης μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους. Adiungatur *Plutarchus* de Gloria Atheniensium: — τὸν Δημοσθένους περὶ τοῦ στεφάνου παραβάλωμεν· ἐν ᾧ τοῦτο λαμπρότατον καὶ λογιώτατον ὁ ῥήτωρ πεποίηκεν, ὀμόσας τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων. Item *Hermogenes* p. 260. Edit. Criſpin. Μεθόδῳ λαμπρᾷ, καὶ τὸ τὰ ἔνδοξα ἐνδοξοτέρως λέγειν, ὥσπερ ἐκεῖνος τὸ, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, καὶ τὰ ἑξῆς. Τοῦτο γὰρ παράδειγμα μὲν ἔνδοξον· οἷον ὀρθῶς οὖν ἐβούλευται ὑπὲρ ἐλευθερίας τῶν Ἑλλήνων κινδυνεύειν, ὅτω γὰρ ἐποίουν καὶ οἱ ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντες·

ὁ δὲ

ὁ δὲ εἰς τὸν ὅρκον αὐτὸ ἀναγαγὼν, ἐνδοξότερον αὐτὸ ἐποίησε, καὶ λαμπρόν· ἐχ ἥμαρτον ταῦτα συμβουλεύσας, ου μὰ τὰς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, καὶ τὰ ἑξῆς. Idem iterum, περὶ μεθόδ. δεινότ. p. 424. Cap. περὶ Ορκ8: ſcil. Πρῶτος δὲ ὅρκον ἠθικὸν Ομηρος ὤμοσεν, εἶτα Πλάτων ἐμιμήσατο· εἶτα Δημοσθένης ἐκληρονόμησε πάντων — Δημοσθένης δὲ ἠθικὸν πολιτικόν· οὐ μὰ τὰς ἐν Σαλαμῖνι παραταξαμένας, καὶ τὰς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας. Adde *Pauſan.* in *Attic.* c. 32. *Hartung. Decur.* II. Capp. 3. et 9. apud *Gruter.* F. A. Tom. II. pagg. 677. 697. Per deridiculum tractat *Athenaeus* l 9. Δεομένων ἓν ἡμῶν καὶ λιπαρέντων δεικνύναι τὴν σοφίαν, οὐκ ἐρῶ, φησι, ὑμῖν, μὰ τὰς ἐν Μαραθῶνι κινδυνεύσαντας, καὶ προσέτι τὰς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσαντας. Et *Lucianus* etiam in *Encomio* iuxta finem: Αγε δὴ τοῦτον, ἔφη, πρὸς Αντίπατρον, Δημοσθένην δὲ ἐκ ἄξεις, ἃ μὰ τὰς — καὶ μοὶ μὲν ἐφαίνετο προσθήσειν, τὰς ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότας. Haec, lector, volebam neſcius ne eſſes. TAYLOR. Lactantius ad Statium: *Vt iurent Athenienſes Marti et Marathoni.* Codex MS. Lindenbrog. *Matheos et Marathoni.* Legendum μὰ τὰς ἐν Μαραθῶνι. v. Geuart. Elect. TAYLOR in ſchedis.

WOLFII ET TAYLORI ANNOTATA AD ARGVMENTVM LIBANII.

Pag. 220. 2. τῶν συνήθων τότων] Συνηθέων Συνηθῶν poſtulat analogia. Sed quorum nominatiui in ης penacutum deſinunt, eorum genitiuos pluralis, et ad-

et aduerbia inde ducta, toties video, et in tam diuersis Codd. penultima acuta scribi, vt dubitem, an id culpa librariorum accidat. WOLFIVS.

5. ὠχύρωσα] Alii ωχυρωσεν. Constructio postulat οχυρωσας. WOLFIVS.

Ibid. ὀχυρώσας] Hoc *Wolfianum* est, non Editorum, aut MStorum. Reuoca autem ex iis ωχυρωσα: *Demosthenem* enim quasi loquentem fingit, orationemque eius adducit, ὡς αὐτὸς εἴρηκεν. Locum, ad quem adludit, vide pag. 325. 21. TAYLOR.

221. 4. εἰς οὓς ἔδει τὴν ἐπιμέλειαν περαίνεσθαι τῶ ἔργῳ] Pro δι' ὧν. Et sic fortasse legendum. Sed *Feliciani* Editio [et MSti nonnulli] ἄνευ σοφῶν φαρμάκων habet ὃς [sine εἰς] ἔδει τὴν ἐπιμέλειαν ψιλὴν παρεχεσθαι τοῦ ἔργου. WOLFIVS.

Ibid. εἰς οὓς ἐδει κ. τ. λ. habent nonnulla exemplaria, sc. *Aldina*, *Parisiensia*, *Lindenbrogii*. Recte quadantenus. Quod fortasse mireris. Sed vide, vt flammam ex isto silice excutiam. Ait *Libanius* huic operi curando dari *denos viros e singulis tribubus*. Itane? Vix crediderim. Non *centenis* ciuibus ea res erat perficienda. Non tanti erat. Verum vnaquaeque tribus *suum* tribulem ad id muneris emisit. Lege ergo, correctione nunquam poenitenda, quam subiecit ora exemplaris *Bodleiani*, ἠρέθησαν ἐπὶ τὸ ἔργον ἄνδρες δέκα, φυλῆς ἑκάστης εἷς ὃς ἔδει κ. τ. λ. TAYLOR.

10. προμύθειαν] [vt ab *Aldo* et *Feliciano* edebatur] προμηθειαν [*Benenati*] per η in antepenultima, id est, πρόνοιαν, ferri potest: Sed melius est προθυμιαν. WOLFIVS. Ita *Regg.* β. γ. ζ.

18. ἡ πόλις] F. ἡ πόλις συμπασα, ἀρετῆς ἕνεκα, etc. MARKLAND.

20. ὁ Φθόνος.] Articulum debemus liberalitati *Wolfii*: Itemque praepositionem κατὰ in linea proxi-

ma: Quae tamen pene eſt neceſſaria. Φθόνος αυτȣ ἥψατο MS. *Ven.* ſc. *Demoſthenem*, vt vertitur quoque. TAYLOR.

221. 23. ἀπήγγειλε] επηγγειλε. Et v. 25. νόμος δὲ κελεύει. Lego cum *Obſopoeo* νομον δὲ κελευειν. Et v. 27. pro, τὸν κελεύοντα, τὸν λεγοντα. Et p. 222. 4. καὶ τάξει γε ταυτῃ τῆς κατηγορίας. WOLFIVS. Nam ταύτης vbique: quantum inueſtigare potui. TAYL.

25. νόμον δὲ κελεύειν] Pro νόμος κελεύει MS. νομον δε κελευειν, in accuſatiuo, quae recta videtur lectio. Deinde pro τὸν κελεύοντα, antiquum habuit τὸν λεγοντα. OBSOPOEVS. Νόμον δὲ κελεύειν etiam exhibent editi a *Benenato*, et *Feliciano*. λεγοντα etiam idem *Felicianus* cum MSto *Reg.* ε. TAYLOR.

222. 13. μέσα] Similiter, in argumento, quod ſequitur: Τὸς μὲν γὰρ δύο νόμους, τόν τε τῶν ὑπευθύνων, καὶ τὸν τȣ̃ κηρύγματος, εἰς τὸ μέσον τȣ̃ λόγȣ ἀπέῤῥιψε, ϛρατηγικῶς τὸς κακὸς ἐς μέσον ἐλάσας. Quintilian. VII. 1. *Demoſthenes atque Aeſchines — in iudicio Cteſiphontis diuerſum ſecuti ordinem, cum Accuſator a Iure, quo videbatur potentior, coeperit: Patronus omnia, vel pene omnia ante ius poſuerit, quibus iudicem quaeſtioni legum praepararet.* Καὶ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ, inquit *Xenopho Memorab.* l. 3. in principio τούς τε πρώτȣς ἀρίϛȣς δεῖ τάττειν, καὶ τὸς τελευταίους, ἐν δὲ μέσῳ τὸς χειρίϛȣς caetera. TAYLOR.

14. τῆς] Lege cum vniuerſis, καὶ τῷ μεν περὶ τῶν ὑπευθύνων — Cui familiariter reſpondet, τῷ δε περὶ τῶν κηρυγμάτων. Neſcio, vnde *Wolfio* diſpliceret. Video eſſe neceſſarium. TAYLOR.

Ibid. ἀντιτίθησι διανοίας] Hoc eſt, a ſcripto recedens, voluntate legislatoris nititur. WOLFIVS.

ANNO-

ANNOTATA
AD ARGVMENTVM POSTERIVS.

Pag. 223. 3. τοιόνδε καὶ ἡ] [Editi et MSti] Forte, τοιγαρουν καὶ ἡ. Et v. 4. πρὸς την χρείαν. WOLF.

6. ματαδεδομένων] F. μετα τα δεδομενα ὑπὸ τῆς πόλεως. WOLFIVS. Ita *Reg.* α. Caeteri omnes μεταδεδομένων. TAYLOR.

13. δεηθεὶς] προσδεηθεις *Benenatus*, vt legimus supra, v. 6. Et membranae quoque *Regiae*, si Cod. ζ. excipias. TAYLOR.

15. δεδόχθαι] Ita *Wolfius* solus et silens. δεδοχθω enim constanter in Impressis, quibus consentiunt o. l. f. Subiecit quidem ὁ δεῖνα in Exempl. *Altemps.* δεδοχθαι. Plura fortasse ad pag. 235. TAYLOR.

16. τραγῳδιῶν ἀγομένων καινῶν] In *Aeschine* legitur τραγῳδῶν αγωνιζομενων καινῶν, et τραγῳδοις. Vtrum autem eo tempore noui Tragici Athenis exstiterint, an tantum de nouis Histrionibus fiat Sermo, nostra parum interest. WOLFIVS.

25. δεδώκει] ἀντὶ τοῦ, ἐδεδώκει. WOLFIVS. δεδώκει in *Aldinis*. ἐδεδώκει Editor.m caeteri. TAYL.

pen. Πνυκὶ στεφανῶσθαι, ἐκ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ] F. ἐκ ἐν τῳ θεατρῳ. Aut, omissa negatione, Πνυκὶ στεφανῶσθαι, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Πνὺξ enim locus fuit legitimae Concionis, διὰ τὸ πυκνὰ ἐκεῖ συνελθεῖν, ἢ διὰ τὸ πεπνῦσθαι· Καίτοι μυρίων ἐκεῖ ἀνοήτων καὶ βδελυρῶν πολλάκις ἐκκλησιασάντων, καὶ βλαβερὰ τῇ πόλει ψηφισαμένων. WOLFIVS.

Ibid. *Wolfius* conuertebat iuxta priorem diuinationem, *non in Theatro*. Quae Correctio quanto durior est et horridior, non opus est dicere. Delenda est importuna ista Negatiua: et bene ista verba, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, adduntur ad explicandum insolitum istum vocabulum, Πνυκί. Vide omnino *Aeschinem c. Ctesiph.*

p. 427. vlt. et annotationes ad locum. Similiter in Libello *Aeschinis* infra 244. 1. Ἐὰν μὲν ἡ Βλὴ στεφανοῖ, ἐν τῷ βλευτηρίῳ ἀνεπτεῖν, ἐὰν δὲ ἡ πόλις, εν Πνυκι, εν τη εκκλησια. In hac quoque ſententia eſt Vir doctiſſimus, qui nuperrime euulgauit *Petit. LL. Attic.* Quem vide ad *Lib.* III. *Tit.* VI. pag. 378. Nam *Petitus* ipſe, qui aliter emendare ſtuduit, eſt ex ea Schola Criticorum, quae mendum ſubodorari poteſt, tollere autem neutiquam. TAYLOR.

224. 11. περὶ τᾶ κατηγόρᾳ] [Ita enim omnes] F. κατα. Et [v. 16] στρατηγικῶς κακᾶς οντας, Vel, τᾶς κακᾶς. Et [v. 19.] ανεδην pro ἀναιδῶς. Et [v. 23.] πρὸς ὃν ὁ ῥήτωρ αποκρινομενος. WOLFIVS.

16. κακὰς] Dedit *Benenatus*, quaſi Poetae alicuius ſtichum protuliſſet, στρατηγικῶς

— κακὰς δ' εἰς μέσον [μέσσον] ἐλάσας.

Porro ἀναιδῶς iſtud, quod praecipitauit *Wolfius*, o. eſt l. s. et optime ſe habet. *Artificium ſummum adhibet Demoſthenes, non tamen eo vtitur* ἀναιδῶς, ſine pudore *et moderatione. Aliquando enim orationem ſuam, non arte, ſed vtilitate,* πρὸς τὸ συμφέρον, *metitur*: vti in ea inſtantia, quam ſtatim adhibet Scriptor huius Argumenti. Nempe cum τῷ νομίμῳ Aeſchinis τὸ νόμιμον, non τὸ τεχνικὸν, aut artificioſum, opponere debuit, effecit ſane, vt Ratio eius adminiſtrandae Reip. *vtiliter* in locum iſtius τοῦ νομίμου ſuccederet. Ad eum *locum* confugit, non *arte*, aut *calliditate* aliqua, ſed *ratione* et *neceſſitate*. Praeſtant haec multo, ſi quid Ego ſapiam, et Correctioni et Verſioni *Wolfianae*. TAYLOR.

17. ἄκρα] *in extremis*. Oſcitanter verſum. Tu, *in vtraque acie*. TAYLOR.

23. ἀποκρινόμενος] υποκρινομενος in o. l. s. et editis. TAYLOR.

225. 1. τῆς δὲ γραφῆς — ἀποτεθείσης] F. αποδο-

αποδοθεισης, sc. τῷ Αρχοντι, ἢ τοῖς Θεσμοθέταις. [Male hoc: Vide *Vlpian.* ad pag. 266. 5.] Et [l. antepen.] εἰληπται μὲν ἐκ τᾶ ψηφίσματος. WOLFIVS.

antepen. ἐκ] Ita *Wolfius* emendare satagebat, cum *Aldus* επι dedit, pariter vt *Felicianus*, et *Reg.* Cod. *Paris.* ζ. Facilius erat et procliuius, απο, vti Operae dederunt Lutecianae, auctoritate, credo, exemplarium *Regiorum.* TAYLOR.

pen. ἀεὶ αὐτῆς μέλεται] F. εχεται. Aut ἀντὶ τοῦ, ἐπιμελεῖται positum est insolentius. WOLFIVS. Constantissime exarari video μέλεται. TAYLOR.

WOLFII ET TAYLORI ANNOTATA AD DEMOSTHENIS ORAT. PRO CORONA.

Λογος] *Philostratus Isocratis Panegyricum* κάλλιστον λόγων appellat: Sed *Dionysius Halicarnassensis:* τὸν ὑπὲρ Κτησιφῶντος ἐγὼ κράτιστον ἀποφαίνομαι πάντων λόγων. WOLFIVS.

1. Πρῶτον] Laudatur hoc Exordium a multis antiquis Scriptoribus, et a nonnullis illustratur quoque. *Est et ille verecundae Orationi aptissimus, quo quatuor primis leuiter in summum coeuntibus digitis, non procul ab ore, aut pectore, fertur ad nos manus, et deinde prona ac paululum prolata laxatur. Hoc modo coepisse Demosthenem credo in illo pro Ctesiphonte timido summissoque principio.* Quintilian. XI. 3. Adde IX. 2. IV. 1. bis. Sunt et alii, quos recenset Nota MS. ad oram Exemplaris *Altempsiani*, sc. *Dionysius Halic. Plutarch. Lucianus. Isocrates* (quod summo iure mireris) et *T. Magister.* Horum liquet plurimos aliquid de hac Ora-

tione consignasse, non exordium attigisse solum. In eo certe numero est *Plutarchus*, qui in tractatulo Περὶ τῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως, Ed. Gr. Bas. pag. 295. multa habet vtilia, eoque iudicio plena, quo valere dignoscitur Scriptor ille praestantissimus. Cui adiungas, quae de eadem re habet *Quintilianus* XI. 1. Existimarunt Antiquiores, *Demosthenem* aliquatenus in hoc exordio fuisse adiutum his verbis *Aristophanis*, *Equit.* 760.

Τῇ μὲν δεσποίνῃ Ἀθηναίᾳ, τῇ τῆς πόλεως μεδεούσῃ,
Εὔχομαι, εἰ μὲν περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων γεγέ-
νημαι
Βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα, καὶ Κύνναν, καὶ
Σαλαβάκχαν,
Ὥσπερ νυνὶ μηδὲν δράσας, δειπνεῖν ἐν τῷ Πρυτανείῳ.

TAYLOR.

Ibid. In hoc exordio quatuor res potissimum conficit *Demosthenes*. 1. Audientiam postulat cum commendatione suae erga Remp. beneuolentiae. 2. Praeiudicio anteactae vitae suae accusationem refutat. 3. Accusatori fidem abrogat. 4. Viam sternit laudibus suis citra auditorum offensam commemorandis, ἀνεπαχθῶς ἑαυτὸν ἐπαινεῖν φιλοτιμούμενος. Qua de re *Plutarchi* libellus exstat. Summa et cardo huius Orationis in eo maxime versatur: *Se, qui in gerenda Rep. dignitatem potius et perpetuam securitatem cum periculis pariendam, quam praesens otium, nec in longitudinem duraturum et cum turpitudine coniunctum, sit secutus, officio boni ciuis esse functum; nec fortunam sibi praestandam esse.* Priuatam autem vitam suam cum *Aeschinis* recriminatione defendit: ac legibus ab illo citatis partim alias leges, partim exempla opponit, ἠτορικωτέρως μέντοι, ἔμοιγε δοκεῖν, ἢ ἀληθεστέρως. Ratio etiam illa de dignitate et imitatione maiorum ab *Aeschine*, et in Oratione περὶ Παραπρεσβείας, et vltima

Epistola

Epistola eiusdem labefactatur: quod Athenienses, nec iisdem animis, neque viribus iisdem praediti, quibus olim, res consimiles gerere non potuerint. WOLFIVS.

Ib. θεοῖς] τοις θεοῖς MSS. vtputa *Regii* β. ε. ζ. η. et *Aug.* ex nostris *Vind.* et *Harl.* Codd. item quos excusit *Aldus.* Ita etiam laudatur ab Antiquis, *Dionysio* sc. *Halic.* *Quintiliano* IX. 4. *Seruio* ad *Virgil.* XI. *Aen.* 301. *Hermogene*, *T. Magist.* σχ. *Aristoph. Equit.* v. 762. aliisque. Vide *Hermogenem*, Edit. Crispin. pagg. 113. 280. 292. 344. Sed quorsum, inquies, morosa haec diligentia in articulis expendendis? Quid confert ad mentem aut spiritum *Demosthenis?* Ad numeros fortasse, et periodorum structuram multum. Nam *Dionysius* ille, qui exordium hoc celebratissimum in rhythmum et pedes diuidit, vel *vnam* syllabam aegre patietur auelli: et *Dionysius* ille alter, *Longinum* volo τὸν κριτικώτατον, multum interesse arbitratus est, vtrum pag. 291. 13. ωσπερ νέφος, an ως νέφος, vel denique ωσπερει νέφος legeremus. Vide Tractatum περὶ Υψους, cap. 39. Et, quanquam auriculas nostras non omnis hodie ferire potest Gratia Constructionis Atticae, multum tamen operae in ea re elaboranda, atque in iis minutiis positum olim fuisse, et existimare par est, et docent Rhetorum Monumenta, quae ad aetatem nostram peruenere. Verbi gratia, cum scribitur p. 230. pen. ἐ γὰρ δὴ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε, quis est nostrorum hominum, qui rotunditatem rite capiat istius periodi, aut quem offendere potuit ista Particula, si desideraretur? Attamen dicitur ab *Vlpiano* ad locum παρέλκειν τὸ πω, χάριν τοῦ κώλου μόνον. Adiicere possem constructionem istam 227. 12. ἀξιῶ καὶ δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν, ἀκοῦσαί μου περὶ τῶν κατηγορημένων ἀπολογουμένου. Quae fefellit Interpretem. Rhythmus fortasse postulauit, vt verba ita ordinarentur, πάντων ομοιως ὑμῶν: Sed Series et ratio Grammaticae

τὸ ὁμοίως cum τῷ ἀκοῦσαι coniungit. Vt dicitur in hoc Exordio, verbis ritualibus, et ex Lege sumtis, τὸ ὁμοιως αμφοιν ακροασθαι. Teretes erant et religiosae aures Atheniensium, vt *tota Theatra exclamarent, si fuit vna Syllaba aut breuior, aut longior*, vt ait *Cicero* in *Bruto*. Et, iuxta eundem Auctorem, *Non Demosthenis fulmina tantopere vibrassent illa, nisi* numeris *contorta ferrentur*. Quam curiosi erant Antiqui, vt etiam prosam Orationem *digitis et arte callerent*, docet *Dionysius* ille saepe a me laudatus, *de Compos. Verbor.* §. 18. Ενὸς ἔτι παραθήσομαι λέξιν, ᾧ τὰ ἀριστεῖα τῆς ἐν λόγοις δεινότητος καταδίδωμι. ὅρος γὰρ δή τις ἐστὶν ἐκλογῆς τε ὀνομάτων καὶ κάλλους συνθέσεως ὁ Δημοσθένης. ἐν δὴ τῷ περὶ τοῦ Στεφάνου λόγῳ τρία μέν ἐστιν, ἃ τὴν πρώτην περίοδον συμπληροῖ κῶλα· οἱ δὲ ταῦτα καταμετροῦντες οἵδε εἰσὶν οἱ ῥυθμοί. πρωτον μεν, ω ανδρες Αθηναιοι, τοις θεοις ευχομαι πασι και πασαις. Αρχει δὲ τῆδε τῆ κώλῳ Βακχεῖος ῥυθμὸς, ἔπειθ' ἕπε]αι Σπονδεῖος, εἶτα Ανάπαιστος, καὶ μετὰ τοῦτον ἕτερος Σπονδεῖος, εἶθ' ἑξῆς Κρητικοὶ τρεῖς, Σπονδεῖος δὲ ὁ τελευταῖος. Τοῦ δὲ δευτέρου, εσην ευνοιαν caetera, quae eadem fide et diligentia exsequitur, in pedes et numeros digerendo. Rursus Idem in eodem libello numeros huius exordii attingit, sc. §. 25. et deinde ad tantae ἀκριβείας atque sollicitudinis *defensionem* se accingit, quam meam pariter, atque huiusce Adnotationis, quam maxime cupio fieri. TAYLOR.

226. 3. παραξῆσαι] Disputatur, quid id esset, quod precatur *Demosthenes* τοὺς θεοὺς παραξῆσαι: Vtrum, scil. τοῦθ', ὅπερ ἦν ὑπὲρ τῆς Αθηναίων εὐσεβείας, an illud demum μὴ τὸν ἀντίδικον σύμβουλον ποιήσασθαι. In hac sententia est Interpres, adeoque verba (ὅπερ ἐστὶ — δόξης) in quadam quasi parenthesi concludit. Ego tamen aliter sentio. Nam pag. 228. 2. vbi hanc precationem instaurat, legimus,

ὅ, τι

ὅ, τι μέλλει συνοίσειν καὶ πρὸς εὐδοξίαν κοινῆ, καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἑκάτῳ, τοῦτο παρασῆσαι τοὺς θεοὺς πᾶσιν ὑμῖν. Et mecum eſt Interpres *Italus*. TAYLOR.

13. Πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγε ἐλαττοῦμαι] *Vlpianus* in Praefatione: μηδέπω συσήσας, πότερον αὐτὸν, ἢ Κτησιφῶντα ἀπολογήσασθαι δεῖ συναρπάσας τοῦτο, ὡς ὁμολογούμενον, ἀξιοῖ τοὺς ἀκούοντας ἐπιτρέπειν αὐτῷ, καθ' ἣν βούληται τάξιν προάγειν τὸν λόγον. WOLFIVS.

18. ἀλλ' ἐμοὶ μὲν] *Suidas* exponit, ἐγὼ μὲν περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύω. WOLFIVS.

Ib. Vertit *Aquila Romanus* in libro *de Figur. Sentent.* iuxta init. Adde *Quintilian.* IX. 2. *Hermog.* p. 352. 410. TAYLOR.

19. οὗτος δ' ἐκ περιουσίας κ. τ. λ.] Catilina apud Salluſtium: *Nos pro Libertate, pro Patria, pro Vita certamus: Illis ſuperuacaneum eſt pugnare pro potentia paucorum.* Ἐκεῖνοι δ' ἐκ περιουσίας ἀγωνίζονται ὑπὲρ τῶν ὀλιγαρχικῶν, ἢ, ὑπὲρ τῶν ὀλίγων δυναστείας. WOLFIVS.

Ibid. ἐκ περιουσίας] *ex abundantia.* nollem iſtud *ſuperuacaneum* Wolfii et Lambini: multo minus, *ex nimia rerum affluentia*, quod dedit *Anonymus:* omnium minime, quod Etruſcus: *e coſtui m'accuſa per tempo che gli auanza.* Nos forte diceremus: *The odds are on the Side of Aeſchines. Or, the difference of the Account. Contentio inter nos* inaequaliter *admodum eſt comparata.* Vide *Harpocr. Suidam.* v. Ἐκ περιουσίας, et *Demetr. Phaler.* §. 265. TAYLOR.

24. ὡς ἔπος εἰπεῖν] Aretinus: *vt ita dicam.* Melanchtho: *quod fere omnibus ingratum eſt.* Perionius: *quod omnes ſolet offendere.* Meletus: *Vt vno verbo dicam.* WOLFIVS.

25. κἂν μὲν εὐλαβούμενος τοῦτο] *Cicero*, ſiue quis alius, in Salluſtium: *Quo me vertam, P. C.? Vn-*

de initium ſumam? Maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior eſt vterque noſtrum. Quod ſi aut de vita atque rebus noſtris huic conuiciatori reſpondebo, inuidia gloriam conſequitur: aut ſi huius facta, mores, omnem aetatem nudauero, in idem vitium incidam procacitatis, quod huic obiicio. WOLFIVS.

p. 227. 8. τῳ] τινί. WOLFIVS.

9. μάλιϛα δὲ — ὅσῳ περ] ἀντὶ τοῦ, τοσούτῳ μᾶλλον ὅσῳ. WOLFIVS.

13. κατηγορημένων] κατηγορουμενων MSti *Vind. Harl. Guelpherbytanus* optimus cum *Regg.* α. ε. ζ. TAYLOR.

Ibid. δικαίως.] Satis erat ὁμοίως ἀκοῦσαί μου ἀπολογουμένου, ſine δικαίως. Et arbitror eſſe gloſſam τῶ, ὁμοίως, cum ſupra dicitur, in Lege πρὸς τοῖς ἄλλοις δικαιοις καὶ τοῦτο γέγραπται, τὸ ομοιως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι. Vide autem 244. 8. TAYLOR.

19. πρότερος] προτερον Cod. *Guelph.* cum *Regio* ζ. et *Vind.* Sed non habeo neceſſe. Infra 301. 25. Σὺ τοσοῦτον ὑπερῆρας ῥώμῃ καὶ τόλμῃ τοὺς ἄλλους, ὥστε πάντα ποιεῖν αὐτος; TAYLOR.

20. παρελθεῖν.] *Suid.* in v. et *Vlpian.* ad orat. *de Rebus Cherſoneſitanis:* Vbi ait, παρελθεῖν in hac Oratione ſumi ἀντὶ τοῦ νικῆσαι. Add. *Vales.* ad *Harpocr.* pag. 153. TAYLOR.

22. ὕϛερον] υϛερου Codd. *Vind. Guelph. Ital. Ven.* et *Reg.* α. TAYLOR.

Ibid. προσδέξηται — ποιήσηται] Editi omnes et MSti, (noſtri certe) προσδεξεται et ποιησεται. T.

24. διάγνωσιν] γρ. διαγνωμην, Αττικῶς. Ita σχ. *Vlpiani.* TAYLOR.

25. ὡς ἔοικε, λόγον διδόναι] Aretinus: *vt videtur.* Meletus: *ſicut conuenit.* Caeteri praetermiſerunt. WOLFIVS.

p. 228. 6. κατηγόρησεν] εκατηγορει *Reg.* α. Et mox,

mox, *v.* 8. ανηλωκε *Ask. Harl. Regg.* α. ε. ζ. *Lind.* et *Obſop.* approbante ipſo *Obſopoeo.* TAYLOR.

228. 19 καὶ ἐκ βελτιόνων] Formula. *Lyſias* Orat. IX. κατὰ Θεομνήστου, p. 118 Ed. *Steph.* Ἀλλ' ὅτι βελτίων, καὶ ἐκ βελτιονων ὁ φεύγων ἐμοῦ; MARKLAND.

26. τοῦτο παντελῶς εὐηθες ἀηθης] ἀντὶ τοῦ, εὐήθως. WOLFIVS.

p. 229. 1. τετύφωμαι] Vide *Harpocrat.* in v. et *Vales.* pag. 187. TAYLOR.

3. πομπείας] Vlpian. Ὑβρεως, λοιδορίας, διὰ τὸ ἐν ταῖς πομπαῖς κωμῳδεῖν καὶ λοιδορεῖν ἀλλήλους. Deinde ſequitur Scholion aliud, alterius, vt puto, Scriptoris, quod tamen non longe diſtat ſenſu et interpretatione. Infra ſcripſit Noſter 268. 24. Ταῦτα τοίνυν εἰδὼς Αἰσχίνης, ὀδὲν ἧττον ἐμοῦ, πομπευειν ἀντὶ τοῦ κατηγορεῖν εἵλετο. Vbi rurſus conſules σχ. ad locum. Addes porro *Hermogenem* π. μεθ. δεινότ. ſtatim ab initio, *Harpocr.* v. Πομπείας, *Suid.* quoque v. Πομπεία et Πομπείας, Magiſt. et *Ammonium* v. πομπή. σχ. *Ariſtoph. Plut.* 1015. TAYLOR.

Ibid. τῆς ἀναίδην οὑτωσὶ.] Cum non ſignificet ἀναιδῶς, ſed ἀπαρακαλύπτως, rectius ſcribi videtur per ε, ανεδην, παρὰ τὸ ἀνιέναι, ſicut συζάδην, βάδην, παρὰ τὸ συνιζάναι, βάναι. WOLFIVS.

Ibid. Iterum audi σχ. noſtrum: Ἐὰν μὲν διὰ τῆς διφθόγγου γράφηται, τῆς ανεισχυντου λέγει, ἂν δὲ διὰ τοῦ ε, ὅπερ καὶ βέλτιον, τῆς πολλης, ἐκ τῆς ἀνέσεως, ἀθρόας τε καὶ σφοδρᾶς. Et Ego ſane cum *Vlpiano* potiorem eſſe *hanc* lectionem iudico. Ob ſoni et literarum affinitatem iterum MSS. diſcordant circa has voces, ad initium σχ. Orationis *Timocrateae.* Αναίδην praeter *Pariſinam Benenati*, *Ald. Ven.* et *Ital.* Ανέδην MSS. *Ald.* β. γ. ex *Regiis*, *Harl. Vindob.* Editio optima *Feliciani*, et Cod. *Aug.* TAYLOR.

10. τῶν μέντοι] F. τῶν μὲν τοινυν. WOLFIVS.

229. 11.

229. 11. οὐκ ἔνι] Malim, οὐκ ενην. WOLFIVS.

12. οὐδ' ἐγγύς] Sc. τῆς ἀξίας δίκης. WOLFIVS.

Ibid. οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ — οὐδ' ἐν ἐπηρείας] Forte, ἀλλ' ἐν, vel το δ' ἐν ἐπηρείας, aut οὐ δὴ ἀφαιρεῖσθαι. Aretinus: *Non enim decet auferri ius populum adeundi, nec in odii ac maleuolentia iſtud ponere. Non enim rectum, nec iuſtum, nec ciuile eſt fieri, Athenienſes.* Melanchtho: *tanta vero crimina cum mihi obiecerit, vt ne pares quidem poenae inueniri queant, audet petere, ne mihi docendi poteſtas concedatur. Iniuſtiſſimum eſt autem, et nequaquam ciuili ſocietati conueniens, odio et petulantiae cuiusquam largiri, ne reus audiatur.* Perionius: *Neque enim eripienda eſt poteſtas veniendi ad populum: Nec cauſae dicendae facultas: Nec id in obtrectationis aut inuidiae loco ponendum: Nec fieri recte atque ordine poteſt: Nec id aequum eſt quidem, Iudices. Sed eum oportuit*, etc. *Ne in ipſo quidem recenti facto. (ſic* τὸ οὐδ' ἐγγὺς interpretatur) *Non enim priuandus eſt aditu populi et poteſtate dicendi Aeſchines. Sed vt hoc ex petulantia atque inuidia faciat, neque per Deos eſt rectum, neque ciuile, neque iuſtum, viri Athenienſes, ſed in quibus*, etc. Locus eſt obſcurus et controuerſus, propterea que ſuſpectus. Ego meam interpretationem ſi non veram, at perſpicuam eſſe puto. Connexio periodorum habet obſcuritatem: Τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλὰ, etc. — Τῶν μὲν τοίνυν κατηγοριῶν etc. — Οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ etc. — Αλλ' ἐφ' οἷς etc. — Eſt Commemoratio quaedam in conqueſtione iniquitatis: et Confeſſio, maxima eſſe crimina, et omni ſupplicio vindicanda, recteque delata ad iudices, ſi vera eſſent. Eum enim eſſe iudiciorum vſum, vt cauſae cognoſcantur, et nocentes mulctentur. Sed abuti iudicum benignitate ad criminandos ex odio atque inuidia inſontes (id quod nunc *Aeſchines* faciat) id vero nequaquam eſſe ferendum. Sed in hac quoque ſententia me

me nonnihil turbat, quia ait προσελθεῖν τῷ δήμῳ, vt non de *iudiciis*, sed de *concionibus* loqui videatur. Eodem pertinet etiam τὸ λόγε τυχεῖν. Queritur enim Isocrates, τὲς πολλὲς ἐδὲ τῆς Φωνῆς τῶν ἐναντιωμένων ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν ἐθέλειν ἀνασχέσθαι. Quid ergo si sic connectas? *Si crimina mihi obiecta vera essent, nec dignas poenas, neque dignis proximas, de me sumere posset Resp. Quae cum mihi adeundi populi habendarumque concionum potestatem dederit, ea ego potestate sim abusus ad explendam odium meum aduersus inimicos atque inuidiam. Id quod neque rectum est* etc. *Atqui si me tantis in rebus Aeschines, quantas ea facit, pestem et perniciem reip. moliri videbat, cur non statim in iudicium adducebat?*

Cum via multa patet, nulla est bona; qua sit eundum,
Ipse tibi monstret ductor Atlantiades.

TAYLOR.

Ibid. Ἐν τέτοις τοῖς ῥητοῖς, vt conquestus est Vlpianus, ἀσαφείᾳ ἔξι πολλή. Et merito sane. Interea Voces ipsae sunt satis perspicuae. sed Sententiae non recte cohaerent, neque apte distribuuntur. Ego igitur primum lectoris oculis subiiciam eum ordinem et sequelam, quam ex *Demosthene* auctore profectam esse arbitror: deinde meam de ea re exponam sententiam, et iis rationibus, quas habeo, enitar vincere, simul et turbatam esse in Textu, quo vtimur vulgo, atque istius infelicitatis causam a me esse deprehensam. Ad hunc modum igitur loquitur *Demosthenes*, si me audias, sc.

Τὰ μὲν ἂν κατηγορημένα, πολλὰ, καὶ δεινὰ, καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττεσι τιμωρίας.

Τῷ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἡ προαίρεσις αὐτὴ, ἐχθρᾷ μὲν ἐπήρειαν ἔχει, καὶ ὕβριν, καὶ λοιδορίαν, καὶ προπηλακισμὸν ὁμῶ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα.

[O]

[Ο'] ἔτε μὰ τὰς θεὰς ὀρθῶς ἔχον, ἔτε πολιτικὸν, ἔτε δίκαιόν ἐςιν, ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι.

Οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ, καὶ λόγε τυχεῖν, ἀδ' ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνε τᾶτο ποιεῖν.

Αλλ' ἐφ' οἷς ἀδικᾶντά με ἑώρα τὴν πόλιν, ἅσί γε τηλικᾶτοις, ἡλίκα νῦν ἐτραγώδει, καὶ διεξήει, ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις παρ αὐτὰ τὰ ἀδικήματα χρῆσθαι.

Εἰ μὲν εἰσαγγελίας ἄξια πράττοντά με ἑώρα, εἰσαγγέλλοντα, καὶ τᾶτον τὸν τρόπον εἰς κρίσιν καθιςάντα παρ' ὑμῖν, εἰ δὲ γράφοντα παράνομα, παρανόμων γραφόμενον.

Καὶ μὴν εἴ τι τῶν ἄλλων, ὧν νυνὶ διέβαλε καὶ διεξήει (scil. πράττοντά με ἑώρα) ἢ καὶ ἄλλ' ὁ, τιῦν ἀδικᾶντά με ὑμᾶς ἑώρα, εἰσὶ νόμοι περὶ πάντων, καὶ τιμωρίαι, καὶ κρίσεις — καὶ τᾶτοις ἐξῆν ἅπασι χρῆσθαι. In his interpretandis, verſione vtar propemodum *Lambini:* Nam ille quadantenus in hac cauſa proceſſit, et pariter translationem inſtituit:

Crimina igitur mihi illata ſunt multorum atque atrocium facinorum, quibusque poenae ſunt acerbiſſimae legibus conſtitutae: ſed tota haec Accuſatio nihil aliud habet propoſiti, quam improbam inimici calumniam, petulantiam, conuicium, probrum et contumeliam, caeteraque generis eiuſdem. [Omitto hic, quae repeti arbitror] *Quod medius fidius, Athenienſes, neque rectum, neque ciuile, neque iuſtum eſt, ne vlla quidem ex parte. Non enim ius adeundi ad populum, cauſaeque dicendae poteſtatem cuiquam eripere, non in ea re dolori ſuo ſeruire, neque maledicendi et petulanter alterum inſectandi occaſionem ex ea quaerere oportet: Sed quae me facinora committere in remp. videbat; quum praeſertim eſſent tanta, quanta modo voce pene tragica clamabat, eorum poenas a legibus conſtitutas, recentibus etiam tum maleficiis, expetere, iudicioque perſequi debebat: ſi res delatione nominis dignas admittere videret,*

videret, nomen meum deferre, et hac via me in iudicium vocare: si quid contra leges scribere ac decernere, accusationem mihi de decretis contra leges factis intentare: denique si quid omnino me contra remp. admittere videret, cuicuimodi esset, sunt leges, sunt iudicia, sunt actiones, quibus omnibus vti licebat.

Profecto si eo ordine et nexu non scripsit *Demosthenes*, optandum pene fuit, (absit verbo inuidia) vt ita scripsisset: Adeo nitide, adeo luculente, adeo dispositè procedunt omnia. Verum quid de fugitiuis istis commatibus statuam, proximum est, vt ostendam. Ab huiusmodi Propositione satis rectè orditur: nempe:

Τὰ μὲν κατηγορημένα, πολλὰ, καὶ δεινὰ, καὶ περὶ ὧν ἑνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας.

Bene est: et huic Sententiae aduersatiue apponitur ea, quae sequitur, satis proba et luculenta: sc.

Τῷ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἡ προαίρεσις — ἐπήρειαν ἔχει — καὶ λοιδορίαν κ. τ. λ.

Esto: Sed et aliud Aduersatiuum video:

Τῶν μέντοι (i. e. δὲ) κατηγοριῶν etc. v. 10.

Et, quod merito displicere potest, nihil aliud hic in *Redditione* dicitur, quam quod in *Propositione* dictum erat prius. Age, ἐξέτασον παράλληλα, vt scribunt Graeci, et vt scribit Nolter, vt eo situ dispiciamus, quid interfit:

Τὰ μὲν ἓν κατηγορημένα πολλὰ καὶ δεινὰ, καὶ περὶ ὧν ἑνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας.	Τῶν μέντοι κατηγοριῶν καὶ τῶν αἰτιῶν τῶν εἰρημένων, εἴπερ ἦσαν ἀληθεῖς, οὐκ ἔνι τῇ πόλει δικην ἀξίαν λαβεῖν, οὐδ' ἐγγύς.

Conferas, Trutines, Metiaris, Excutias, Excrucies, quiduis fac periculi: Solertem dabo, qui quiduis ex hac posteriore Oratione expresserit, quod non intercep-tum erat in priore.

Multa

Multa mihi crimina obiecit Aeſchines, quorum de ſingulis grauiſſimae quae poſſunt poenae ſtatuuntur: Vltimum ſc. ſupplicium: grauiſſimum quidem, quod Sors humana patitur, verum ob delicti naturam leue: Interea tamen *tot et talia mihi crimina obiecit Aeſchines, vt poenas dignas a me repetere Ciuitas nullo modo poſſit.*

Hiccine eſt, quem dicunt *Demoſthenem!* Haeccine ea, quae contorqueri aiunt Fulmina! Atqui, vt in inſtituto pergam, haec Confuſio non ſimplici vice Auctori noſtro contigit. Infra pag. 491. cum *Aeſchine* ita agit:

Quando in eo ſtatu eſſent Res Graecae, et Philippus cunctorum ſeruitutem palam meditaretur, a Te, Aeſchine, vel ab alio quouis, qui mea conſilia reprehendit, rogarem, quid in ea Fortuna Ciuitatem noſtram agere oporteret? Vtrum eam decuit, quae toti Graeciae ſaluti eſſe ſolebat, iam dignitatis atque iſtius praerogatiuae immemorem, Philippum in conſiliis exſequendis adiuuare, vt Theſſali et Dolopes faciebant? An, (quod leuius fortaſſe) iſtud quidem non agere, ſed domi ſedentem, atque otioſam, ſinere Philippum ea per ſe facere, quo pacto Arcades, Meſſenii et Argiui ſe geſſerunt? Age dic mihi, ποίας μερίδος, ἐν τίνι τάξει, in qua claſſe, expediebat fuiſſe Remp.? Nam, ſi meis conſiliis vſa non fuiſſet, neceſſe eſt eam vel in hac vel in illa parte omnino fuiſſe conſtitutam. Recte. Sed videas, quaeſo, quo pacto eam rem exſequitur:

Pag. 245. vlt.

Πότερον αὐτὴν ἐχρῆν, Αἰσχίνη, τὸ φρόνημα ἀφεῖσαν, καὶ τὴν ἀξίαν τὴν ἑαυτῆς, ἐν τῇ Θετταλῶν καὶ Δολόπων τάξει, συγκαταικτᾶσθαι Φιλίππῳ τὴν τῶν Ελλήνων ἀρχὴν, καὶ τὰ

Pag. 246. 8.

Ἀλλὰ νῦν ἐγωγε τὸν μάλιστα ἐπιτιμῶντα τοῖς πεπραγμένοις, ἥδεως ἂν ἐροίμην, τῆς ποίας μερίδος γενέσθαι τὴν πόλιν ἐβέλετ' ἄν; πότερον τῆς συναιτίας τῶν συμβεβηκότων τοῖς τῶν

τῶν προγόνων καλὰ καὶ δίκαια ἀναιρεῖν; ἢ τοῦτο μὲν μὴ ποιεῖν· δεινὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς· ἃ δ' ἑώρα συμβησόμενα, εἰ μηδεὶς κωλύσει, καὶ προησθάνετο, ὡς ἔοικεν, ἐκ πολλοῦ, ταῦτα περιιδεῖν γιγνόμενα;

Ελλησι κακῶν, καὶ αἰσχρῶν, ἧς ἂν Θετταλὸς, καὶ τὸς μετὰ τούτων εἴποι τις; ἢ τῆς περιεωρακυίας ταῦτα γιγνόμενα ἐπὶ τῇ τῆς ἰδίας πλεονεξίας ἐλπίδι, ἧς ἂν Αρκάδας καὶ Μεσσηνίους, καὶ Αργείους ἀείημεν;

Posterius sane Inciſum, ſi quid eſt in ea Obſeruatione, quod prodeſſe poteſt, non erat in *Vlpiani* Codd. quantum ex eius ſcholiis augurari fas eſt. Verum ſiue ille inuenerit, necne, a me nunquam impetrare poſſis, aut haec, et ſimilia, non niſi deploratiſſima ad nos perueniſſe, aut multum me aberrare in ea diuinatione, quae omnem hanc moleſtiam amoliri poſſe videtur. Scilicet vtroque in loco, vbi vides iterari Commata illa ἰσοδυναμοῦντα, ſi alterum tollas (neque id aegre feres), defaecabitur Textus, eumque colorem *Demoſtheni* reſtitues, quem ille exoptauerit. Vnde autem, dices, per tot ſaecula interpolatum ſit? Duae nimirum ab vltima vetuſtate exibant *Demoſthenis*, quae vocantur Ἐκδόσεις. Solebat id apud Antiquos fieri; atque ea Cura ſis Scriptoribus impendi, quorum in libris expoliendis recenſendisque aliorum opera vtiliter collocari poterat. Ita Homeri alia erat Editio κατὰ Φιλήμονα, alia κατὰ Ῥιανὸν, Σωσιγένες alia, alia Αριστάρχε, Ζηνοδότου, alia Cypria, Sinopica, alia κοινὴ, et nominantur etiam κοιναὶ, et χαριέστεραι, alia denique ἐκ νάρθηκος, vt caeteras omittam, quae erant numeroſae. Quod legitur hodie *Apollonii Rhodii*, eſt ex ſecunda Editione iſtius Scriptoris. Scholiaſtes enim, qui latus eius claudit, eum diligenter ad Προέκδοσιν, ſiue Editionem priorem, recenſuit, quae quantum ab hodierna diſtet, intelliges ex σχ. ad hos verſus I. libri, ſc. 285. 515. 543. 725. 788. 801. Et ſimilis Fortuna, vt dicebam, obtigit Auctori

noſtro. Quod quoniam alibi a me animaduerſum eſt liberius, hic ſufficiat memorare, vnam ab *Vlpiano* vocari Αρχαίαν, ſiue *Antiquiorem* Demoſthenis Editionem, Δημώδη, ſiue *Popularem*, alteram. Vide *Vlpian.* ad Orat. contra *Midiam* ſaepiuſcule. Hinc fortaſſe liquebit, cur multa hodie non legantur in noſtro Auctore atque hac Oratione, quae citarunt ex ea Antiquiores. Verbi gratia: Nullibi per totam hanc Orationem occurrunt haec verba:

Τῶν δὲ πλοίων τὰ μὲν συντριβόμενα ταῖς ἀποζολαῖς. Attamen ea diſerte profert *Vlpianus*, et exponit, ad *Philipp.* I. ex Oratione, quae erat ὑπὲρ Κτησιφῶντος, et *Suidas* etiam citat, in v. Αποζολὰς, ſed Auctore diſſimulato. Nimirum in altera Editione legi poterant: in altera non ita. Et ſic de aliis quoque ſtatui poſſe et debere arbitror.

Et quoniam ea res iam agitur, non videbor eſſe importunus, ſi locos deperditos ex hac Oratione colligam. Interea tamen non omne, quod laudatur ex Oratione περὶ Στεφάνε, ad eam claſſem protinus redigo. Nempe, aliquando errat ille, qui citat, et *Demoſthenem* intelligit, non in cauſa Cteſiphontis, ſiue περι Στεφανε, verum in earum alterutra, quae exſtat, inſcripta κατα Στεφανε ψευδομαρτυριῶν. Ita *Suidas* v. Καταψευδομαρτυρησάμενος· quem tamen facile argueret *Harpocratio*, qui κατα Στεφάνε diſerte habet; quin et Initium iſtius Orationis, ita ſcil. conceptum: Καταψευδομαρτυρηθεὶς, ὦ ἄνδρες δικαζαὶ, et quae ſequuntur. Idem dicendum eſt de voce Παραπεπτωκὼς, quae in harum quoque priore legitur, non in ea *de Corona*. Ita etiam ſtatuendum eſt de v. Φαρμακῶντα. Vid. *Suid. Harpocr.* v. Φαρμακὸς, atque etiam *Etymol. M.* Atque huic ſimile exemplum mox ſubiungam. Haec igitur erat vna Erroris anſa in citando. Sequitur alia. Nempe ob Cauſae non magnam diſ-

ſimili-

similitudinem, confundere solebant hanc nostram cum illa π. Παραπρεσβείας. Vtraque enim grauis, spectabilis, et ad Kemp. pertinebat. Id *Th. Magistro* aliquoties vsu venit. Aliquando memoria freti Antiquiores sensum solummodo adducebant, verbis aliquantulum disparibus et diuersis. Haec omnia fortasse, vel plurima, perseueranti in legendis iis, quae scribimus, plana fient. Denique alia de causa abesse poterant nonnulla, quae olim hic legebantur, sc. quia obelum Criticorum perpessa sunt. Qua de re audi *Hermogenem*, p. 317. Ἐκεῖνα μέντοι διὰ τὸ ἄγαν εὐτελὲς καὶ ὀβελίσαντές τινες ὑπεξείλοντο ἴσως ὀρθῶς ποιοῦντες· λέγω τὸ, κυαμους εφθους βοωσα, καὶ, κατα παν το θερος επλανατο, καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐν μὲν ἰδιωτικοῖς λόγοις ἴσως ἂν ἁρμόσειεν· ἐν δημοσίῳ δὲ, καὶ τηλικοῦτον ἔχοντι ἀξίωμα λόγῳ, ἢ προσώπῳ, ἢ πράγματι, πῶς ἂν ἁρμόττοι; His praemissis, haec citantur, quae sequuntur:

Τῷ μὲν τὸν πατέρα ἠταιρηκέναι, τῷ δὲ τὴν μητέρα πεπορνεῦσθαι.

T. Magist. v. Ἑταῖρα.

Λογογράφους τοίνυν καὶ ὑβριστὰς ἀποκαλῶν καὶ τοιαῦθ' ὑβρίζων.

Id. v. Λογογράφος.

Exstant in π Παραπρ.

Ο δεῖνα τοῦ δεῖνος τὸν δεῖνα εἰσήγγειλε.

Id. v. Ο δεῖνα. Si hoc sit verba Oratoris laudare.

Τί δοῦλον ἢ ἐλεύθερον εἶναι διαφέρει;

Id. v. Τί διαφέρει.

Vide Not. ad pag. 295.

Φιάλας Λυκιεργεῖς δύο

Athen. XI. 12.

Vide *Leopard.* XI. *Emend.* 18.

Σινώπη.

Harpocr. in v.

Σεσυλήμεθα τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ὑπὸ τούτων, Φασηλιτῶν ὄντων, ὥσπερ δεδομένων σύλων Φασηλίταις κατὰ Αθηναίων. ἐπειδὰν γὰρ μὴ ἐθέλωσιν ἀποδῶναι, ἃ ἔλαβον, τί ἄλλο τις ἔχοι ὄνομα θέσθαι τοῖς τοιούτοις, ἢ ὅτι ἀφαιρεθέντα βίᾳ τὰ ἀλλότρια; Haec et plura laudant ex περὶ Στεφάνου, tum *Suidas*, tum *Etym. M.* Leguntur tamen hodie in Orat. πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν· Et vox quidem Σύλας (id est, Συλήσεις) in ea Oratione, quae inscribitur περὶ τοῦ Στεφάνου τῆς τριηραρχίας. Vides his verbis, quae subiicimus, istius erroris originem. Nam recte se habet Harpocratio: Σύλας. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου [τῆς τριηραρχίας, καὶν τῷ πρὸς τὴν Λακρίτου. Ἐξελόμενος ὁπόταν μὴ σύλαι ὦσιν Αθηναίοις.] ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς ὥσπερ ἐξηγούμενος αὐτό φησιν· Σεσυλήμεθα τὰ ἡμέτερα κ. τ. λ. Verba *Harpocrationis*, quae vncis includimus, deerant in *Etymologo*. Atque haec hactenus: Redeo.

Aio autem porro, fieri etiam potuisse, vt binae istae Editiones, quibus fruebantur Antiqui, aliquando per incuriam describentium, aut quauis alia ex causa, conflarentur, ad hanc nostram, quae sola hodie obtinet, concinnandam. Ita constabit, quare plurimae identidem Sententiae verbis aliquantulum diuersis ab Auctore nostro iterentur (vide quaeso, quae praefamur ad *Midianam*): licet *Photius* arbitretur magis, eas quasi abortiuas excidisse ex scriniis *Demosthenis*, priusquam vltimam manum Auctoris expertae fuissent, aut secum ille statuisset, vtri parti Orationis eae elegantius conuenirent. Ex hac etiam Hypothesi expediemus fortasse, vnde toties turbatum sit per Orationem *de falsa Legatione*, tot repetantur, commisceantur, tot ex improuiso inchoata, statim etiam ex improuiso relinquantur imperfecta. Vide notata ad Aesch. p. 254. et Dem. 449. 5. et quae praemisimus isti

Oratio-

Orationi. Verum age, exemplis et rationibus hanc rem tranſigamus. Scribit *Demoſthenes c. Aphob.* I. 816. 12. 13. Καὶ ταῦτα μὲν ἐνεργὰ κατέλιπεν, ὡς καὶ αὐτοὶ ἔτοι ὁμολογήσουσιν, ὧν γίγνεται τῷ μὲν ἀρχαίᾳ κεφαλαίᾳ τέτταρα τάλαντα, καὶ πεντακισχίλια. Vt in transcurſu id moneam, iſtud πεντακισχίλια erat πεντακισχιλίαις, ſc. *Drachmae*, non *Talenta*. Nam hoc fuiſſet incredibile. Verum ad me propius pertinet in iſto loco *Budaei* ſollicitudinem leuare, qui merito miratur, quare praeter omnem conſuetudinem *Demoſthenes* ſcriberet ἀρχαίᾳ κεφαλαίᾳ, cum vtrumuis vocabulum recte per ſe ſtare poſſit, et *Sortem*, i. e. vti nos appellare ſolemus, *The Principal*, denotare. Nimirum Vox *haec* in vno Exemplari, in altero *illa* exſtabat. Plurimos proferre potui Auctores, qui τὸ ἀρχαῖον de ea re dicunt, plurimos etiam, qui τὸ κεφάλαιον, ni ea res eſſet a Lexicographis praeoccupata: ſed qui vtrumque adhiberet, et τὸ ἀρχαῖον et τὸ κεφάλαιον, praeter *Demoſthenem* in hoc loco, vidi neminem. Neque ſane nata eſt ea locutio ex gloſſemate, quod vocant. Non enim ſolent rara vocabula aeque raris explicari et exponi. Nimirum opera iſta luderetur. Et quo iure diceres τὸ κεφάλαιον elucidare τὸ ἀρχαῖον, eodem, illud ab hoc elucidari contenderem. Porro, *c. Aphob. falſi teſtimon.* p. 846. 24. Μαρτυριῶν γὰρ πλέον ἢ πάνυ πολλῶν τῶν ἁπασῶν ἀναγνωσθεισῶν et quae ſequuntur: Nimirum ſcribebatur:

μαρτυριῶν πλέον ἢ ** (Numero abraſo)

et rurſus:

μαρτυριῶν πάνυ πολλῶν.

In *Philip.* I. p. 42. 9. dicitur

συνελόντι δ' ἁπλῶς εἰπεῖν,

Quae vox ἁπλῶς in nonnullis deſideratur. Sc. dixerunt Antiqui eodem animo,

et συνελόντι δ' εἰπεῖν,

et ἁπλῶς δ' εἰπεῖν.

His fortaſſe coniungenda ſunt et ea in Oratione, in qua occupamur, p. 247. 23.

Τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας [αὐτεπαγγέλτους] [ἐθελοντὰς] παραχωρῆσαι Φιλίππῳ. Vide locum.

Et *Philip.* I. p. 43. 23.

Ὡς μὲν οὖν δεῖ τὰ προσήκοντα ποιεῖν [ἐθελοντὰς] ὑπάρχειν ἅπαντας [ἑτοίμους].

In Oratione *de Corona* ter legitur:

Οὐκ ἔστι ταῦτα, ἐκ ἔστι. πόθεν; πολλῆ γε καὶ δεῖ.

Senſus optime perficeretur, ſi legamus, vel:

Οὐκ ἔστι ταῦτα, ἐκ ἔστι. ποθεν;

Vel:

Οὐκ ἔστι ταῦτα, ἐκ ἔστι. πολλου γε και δει.

At vtrumque dici, inficetum et moleſtiſſimum. Vnde a noſtris MSS. vel hoc vel illud abeſſe ſolet. Verum quod omnium maxime memorari et animaduerti volebam, incredibile dictu eſt, quanto aeſtu laborant nonnulli, cum Aeſchines ait, *decem* legatos, Demoſthenes *quinque* tantum, ad Philippum fuiſſe miſſos: porro ei numero *Demoſthenem* accenſeri ab *Aeſchine*, excludi a ſe ipſo: Vel, quod potius, quandoque a ſe ipſo in eo coetu numerari, quandoque autem praetermitti. Attigi ad *Argumentum* Orat. π. Παραπρεσβ. Attamen vbi, ais Tu, ſibi in ea re aduerſatur *Demoſthenes?* In ea Cauſa, quam hodie tractamus. Nam aliquando exaratur de ea Legatione παρόντων ημων — μὴ απιωμεν ἐκ Μακεδονίας — ἀπαγγειλάντων ημων — ἀπαγγελόντων ὑμῖν ημων, cum in aliis Codd. conſtanter παρόντων υμων — μη απιωσιν ἐκ Μακεδονίας — ἀπαγγειλάντων αυτων — ἀπαγγελόντων ὑμῖν τατων. Vide modo, pag. 235. vlt. Nimirum conſarcinata eſt Editio, quae ad noſtram aetatem peruenit, ex prioribus, quarum haec vnam, illa alteram partem in hac diſceptatione tuebatur. Nam in Editorum nullis, prout

prout hodie circumferuntur, ea est Constantia, qualem iure exspectare potuissemus, si ex vno Exemplari depromerentur. Et proinde in eo, quod memoraui, Argumento Orationis *de falsa Legatione* habitae, cum tenor loci, atque res ipsa tulerit ad eam Hypothesin, vt Demosthenes *secunda* vice ea legatione defungi crederetur, ait: — ἰξέον δὲ, ὅτι Δημοσθένης ἀπῆλθεν ἐν τῇ δευτέρᾳ πρεσβείᾳ pag. 336. 18. Adhaesit tamen *ex altera Hypothesi* in libris quamplurimis: ἰξέον δὲ, ὅτι Δημοσθένης οὐκ ἀπῆλθεν. Plura fortasse alibi. Iam, vt telam pertexam, si istud impetrauero, repeti hic nonnulla atque inconsiderate interseri ex diuersis exemplaribus, atque semel coeptum esse iuxta hunc locum perturbari; nemo caetera mihi inuidebit, sc. permisceri potuisse, atque ex suo ordine moueri, Comma vnum atque alterum, quibus Nos postliminium dedimus, et de quibus mox plura dicemus.

Scio equidem, auctoritatem *Hermogenis* pag. 279. contra me facere, qui iteratas illas Interrogationes p. 245. vlt. Πότερον αὐτὴν ἐχρῆν —; et Ἀλλὰ νῦν ἔγωγε ἡδέως ἂν ἐροίμην, τῆς ποίας μερίδος —; exemplum adfert istius Figurae, quae Επιμονὴ dicitur a Technicis, et solerter ab Oratoribus antiquis aliquando adhibetur. Ita Ille: Ταύτῃ τῇ ἐννοίᾳ πλέον, ἢ τετρακις ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ κέχρηται — Διὰ γὰρ τὸ ἔνδοξον τῆς ἐννοίας ἐπιμένει, καὶ δεινῶς ἐπίκειται τῷ ἐχθρῷ, ταῖς συνεχέσιν ἐρωτήσεσι ἐδὲ ἀναπνεῖν ἐῶν. Non nego, feliciter olim vibrasse ea fulmina *Demosthenem*, et saepissime pertundi et καταῤῥητορεύεσθαι iis artibus aduersarium, quem nactus est. An id hoc loco praestare voluerit, vehementer dubito. Iudicet aequus lector. Ego interea acumen *Hermogenis* desidero, qui *plus, quam vicibus quaternis*, hic ait ingeminari a *Demosthene*. Teneo, quid hominem impulerit, vt ita scriberet. Sed in eo decipiebatur. Et nihil amplius ex istius auctoritate

ritate efficitur, quam vt constaret, inueteraſſe iam inde ab *Hermogenis* aetate duos iſtos paragraphos, quorum alterum eliminandum pronunciaui. Neque ego mendi diuturnitatem valde diſputo. Verum de tota hac cauſa plura contendam ad p. 235. 3. vbi (ſi nondum viciſſe videbor) cauſa vicero. Et lectorem meum magnopere oro et obteſtor, vt adiungeret huic diſputationi ea, quae ibi dicturus ero. TAYLOR.

229. 13. λόγῳ τυχεῖν.] Si hic ſit locus, quem voluere *Harpocratio* et *Suid.* vbi has voces ex noſtra Oratione citant, errant ſane in expoſitione: Neque enim per λόγῳ intelligendum eſt ἐπαινῳ, quod illi praedicant. Et in ea mente eſt *Valeſius*. Forte ἔπειν, inquit Ille. TAYLOR.

15. ὅτε κ. τ. λ.] Adponam correctionem *Lambini*, vt intelligat lector, quantum ille profecerit: — δίκην ἀξίαν λαβεῖν· Ο, ὅτε, μὰ τὰς θεὰς, ὀρθῶς ἔχον, ὅτε πολιτικὸν, ὅτε δίκαιόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι, ἀδ' ἐγγυς. ἐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ τὸ προτελθεῖν τῷ δήμῳ, καὶ λόγῳ τυχεῖν· — ἀλλ' ἐφ' οἷς ἀδικῶντά με κ. τ. λ. Haec Vir doctus. Et quis contra ſentiet, cum ea Tranſpoſitio vnius Sententiolae textum optime complanat, atque ſenſum vbique connectit, qui olim conclamabatur? Solent hae res fieri in exemplaribus antiquis: Cuius rei illuſtre exemplum dabo. Legitur in *Themiſtoclis vita* a *Cornelio Nepote* deſcripta:

> *Scio, plerosque ita ſcripſiſſe, Themiſtoclem, Xerxe regnante, in Aſiam tranſiiſſe: Sed ego potiſſimum Thucydidi credo, quod aetate proximus erat*, qui illorum temporum hiſtoriam reliquerunt, *et eiusdem ciuitatis fuit.*

Acute ſane! *An potuit ſcribi miſerius?* Nam ſi haec verba ita ſunt ſumenda, ſc. Thucydidem proximum eſſe aetate etc. *iis*, qui illorum temporum hiſtoriam reliquerunt, *ridicula* ſunt: Sin Themiſtocli proximum,

ex nu-

ex numero eorum, qui illorum temporum hiſtoriam reliquerunt, *obſcura*. Aliquid ſubeſſe argumenti crediderim, ſi ideo *Nepos Thucydidem* ſequeretur, propterea quod et aetate erat coniunctus Themiſtocli, et ex eadem vrbe. Id quod res erat, et veriſſime dici potuit. Age:

Scio, plerosque, qui illorum temporum hiſtoriam reliquerunt, *ita ſcripſiſſe, Themiſtoclem, Xerxe regnante, in Aſiam tranſiiſſe: Sed Ego potiſſimum Thucydidi credo*, quod aetate proximus erat, et eiusdem ciuitatis fuit.

An potuit ſcribi luculentius? TAYLOR.

229. 18. ἐτραγῴδει.] *Obſop.* διεῖραγῳδεις. WOLFIVS. Potius 232. 22.

19. παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα.] εὐθὺς ὅτε ἠδίκουν ἐγὼ ταῦτα. Feruentibus delictis, et flagranti crimine, vt ICti loquuntur. WOLFIVS.

Ibid. παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα, *Recentibus delictis*. Eo ore omnes fere Interpretes. Ita ſcribit *Ioſephus Antiq. Iud.* p. 416. Ἵνα γνῷς, ὅτι κερδαίνουσιν ἀδὲν οἱ κακοὶ, μὴ παρ αυτα τα δικηματα κολασθέντες, ſcil. *poenam ex continente adiectam ſceleri*, τὸ ἀμύνασθαι τῷ παθεῖν ὅτι ἐγγυτάτω κείμενον, vt verbis vtar *Thucydidis*, III. 38. Sed et aliam habet et maiorem Emphaſin, nempe poenam *iuxta formam criminis*, vt dici poteſt, ſubeundam; verbi gratia, *ſi* Εἰσαγγελίας ἄξια *commiſerit*, vt v. 20. *eas poenas daret, quae lege iſti culpae affiguntur: ſi* παράνομα γέγραφε, v. 22. *eas, quae competebant* παράνομα γράφοντι, *denique* (continuatur enim argumentum v. 25. ſine importuniſſimo iſto commate, quod v. 23. et 24. inueterauit) *cuiuscunque demum criminis argueretur, erant leges, erant ſupplicia, quae in vnumquemque facinoroſum peculiariter ſtatuiſſet Maiorum Diligentia.* Iurisprudentia enim Attica accurate diſtinxit, quo animo, quo gradu maleficii, et

quanto cum damno Reip. committeretur vnumquodque facinus: et eadem pariter fide et diligentia trutinauit ſupplicia quoque. Qui Graecos ſcriptores euoluit ſine eo monito et delectu, multa frigide leget, quae illi exactiſſime ſcripſerunt. Atque arrepta ea opportunitate, ſumere liceat, 310. 16. huius Orationis, vbi, quae cum ſumma proprietate ſcripſit *Demoſthenes*, vel leuiſſime, vt dixi, feriunt lectorem, Fori Attici hoſpitem, rerum iſtarum indiligentem, et in eo Iure minus exercitatum.

Εν οἷς εἰσηγγελλόμην, ὅτε ἀπεψηφίζεσθέ μϐ, καὶ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων τοῖς διώκϐσιν ϐ μετεδίδοτε, τότ' ἐψηφίζεσθε τὰ ἄριϛά με πράτ]ειν.

Ea erat Εἰσαγγελίας Conditio et Natura. Atque ad iſtum ritum pertinent ſolennia iſta, ἐψηφίζεσθε — ἀπεψηφίζεσθε — τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων. Sequitur Criminis et Proceſſus Species altera:

Εν οἷς δὲ τὰς γραφὰς ἀπέφυγον, ἔννομον καὶ γράφειν καὶ λέγειν ἀπεδεικνύμην.

Ecce vt ſtilum vertat? γραφὰς φεύγειν — ἀποφεύγειν — ἀποδείκνυσθαι ἔννομα γράφειν. Quae non temere aut inconſulto variantur. Sequitur:

Εν οἷς δὲ τὰς εὐθύνας ἐπεσημαίνεσθε, δικαίως καὶ ἀδωροδοκήτως πάντα πεπρᾶχθαί μοι προσωμολογεῖτε.

Erat et haec quaedam quaſi Accuſationis Species, ſed in ſe recepit calculi quandam rationem, eosque ritus, qui in ſcrutando, ponderando, inquirendo atque computando fere exercebantur. Dixit ergo ἐπισημαίνεσθαι: quod de Rationibus *ſubſcribendis* atque *obſignandis* dicitur. Iterumque dixit προσωμολογεῖτε: quae pariter Vox ſolenniter et quaſi ritualiter adhibetur, cum rationibus probe ſubductis, FELICITER, aut ACCVRATE, pronunciatum. *Aeſch. c. Cteſiph.* 447, 1.

447. 1. Ἀλλ' ὅμως ἐπειδὰν ὁ λογισμὸς συγκεφαλαιωθῃ, ἐδεὶς ὑμῶν ἐστιν ὅτῳ δύσκολος τὴν φύσιν, ὅστις οὐκ ἀπέρχεται τοῦθ' ὁμολογήσας καὶ ἐπινεύσας ἀληθὲς εἶναι, ὅ, τι ἂν αὐτὸς ὁ λογισμὸς (vel, vt vertente pagina scripsit, ὁ τῆς ἀληθείας λογισμὸς αἱρῇ. An eo dico, quae lectori probari possunt? Nondum tamen omnia, quae videor deprehendisse. Nam cum ibidem concludit *Demosthenes*, et rem ad quandam quasi ἀνακεφαλαίωσιν reducit, ibi *distinctionis*, *proprietatis* et *decoris* memor, accurate subiungit:

Τί προσῆκον ἦν — τοῖς ὑπ' ἐμοῦ πεπραγμένοις θέσθαι τὸν Κτησιφῶντα ὄνομα; ἆρ' ὃ τὸν δῆμον ἑώρακα τιθέμενον; ἆρ' ὃ τοὺς ὀμωμοκότας δικάσας; ἆρ' ὃ τὴν ἀληθειαν παρὰ πᾶσι βεβαιοῦσαν;

Non est vtique temere factum, quod ad Εἰσαγγελίαν, τὸν δῆμον, ad γραφὰς, τὸν δικαστὴν, ad Εὐθύνας denique τὴν ἀληθειαν adcommodaret. Ita cum scripsit *Demosthenes* 269. 2. Ἐξέλιπες ἐν ταῖς εὐθύναις, ἐν ταῖς γραφαις, ἐν ταῖς ἄλλαις κρισεσι, bene subiungit *Vlpianus*, sc. εὐθυνη ἐστὶν, ὧν δημοσία τις ἐπισεύθη· γραφη ἐπὶ τῶν παρανόμων· κρισις δὲ ἐπὶ ἐγκλήματος. Ita scriptum est *c. Stephanum* II. 1131. 20. Μαρτυρεῖν γὰρ οἱ νόμοι οὐκ ἐῶσιν αὐτὸν αὑτῷ, οὔτ' ἐπὶ ταῖς γραφαις, οὔτ' ἐπὶ ταῖς δικαις, οὔτ' ἐν ταῖς εὐθύναις. Idem tamen 310. 4. huiusce Orationis distinxit propius ad ea, quae proferimus, scil. Καὶ γραφας, εὐθύνας, εἰσαγγελιας, πάντα ταῦτα ἐπαγόντων μοι. Sed haec a me sunt alio loco expendenda.

Atque isti vsui, quem dixi, commode inseruit Praepositio παρα. Quae comparationem quandam (*iuxtapositionem* vocant technice) repraesentat: atque monet, rationem esse institutam inter poenam et maleficium. Licet ergo haec et similia in leuiori sensu nonnunquam accipiantur, et *statim*, *confestim*, etc. significent, nempe p. 303. 14. Διόπερ τοὺς παρ' αὐτα τα πραγ-

τα πραγματα ἐλέγχες φυγὼν — Et similiter, modo 230. 3. Ἐκ τῆς ὀρθῆς καὶ δικαίας ὁδὸ, καὶ φυγὼν τὰς παρ' αὐτα τα πραγματα ἐλέγχες, verumtamen ad noſtram ſententiam prope et probe accedit id, quod dicitur 262. 26. Φέρε δὴ παρα τουτον, τὸν ἐκ τοῦ ἐμοῦ νόμου καταλογον: Age *conferas*, *adponas* vtriuſque noſtrum catalogum, vt quid interſit, diſpicere poſſimus. Eo igitur animo ſaepiſſime in his Orationibus reperitur παραναγινωσκειν· τοὺς νόμους ſc. τὰ ψηφίσματα, aut aliquid eiusmodi. Age recita cauſam, quae in ius deducitur, et *iuxta* quoque recita leges. Ὑπομνήσατ' αὐτὸν ἄνευ θορύβε τὸ σανίδιον λαβεῖν, καὶ τες νομες τῳ ψηφισματι παραναγνωναι. Aeſch. *c. Cteſiph.* 590. 3. Similiter p. 577. pen. ἀναγνώσεται ὑμῖν τὸ ψήφισμα· παραναγνωθι καὶ ὁ γέγραφε Κτησιφῶν. Adde eundem p. 241. 1. p. 268. 10. et notas ad loc. vbi Lector meus conſulere admonebatur, quae Vir doctiſſimus habiturus erat ad *Aeſchinem* p. 582. Cf. enim *Marklandus* in eo loco pro παλιν αναγινωσκειν, fretus iis exemplis, quibus in hac re modo vtimur, παραναγινωσκειν legi iuſſerat. Quod cum optima fide praeſtare potui, deterritus tamen iis verbis, quae ex *Polluce* ibidem adduxi, ab ea Correctione abſtinui, licet peritiſſime iudicauit Vir praeſtantiſſimus; atque ad eam normam, in qua iam laboramus, ſumma cum proprietate dici ab *Aeſchine* potuiſſet παραναγνωθι τὰς νόμες καὶ τὸ ψήφισμα. Denique ea Locutio extra Forum deprehenditur quoque: vt vbi ait *Demoſthenes* p. 315. 19. Φέρε δὴ καὶ τὰς τῶν λειτεργιῶν μαρτυρίας, ὧν λελειτέργηκα, ὑμῖν ἀναγνῶ πάσας· παραναγνωθι δὴ ἡμῖν καὶ σὺ τὰς ῥήσεις, ἃς ἐλυμάνε. *Recitentur monumenta meorum in Remp. benefactorum*, *et* vna quoque, iuxta, comparandi gratia, *Senarii*, *quos ille infelix Actor recitando labefactauit.* Porro: a παραναγινωσκειν recta deducimur ad

παραγρα-

παραγραφεσθαι. Quod cum significet, *non nude et simpliciter describere*, verum eo animo, vt in contentionem veniat, atque ideo opponi possit, id quod describitur, idcirco de *Exceptoriis* in Iure Attico vsurpatur, de qua re disputaui ad Aristocrateae p. 629. 16. Haec autem si vere dicantur, et arbitror esse verissima, hallucinatur *Wolfius* aliquoties in vertendis nostris Auctoribus. Ait *Aeschines c. Ctesiph.* pag. 589. 2. *Quemadmodum in architectonica rectitudinem et obliquitatem discernimus, normam adplicando,* ὅτω καὶ ἐν ταῖς γραφαῖς τῶν παρανόμων παράκειται κανὼν τῇ δικαίᾳ, τετὶ τὸ σανίδιον, sc. haec Tabella litis institutae, (Libellus) καὶ τὸ ψήφισμα, Decretum, quod tulit Ctesipho, καὶ οἱ παραγεγραμμενοι νόμοι, sc. *Leges, quas describi fecimus, iuxta apponi curauimus, et quibus, vt exceptoriis, vtimur contra ius, quod Ctesipho sua rogatione statui voluit.* Ita verto liberius, et iustius credo, quam *Wolfius*, qui habet miserrima haec verba, scil. *leges, quibus fraus facta est.* Neque hilum proficit Interpres Etruscus: *le leggi publicamente scritte.* Rursus in hac oratione pag. 263. 19. Λόγων, ὃς ἕτος ἄνω καὶ κάτω διακυκῶν ἔλεγε περὶ τῶν παραγεγραμμενων νόμων: *de violatis legibus*, ait *Wolfius:* Et Ferrus, iam sibi dispar: *delle leggi ingiustamente scritte.* Neuter recte. Neque quidem *Scholiastes* ad locum: Qui quid intellexit per haec verba, νοθων νόμων, ὧν εἰσῆγεν Αἰσχίνης, παρ' ὃς παρέγραψα τὸ ψήφισμα, ipse viderit. Tantum scio, locum ipsum non ab eo fuisse intellectum. TAYLOR.

229. 23. ἐ γὰρ δήπε κ. τ. λ.] Ita suum scholiolum curiosus aliquis lector adleuit ad oram Exemplaris *Altempsiani:* Ταῖς μὲν κατηγορίαις καὶ ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις πολιτικὸν ἦν τότε, καὶ δίκαιον ἅμα παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα χρῆσθαι· καὶ ἐ νῦν. ἐ γὰρ δύναται ἐκ τῇ κρίνειν καὶ διώκειν ἐμὲ, ὥςε καταδικάσασθαι

σασθαι τὸν Κτησιφῶντα. *Wolfius*, perinde ac legisset: Εἰ γὰρ δήπε Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμὲ, ἐμε δ', εἴπες ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν, αυτον ἂκ ἂν ἐγράψατο, ita vertit: *Cum enim Cteſiphontem propter me perſequi iudicio poſſit, ipſi mihi profecto, ſi conuinci poſſe confideret, non pepercisſet.* Venetus ita: *Non enim Cteſiphontem iure accuſare valet mea cauſa, me quidem ipſum ſi conuincere poſſe putaſſet, non accuſaſſet?* Etruſcus: *Percioche non puo eſſer queſto, che egli per amor mio habbia accuſato Teſifonte; e me, ſe egli haueſſe ſperato di conuincermi, non mi haueſſe accuſato.* Alius: *Non enim vtique Cteſiphontem quidem poteſt iudicio perſequi propter me: me vero, ſiquidem conuincere exiſtimabat ipſum, non accuſaſſet:* Et ſimiliter *Lambinus.* Harum vero nulla Verſionum vel minimum ſenſum exhibet, neque ſi verba per ſe ipſa contemplemur, neque ſi eam relationem aut nexum, quem habere debent cum iis, quae praecedunt, aut iis, quae ſequuntur, et quem hodie infeliciter ſane interpellant. Ita Πόνος πόνῳ πόνον φέρει, et labes labi materiam praebet. Si hoc videbitur, dele: mox reſtituemus in ſuo loco. Vide ſtatim ad 230. 17. TAYLOR.

229. 24. ἐμὲ δ' — αὐτὸν.] ἀντὶ τᾶ ἐμαυτὸν δὲ, Attica Tmeli, et interpolitis aliquot vocibus. WOLFIVS. Perperam.

vlt. καὶ τέτοις.] In pleriſque et melioribus, καὶ τέτοις ἐξῆν αυτῳ πασι χρῆσθαι κατ' εμε. TAYLOR.

230. 17. ὑπερβολὴ — τᾶτό γε] Iſtam ὑπερβολὴν ἀδικίας, quam in *Aeſchine* reprehendit, potuit luculentius deſcripſiſſe, ſi comma iſtud turbulentum p. 229. 23. [ἐ γὰρ δήπε — ἂκ ἂν ἐγράψατο.] hic ſequeretur. Scil. *Vtrumque eſt iniuſtum et inciuile, Cteſiphonti quidem* litem intendere: *me autem per totam cauſam* accuſare. *Meae enim Criminationes ad iſtius condemnationem pertingere non poſſunt aut debent*, οὐ γὰρ δήπε

δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύνασθαι διώκειν δι' ἐμέ. Illud prius: Proximum est, *neque rursus confidit posse, vt me reum peragèret, aliter contra me actionem instituisset, non contra Ctesiphontem:* vel, vt Graeca sonant, ἐμὲ δ' εἶπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν, αὐτὸν ἂν ἐγράψατο. Nihil certius, quam vt ἐμὲ ad ἐξελέγχειν (vel vt Codd. *Vindob. Guelph.* et *Harl.* ἐξελεγξειν) iure sit referendum, αὐτὸν ad ἐγράψατο. Et si non pro vero venditem, vero tamen simile haberi velim, erraticum istud Comma hic iure optimo sisti oporteri. Ita infaustissimo huic Paragrapho valedicere liceat: quem alii forsan felicius vindicare possint; Nemo sollicitius explorauit. TAYLOR.

230. 27. τὸ γὰρ Φωκικὸ κ. τ. λ.] Certatim hoc Comma a Rhetoricis laudatur, a *Quintiliano* V. 2. fin ab *Hermogene* pagg. 281. 286. 287. 307. a *Demetrio Phaler.* §. 322. 323. *Aquil. Rom.* pag. 16. TAYLOR.

p. 231. 5. Πελοπόννησος.] Vide *Longin.* Cap. 24. TAYLOR.

7. ἔθ' οἱ πρότερον κ. τ. λ.] Significat, τοῖς δεκαδάρχαις (de quibus vide *Isocratis Panegyricum* et *Panathenaicum*) magistratum fuisse abrogatum. WOLFIVS.

8. ἄκριτος.] Vide *Harpocr.* in v. et *Suid.* qui per ἀδιάκριτον exponunt. Adde *H. Steph. Thes. Gr. L.* T. II. col. 430. qui de vi et vsu istius vocabuli disputat. Exponere liceat *Contentionem tacitam et obductam, quae nondum in apertum bellum erupit.* TAYLOR.

9. τοῖς ἄλλοις.] Rescribe iuxta probatissima exemplaria, καὶ παρὰ τέτοις, καὶ παρα τοῖς ἄλλοις ἅπασιν Ελλησιν. Sunt autem *Reg.* α. *Guelph. Vindob. Aug.* et *Harl.* qui conspirant amice. TAYLOR.

12. ἑαυτὸς.] Iidem Codd. cum *Regg.* α. et β. habent αλληλους. Tu diiudica. TAYLOR.

Ibid. ἐτάραττεν.] εξηραττεν, vel επηραττεν, ab Αράττω. MARKLAND.

pag. 232. 6. ἀδέν ἐστι] ἀδέν ἐστι τουτων δήπε πρὸς ἐμέ. MSS. *Regg.* α. ε. *Aug. Harl. Vindob.* et *Guelph.* TAYLOR.

8. ὑπὲρ.] Omnes fere l. s. vno ore μνησθεὶς περι τῆς εἰρήνης. Sunt autem *Ven. Guelph. Aug. Ital. Vindob.* et *Parisienses Regii* α. β. ε. ζ. η. Adnotaui de hac re ad *Aeschinem* p. 452. 5. Noster quod in vna pagina, sc. 228. 4. ait: παραξῆσαι πᾶσιν ὑμῖν περι ταυτησὶ τῆς γραφῆς γνῶναι, idem v. 12. ἀλλοτριώτερον τῶν υπερ τῆς γραφῆς δικαίων ἀκὴν με. Seruius ad *Virg.* IV. Aen. 233. SVPER *sua laude*] *Id est*, PRO *sua laude*, *et Graecum est Schema. Sic enim Demosthenes*, υπερ τῦ ςεφάνε, *id est*, Pro *Corona*. Ita minus erit necessarium semper ad emendationem confugere, sicubi hae voces turbari et inter se commisceri videantur. Vide Not. p. 522. 16. et p. 532. 9. TAYLOR.

12. διαῤῥαγῆς.] διαρραγεις, *Regg.* α. γ. *Guelph. Harl. Vindob.* TAYLOR.

17. τολμᾷ] τολμαν *Ven.* et *Reg.* ζ. ετολμα *Guelph. Aug. Vind.* et ex *Regg. Parisiensibus* Cod. α. Neutrum credo necessarium. *Aesch. c. Ctesiph.* p. 610. 10. ἕτω γάρ ἐστι δεινὸς — ωστε ἀκ αποχρη κ.τ.λ. Et Noster infra, 236. 19. ἕτω δ' ἦν ὁ Φίλιππος ἐν φόβῳ — ωστε πάλιν μισθουται τετονί. TAYLOR.

20. εἶτ' ὦ, τί ἂν εἰπὼν.] Recte hanc figuram dicendi cepit *Wolfius*: nonnullos perterrefecit. Neque bonus Etruscus vidit, quidnam rei hic ageretur. Suidas v. Ω μηδαμῶς. Τὸ τοιῦτον σχῆμα Αποσιώπησις λέγεται ἔστι καὶ παρὰ Δημοσθένει τὸ ὅμοιον. Αλλ' ὦ, τί ἄν τις σε εἰπὼν ὀρθῶς προσείποι; Εἰρηκότος γὰρ αὐτῦ μηδαμῶς, εἶπεν, Ω μηδαμῶς. Vt postrema haec intelligantur, conferas *Aristoph. Acharn.* 333. ad quem verba haec olim adnotabantur, et cuius σχ. compilauit *Suidas*, vt solet. Adde *Hermog.* pag. 179. 352. TAYL.

232. 22.

232. 22. πρᾶξιν.] Quid si παραταξιν, *Apparatum?* Recte coniungitur cum voce συμμαχίαν. Et credo, tametsi neutiquam corroboretur a MStis, eam esse lectionem vnice veram. TAYLOR.

Ibid. ἐτραγῴδεις.] διετραγῳδεις Cod. *Reg.* ε. *Obsop.* et *Lindenb.* TAYLOR.

vlt. ταύτην.] leg. ταύτην τὴν φωνήν. εἰκότως ὅτε γὰρ — WOLFIVS.

233. 1. ὀδείς.] Subiicitur in optimis Exemplaribus et plurimis, *Guelph. Harl. Vindob. Regg.* α. β. ε. ζ. et Edit. *Felician.* εικοτως. Recte. TAYLOR.

2. ὀδένα.] ὀδενας Codd. *Ven. Vindob. Guelph.* et *Regii*, α. γ. TAYLOR.

3. ἐξεληλεγμένοι.] Recte *Wolfius.* Item Etruscus: *gran tempo era che ci erauamo chiariti de gli animi di tutti loro.* Plurimi offendunt: Αποδεδειγμένοι recte, Vlpian. TAYLOR.

6. ἄλλος.] Deest in MSS. α. ε. *Guelph. Harl. Vindob.* Caeteras etiam hic colligo varietates, quae sunt paulo notabiliores. Mox v. 7. deest πρέσβεις in *Reg.* ε. Et v. 13. *Ven.* pro ἐβουλεύεσθε, επρεσβευετε habet. Laudatur totum hoc Comma ab *Hermogene* περὶ μεθόδ. δεινότ. pag. 424. vbi vulgata lectio constantissime retinetur vbique. TAYLOR.

14. ἐξαρχῆς.] *Vlpianus* haec illustrat, *ad Demosth.* ι. Παραπρεσβ. pag. 359. 17. Vide *Aeschin.* 448. 1. TAYLOR.

15. ὅτε τῶν ἄλλων ὀδὲν — ὀδὲν.] Licet Graeci negatiuis saepenumero gaudeant, (de qua re *Priscian.* vol. 1196. Vide supra pag. 226. 15. huiusce Orationis) haec tamen omnem modum superant, et prius οὐδὲν recte ideo abest a Codd. *Regg.* α. ε. η. *Aug. Harl.* et *Vindob.* TAYLOR.

16. δείκνυται.] φαινεται *Guelph.* et *Vindob.* Quod ratius est. Modo pro ἑκάτερος, εκαστος iidem: et

proxime pro εἴσεσθε, ὄψεσθε. *Guelph. Reg.* α. *Aug. Harl. Vindob.* TAYLOR.

233. 24. ὅρκους.] Additum eſt in nonnullis Exemplaribus, ſcil. iisdem, quae modo citaui, καὶ τοὺς ὅρκους τὴν ταχίστην ἀπολαμβάνειν. Quod *Simo Fabricius*, qui *Auguſtanum* Codicem excuſit, irrepſiſſe arbitratur huc ex ſuperioribus. Id quod ego veriſimile eſſe credo. Vel potuit etiam ex inferioribus. Vide p. 234. 8. TAYLOR.

p. 234. 4. ὅσα.] F. ὅσ' ἂν. MARKLAND.

12. Σέβριον — Μύρτιον.] Vide *Valeſ.* ad *Harp.* pagg. 288. et 130. Μυρτηνον *Guelph. Harl. Regg.* α. ε. Quo fere pacto legit *Harpocratio.* Neque longe abeſt Μυρτενον *Ven.* neque Μυρτηκον Cod. *Aug.* Vide *Harpoc.* v. Μυρτανὸν, et Suid. v. Μυρτώνιον *Meurſ.* VI. *Attic. Lect.* 28. TAYL.

24. ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν] ἀντὶ τῶ δυοῖν ὀβολοῖν, pro genitiuo pretii, vt ὁ Δημοσθένης πέντε ταλάντων σιγῆσαι λέγεται. WOLFIVS.

Ibid. Vide *Etymol. M.* v. Θεωρικὸν ἀργύριον, vb hunc locum citat et illuſtrat, *Caſaubon.* item ad *Theophraſt. Charact.* pag. 100. Edit. Needham. TAYLOR.

pen. παρέβη.] εκων παρέβη Cod. *Reg. Pariſ.* ε. TAYLOR.

p. 235. 2. ἐπὶ ἄρχοντος Μνησιφίλου.] Mneſiphilus Archon Eponymus non inuenitur in *Olympiadum Recenſione*, nec apud *Diodorum.* Sed hoc anno videtur Theophilus fuiſſe Archon Eponymus. At idem Mneſiphilus repetitur in alio pſephiſmate infra pag. 238. 1. Item pluribus in locis infra nomina Archontum praefixa decretis non concordant cum annis Eponymorum. Ideo dubita, an nomina Eponymorum praefigi ſolerent decretis eiusdem anni, an vero alterius Archontis nomen, qui praeſidebat eccleſiae et ſuffragiis. Erant enim Archontes IX. numero. Ide ἐπέχω. PALMER.

235. 2

235. 2. Εκατομβαιωνος ενη και νεα.] Εἴτε τῇ τριακάδι Ἑκατομβαιῶνος, ὅπερ εἰκότερον· εἴτε τῇ νεμηνίᾳ. Melanchtho: *Mensis Iunii die primo.* Perionius: *Pridie Cal. Iulii.* Meletus: *vltimo die mensis Hecatombaeonis.* WOLFIVS.

Ibid. Mnesiphilus Praetor in *Fastis Atticis* non occurrit. Et memini me alibi monuisse, plures istius Farinae in hac vnica oratione occurrere, (scil. in Decretis, quae recitantur a scriba, aliisque monumentis publicis) quam in quouis vno libro, qui a vetustate descenderit. Nescimus, inquam, quis fuerit ille *Demonicus*, qui memoratur, p. 265. *Euthycles*, p. 266. *Heropythus*, p. 282. *Mnesithides*, p. 279. *Nausicles*, p. 288. *Neocles*, p. 249. *Nicias*, p. 272. *Polycles*, p. 261. *Nicocles*, p. 250. Quos omnes, inquam, nescit Chronologia Attica, similiter atque hunc *Mnesiphilum*, qui rursus occurrit infra, p. 238. 1. Non audeo sane haec Monumenta insimulare, aut eorum derogare fidei. Totam fere Iurisprudentiam Atticam, quae hodie remanet, ea res quasi radicitus euelleret. Sunt tamen ex his Actis alia aliis suspectiora. Suspectorum tamen numero ideo accenseri non debet Decretum hoc, in quo haeremus. Nam in vulgata serie Praetorum Athenienſium *Eponymorum*, quam hodie habemus, et quae multos annos complectitur, fieri vix potuit, vt ne vnus suum haberet, vel *Vicarium*, vel quouis modo *Substitutum*. Quali quidem artificio, seu malis, *honesta ratione*, huic difficultati Archontum *Pseudonymorum* iamdiu est responsum. Atque ei Quaestioni eruditissimus longe *Corsinius* Dissertationem VIII. *Fastorum Atticorum* assignauit, in qua omnium istiusmodi *Archontum Series atque Aetas demonstratur*. Age autem: maius opus mouetur. Res enim gestas de *Legatione obita*, *de clade Phocensium* etc. vno et constanti tenore narrant oratores nostri, (neque enim vnquam vel leuissime dissident): verum cum de iis ipsis rebus *Acta publica* perspiciamus, quae hic et pag. 238. re

cenſentur, in alia anni parte, incredibili diſcrepantia, eas res geſtas et concluſas eſſe deprehendimus. Primum igitur eam ſeriem Temporis deſcribo, qua ab *Aeſchine* et *Demoſthene* traduntur eſſe tranſactae:

OLYMP. CVIII. 2.

PRAETORE ATHENIS THEMISTOCLE.

Aeſch. c. Cteſiph. pag. 450. vlt.

Philocrates decretum tulit, vt X. Legati ad Philippum mitterentur de pace ineunda: quique eum orent, vt ſuos quoque legatos cum plena poteſtate viciſſim Athenas mitteret ad eam rem tranſigendam. Eunt. Impetrant. Redeunt domum.

Argumentum Orationis Demoſthenis π. Παραπρεσβ. *Secundum.*

Aeſchines c. Cteſiph. pag. 450. et paſſim.

Demoſth. pro Cor. pag. 231. vlt.

MENSIS

ELAPHEBOLIO = MARTIVS

praeterpropter.

VIII. Asclepia Feſtum. Concio. Decretum Demoſthenis de recipiendis Philippi legatis.

Aeſchines c. Cteſiph. pag. 455. vlt.

Id. pag. 234. 6.

XVII. Dionysia in Vrbe.

Aeſch. 458. 3. 241. 3.

XVIII. Pax cum Philippo ſancita.

Aeſchines ibid.

XIX. Societas etiam, ſiue Συμμαχία, inita cum Philippo.

Aeſchines ibid.

Dem. π. Παραπρεσβ. 359. 6.

XXIV.

XXIV. Concio. Demoſthenes Proëdrus. Philocratis Decretum. Socii Athenienſium, qui aderant, iureiurando pacem confirmant cum legatis Philippi.

Aeſchines π. Παραπρεσβ. p. 259. 267.

Id. c. Cteſiph. pag. 462.

Hoc die, vel nudiustertius potius, iuxta *Corſinium*, die ſcil. XXII. decernuntur Legati ad exigendum pariter a Philippo iusiurandum. Poteſt tamen fieri, vt die huius Menſis XIX. ea res tranſigeretur. Idque conſtare arbitror ex Decreto ipſo, in quo verſamur. Et quid tam veriſimile, vt die craſtino iſtius diei, quo Pax cum Philippo rata eſt et ſancita, iterum Concione ſiue Senatu habito, quod factum eſſe nouimus, vellent iuberent Athenienſes decerni legatos ad Philippi fidem de ea re iureiurando poſtulandam?

XXV. Cerſobleptes imperio exuitur a Philippo.

Aeſch. π. Παραπρεσβ. 267. vlt.

MVNYCHIO = APRILIS.

III. Decernitur, vt Legati confeſtim, et ſine mora, proficiſcantur.

Demoſth. 234. 10.

Aeſchin. 268. 8.

Abſunt Legati per Spatium trimeſtre.

Demoſth. 359. 8. 235. 22.

THARGELIO = MAIVS.

SCIRRHOPHORIO = IVNIVS.

XIII. Redeunt Legati.

Demoſth. π. Παραπρεσβ. 359. 9.

XVI. Concio. Renunciatur Legatio.

Id. ibid. 359. 14.

XXIII. Interitus Phocenſium.
Idem 359. 19.

XXVII. Senatus in Piraeo. Nunciatur Athenis Clades Phocenſium.
Idem 359. pen.

Bene eſt: Conſpirant feliciter. Age autem: Videamus, quid *Monumenta* publica, quid *Decreta* αὐτολεξεὶ recenſita:

HECATOMBAEO = IVLIVS.
PRAETORE ATHENIS MNESIPHILO.

XXIX. Decretum de Legatis, qui iusiurandum a Philippo exigerent.
Demoſth. pro Cteſiph. pag. 235. 1.

METAGITNIO = AVGVSTVS.

BOEDROMIO = SEPTEMBER.

MAEMACTERIO = OCTOBER.

XXI. Decretum Callisthenis, de Ciuitate tutanda, audita Athenis Phocenſium clade. *Demoſth.* pag. 238. 1.

Ergo Decretum de maturanda Legatione ad exigendum a Philippo iusiurandum, quod narrant Scriptores latum eſſe III. *Munychionis*, (ſiue fuerit Decretum de conſtituendis legatis, quod latum eſſe vidimus menſe priore exeunte, ſc. die XXII. *Elaphebolionis*, vel etiam XIX.) iam non eo menſe, aut die, verum, ſi fides habenda ſit Decreti verbis diſertis, quae producuntur hic p. 235. 2. *Hecatombaeonis die poſtremo*, ſiue XIX. latum erat. Porro autem Decretum a Calliſthene de excubiis latum, in ſumma trepidatione ciuium ob deletam vrbem Phocenſium, ponunt *Illi* contigiſſe *Scirrhophorionis die* XXVII: Hoc vero *Maemacterionis die* XXI.

Quid

Quid de his turbis Chronologicis fiet? Certe ad eas moleſtias tollendas vtile et expeditum eſſet Commentum (eo tamen non vtor) Stratoclis cuiusdam, vt memoriae traditur a *Plutarcho*, qui, vt *Demetrium* captaret *Poliorceten*, tali conſilio Kalendarium Atticum mutauit. Demetrius Athenas menſe Munychione appulſus Myſteriis initiari voluit. Id lege non licuit, niſi priuatis et minoribus, quae menſe Antheſterione celebrabantur, prius fuiſſet receptus; poſt id tempus, eoſque ritus, menſe demum Boëdromione, *magna* illa, vt vocantur, *vota* ſuſcepturus. Quid ergo fieret? Tulit Populus, hoc, quem dixi, ſuaſore, vt Munychio, pro hac vice, Antheſterio: deinde peractis ſacris, quae iſti Menſi competebant, protinus Boedromio vocaretur. Verum eo conſilio, atque iis technis, inquam, non vtor. Eruditiſſimus *Corſinius* in *Faſtis Atticis*, *Diſſertat.* III. §. 17. haec duo Monumenta publica emendat iuxta normam et ſeriem iſtam Temporum, quam prius exhibuimus, reſcribens, hic ſcil. 235. 2. pro Ἑκατομβαιῶνος ἑνὶ καὶ νέᾳ Μουνυχιῶνος τριτῃ, aut potius Ἐλαφηβολιῶνος Φθίνοντος ἑνάτῃ. Rurſus 238. 3. pro Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ἀπιόντος reſcribit Idem Σκιροφοριῶνος τετραδὶ Φθίνοντος. Adde eundem *Diſſert.* II. §. 15. Veruntamen, cum expreſſe exarentur in vtroque loco, verbisque diſertiſſimis, Menſium Dierumque nomina, quae non facile, vel ob literarum ductum, vel ob ſoni ſimilitudinem a librariis et deſcriptoribus permutari poterant: Cum, ſi quid erat innouandum, Narratio potius ad Regiſtrum conformanda erat, quam *Hoc* ab *Illa* emendandum: Cum nullus Textus ſacer eſſe poteſt, ſi verba Supputationis tam diſtincte enarrata, et tanta fide membranarum munita, in tam aliena et tam diſparia protinus mutarentur, eo fine, vt vnus ex vtroque loco computus eliceretur: Cum denique non temere, non caſu, aut exemplarium vi-

tio, ſed ſummo conſilio factum eſſe deprehendimus, vt ſimile pene interuallum temporis intercederet inter *Decretum de conſtituendis Legatis et Decretum de vigiliis habendis*, quale iuxta hiſtoriam intercedere neceſſe fuit, quemcunque demum computum iniueris: id eſt, ſiue id fiat iuxta *ſuperiorem* calculum, quem ex Oratorum verbis elicimus, ſiue iuxta *poſteriorem*, quem Decreti verba repraeſentant: Cum ita, inquam, ſe res habeat, nollem ſane pace eruditiſſimi atque amiciſſimi Viri dixerim, eam defenſionem fuiſſe paratam, licet nonnulli fortaſſe, qui noſtram legerint, neque probabiliorem multo, neque elegantiorem aut accuratiorem exiſtimauerint. Hoc vero vt felicius expedire poſſim, liceat repetere atque ingeminare, quae nuperrime dixi, ſcil. *poſteriorem* calculum feliciter ſatis eſſe ſubductum, neque temere factum videri, aut talem, quem a temerario, aut oſcitante Scriba profectum deprehenderis. Quid enim? In ſuperiori Computo excitantur Legati ad proficiſcendum, *Munychionis die III.* proficiſcuntur. Spatium vltra bimeſtre terunt. Et paulo poſt reditum, ſcil. *Scirrhophorionis die XXVII.* narratur Athenis clades Phocenſium. Quod interuallum eſt dierum circiter LXXXIII. Iam autem, ſi iuxta *hunc* Computum numeres, ſcil. ab *Hecatombaeonis die vltimo*, ad *Maemacterionis diem XXI.* Dies iterum ſunt LXXX. leuiſſima, vel potius nulla, differentia. Vtrinque ergo conueniunt Rationes, atque accuratius quidem, quam in tali re fas erat exſpectare. Aliquid igitur latet, quod iis, quas dixi, machinis expugnari non poteſt. Et profecto, ſi Kalendarii Attici Ratio vna fuiſſet et perpetua, neque ſtilo renouata, neque interdum ad *Solis Lunaeque vias*, atque ad accuratiorem amuſſim diligenter reformata, crediderim illud fuiſſe inexpugnabile. Verum ſolebat id aliquoties fieri: atque Anno Ciuili Athenienſium, qui indiligenter ſatis erat confectus, vti opus erat maxime,

xime, ita vſu venit ſaepiſſime, vt Intercalationibus, nouiſque Supputationum artibus, priſtinam antiquamque formam, moremque numerandi, ſubinde verteret. Ea ratione contigiſſe potuit, vt, immutata paulatim facie Computi Ciuilis, ſiue, quod verum eſſe arbitror, id auctoritate publica ſimul factum fuerit, praeter ἀρχαίαν illam, et vetuſtam horum Oratorum Ἔκδοσιν, quae iuxta eorum aetatem deſcribi poterat, prodiret illa, quam δημώδη *Vlpianus* vocat, (de quibus ſupra ad hanc Orationem verba habuimus) ad *vulgarem* ſc. vſum concinnata, atque ad eam Faſtorum rationem adcommodata, quae tum increbeſcebat, et vſu quotidiano peruulgabatur. Vnde non alia et diuerſa anni parte hae res geri deſcribuntur, in vtroque Calculo, ſiue Kalendario, ſc. *de profectione Legatorum*, et *de excidio Phocenſium*; neque aliter ſcribunt Oratores, aliter loquuntur Monumenta publica: Sed vterque Computus verus eſſe potuit, ſi Aeram in vno caſu *antiquiorem*, in altero *vulgarem* inſpicias. Exemplo populari illuſtrabo: Ego, qui hunc Commentarium ſcribo *Aprilis die II.* puta, Anni Anglicani MDCCLVII. ſi ante quinquennium hoc ſcripſiſſem, (quod oportuit fortaſſe, et potui, ſi hoc ſolo labore defunctus eſſem) non vtique *dediſſem* eo menſe atque die, quo iam vtor, verum *Martii die XXII.* Ita tulit Vtilitas publica, et Kalendarii noſtri Redintegratio. Ad Kalendarium Atticum reuertor. Inconſtantiam Annorum Graecorum multa arguunt. Ante Olymp. LXXVII. a Gamelione menſe ordiebatur Annus Athenienſium, circa ſolſtitium hibernum, poſt ea tempora, ab Hecatombaeone, diuerſa et oppoſita anni parte. Neque eo ritu ſemper deprehendimus *magnos procedere Menſes*. Nam ex Marmore *Sponiano*, in *Populis Attic.* Artic. 4. ſolerter argumentatur optimus *Corſinius Faſt. Attic.* Diſſert. XIV. §. 6. menſium ordinem ea aetate, qua Saxum iſtud exara-

 batur,

batur, non ab Hecatombaeone, ſed a Boëdromione potius profluxiſſe. Quod ſi illa Computandi Ratio inuecta erat, ob diſcordiam Temporum Tempeſtatumque, ex imperitia Atticae Chronologiae enatam, quis non videt, Hypotheſi noſtrae multum roboris accedere? Praeterea: Inualuit diutius, vt nouus Annus hoc ordine procederet, ſc.

Hecatombaeo.
Metagitnio.
Boëdromio.
Maemacterio.
Pyanepſio.

Et iuxta illam ſane periodum, iure optimo, per totam hanc diſputationem calculum meum conſtitui. Deinde Menſes illi 4. et 5. locum inter ſe permutarunt:

Hecatombaeo.
Metagitnio.
Boëdromio.
Pyanepſio.
Maemacterio.

Et in ea conſequentia memorantur ab Antiquioribus, ab *Harpocratione* videlicet, qui Maemacterionem *quintum* menſem appellat: eumque ordinem ſeruarunt Marmora et Inſcriptiones ſatis antiquae. Vid. *Dodwell. de Cyclis.* Diſſert. II. §. 5. et 16. et *Corſinium* l. c. Porro autem: In Saxo illo, quod deſcripſit *Sponius*, iam a me memorato, Ordo Menſium ita inſtituitur:

Boëdromio.
Pyanepſio.
Maemacterio.
Poſideo I.
Poſideo II.
Gamelio.
Antheſterio.
Munychio.

Thar-

Thargelio.
Scirrhophorio.
Hecatombaeo.
Metagitnio.

Ecce *Posideo* bis ponitur, et *Elaphebolio* deest. Et quanquam ea res expedita sit a viris doctis, ex intercalandi ratione, atque ex Anni Embolimaei natura, veruntamen Inconstantia et nimia Incertitudo istius Kalendarii satis inde patet. Pergo autem: Athenienſium Fasti non adeo Mensium ratione, quam Prytaniarum serie deducebantur. Prytania autem fuit Spacium illud Temporis, quo vnaquaeque Tribus, quae X. numero erant, in Senatu praesidebat, pro totius Anni portione. Constat autem, non longe post aetatem *Demosthenis*, sc. Olymp. CXVIII. inclinatis rebus Athenienſium, duas nouas fuisse Tribus adiectas, *Antigonida* atque *Demetriada*, in memoriam Demetrii, qui Athenis eo tempore potitus est, eiusque patris Antigoni: Eae autem, tempore procedente, illa *Attalis*, haec *Ptolemais* ab Attalo et Ptolemaeo Regibus nominabantur. Verum omissa omni argumentatione, quae ab auctis Tribubus ad Kalendarii innouationem deduci poterat, ad id, quod potius est et propius, festino. In Decreto illo de legatis excitandis, in hac nostra Oratione, pag. 235. 3. vbi legitur φυλῆς πρυτανευούσης Πανδιονιδος, in exemplari *Regio Parisiensi* quinto, siue litera ε denotato, (quod singulari admodum ratione describitur, et a caeteris omnibus longe distare solet, quasi ex quadam prosapia deductum, quae nullam aliam vel genere vel propinquitate attingit) in eo, inquam, exarari videmus non φυλῆς πρυτανευούσης Πανδιονιδος, sed φυλῆς πρυτανευούσις Διονυσιδος, vel Διονυσιαδος. Istiusmodi quidem Tribus alibi nunquam, quod sciam, memoratur, non certe inter denas illas, quae ab vltima vetustate vigebant: non in iis, quae

postea

poſtea additae fuerunt in honorem eorum, qui Athenas vel armis vicerunt, vel beneficiis demerebantur, quales modo vidimus. Verum auctoritate iſtius Exemplaris abunde conſtat, et Tribum fuiſſe *Dionyſſida*, vel *Dionyſſiada*, a Dionyſio, quem neſcimus, nominatam, et quae Pandionidis locum in curia occupaſſe videtur. Id vt a meo lectore impetrem, nullum erit negotium. Ante *Sponii* aetatem nemo erat quiſquam, qui de Tribu *Hadrianide* Athenis inaudiuerit. Poſtea vnius marmoris fide nititur iſtius Tribus hiſtoria, et nemo eſt, qui eam auctoritatem in dubium vocare velit. Sero igitur deſcribebantur ea Exemplaria, quae decreta publica in Orationibus hiſce complectuntur: Sero ſane ea Exemplarium Familia, ex qua originem duxit Cod. MS. *Regius*, de quo agitur. Exarabantur ſc. ad Faſtorum aeram *vulgarem*, ad *popularem* Tribuum recenſionem, ad ſeram, atque, vt ita dicam, *modernioram*, Reip. habendae rationem, ad vſum *communem* et *publicum*, ea denique fide, iis rationibus, ea arte, vt Ἔκδοσις δημωδὴς reuera eſſe poterat, atque ita nominaretur. Hiſce a me obſeruatis vnum atque alterum addere liceat. Haec, et eiusmodi *Phephiſmata*, *Leges* et *Monumenta* aliquando in antiquis Membranis deſunt, aliquando in margine minio aut atramento deſcribuntur, vti *Lindenbrogiano* noſtro MSto contigit. Ita quidem, ſi verba *Lindenbrogii* rite interpretor: Τοῦτο τὸ ψήφισμα λείπει ἐν παλαιῷ (quod ſimiliter verum eſt de *omnibus*) ἀλλ' ἐν σελιδι, ὥσπερ ἄλλα τινὸς ἀναγιγνώσκεται. Doctiſſimus ergo *Contarenus*, qui in *Variis Lectionibus* diſputat de fide huius Pſephiſmatis, tum quia Praetore latum eſſe dicitur, qui Faſtis ignoratur; tum quia has turbas Chronologicas dederit, in quibus extricandis iam occupamur; poſtremo denique quoniam in eo de *quinis* ſolummodo Legatis agitur, cum *decem* fuiſſe perhibentur, potuit ſubleſtam et hanc quoque fidem

fidem ſuis ſuſpicionibus addidiſſe, quoniam e marginali atque aliena manu proficiſci videtur. Verum, vt dixi, latius ſerperet ea Dubitatio, et multum detraheret ex auctoritate eorum Actorum, quibus hodie fere innititur Attica Iurisprudentia. Et obtinere quidem pluries animaduerti, vt vna MStorum Series et Familia ſine publicis iſtis Inſtrumentis deduceretur, alia in margine haberet deſcripta: quae deinde in Textum inſinuarentur. Alterum, quod dico, eſt eiusmodi. Cum in Cod. noſtro *Vindob.* ad vocem Εκατομβαιῶνος adnotatur, expoſitionis loco, Μαρτίᾳ, eumque computum vt plurimum teneat *Vlpianus*, ideoque a viris eruditis corrigi ſolet, potuerunt tamen haec eſſe veriora iuxta Chronologiam, quae iſta aetate obtinuit, ſc. redintegrato Kalendario Athenienſium; et iuxta meam Hypotheſin fieri potuit, vt verna Ισημερία, quae apud priſcos Athenienſes in *Elaphebolionem* incidebat, iam, nouo ordine introducto, iuxta *Hecatombaeonem* caderet. Verum haec non conſtanter dico. Neque enim ſemper ſecum concordat *Vlpianus*, neque eius conſpirant Exemplaria. TAYLOR.

235. 6. προς αθηναιους.] Deſunt haec Verba in Codd. *Ven. Guelph. Harl. Vindob. Lind.* et *Regg.* α. ε. Et in iisdem fere poſt συνθήκας legimus πρὸς τὸν αθηναιων δημον. TAYLOR.

7. δεδοχθαι] Vide ſecundum Argumentum huiuſce Orationis, pag. 223. 15. vbi δεδοχθαι itidem exarari fecit *Wolfius*, contra fidem Impreſſorum MStorum que. Hic Cod. *Guelph.* δεδοχθω habet, vt ibi conſtantiſſime deſcribebatur. Ita etiam *Vindob.* noſter. Vide *Demoſt.* 253. 23. 256. 5. 265. 23. 266. 24. *Aeſch.* π. Παραπρεσβ. pag. 240. 6. Et vtraque Lectio proba eſſe poterit. Cum *Infinitiue* dicitur (δεδοχθαι, *Placere.*) talis eſt conſtructio, qualem video in *Rogatione* inferius producta pag. 249. 19. vbi *Clauſula,*

ſula, quam *Legislatiuam* vocant in noſtro Iure, ita concipitur: επιμεληθηναι τὰς Πευτάνεις καὶ τὰς στρατηγάς. Iſtud etiam addere liceat: Vbicunque legitur δεδοκται (nam et hoc legitur quoque, vt in celeberrimo iſto ψηφίσματι *Demoſthenis* infra 289. 25. et pariter apud *Lucianum* in *Timone* §. 51.) ibi ſane leuiſſima et facillima emendatione, reponerem δεδοχθαι. Nam verbis, vt aiunt, *precatiuis*, non *categoricis*, aut *enunciatiuis*, Rogationes concipi ſolent, vt earum fert natura. TAYLOR.

235. 15. συμπεριλαμβανοντας] συμπαραλαμβανοντας Codd. *Guelph. Vindob. Aug.* et α. Vide 239. 7. 251. 9. TAYLOR.

16. πρεσβεις] Απορητέον περὶ τῦ τῶν πρέσβεων ἀριθμῦ. *Altemps.* TAYLOR.

20. τὸ] τῳ Φιλίππῳ ζητῦντος Editi conſtanter. το Φιλιππου *Lind. Ven. Harl.* τα του Φιλιππου *Guelph.* το του Φιλιππου *Vindob. Aug.* et ita citat *Hermog.* pag. 294. Denique MSS. *Felician.* vti a *Wolfio* nobiſque editur. TAYLOR.

22. καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ] ἀντὶ τῦ ἐκάθηντο. WOLFIVS.

Ibid. καθῆντο] Κάθητο κάλλιον, ἢ Κάθε. καὶ Καθῆτο, ἢ Εκάθητο. Αριστείδης· δικαστὴς αὐτὸς τῷ Περικλεῖ καθῆτο. καὶ καθητο, ἢ Εκάθητο. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ· καθητο ἐκπεπληγμένοι καὶ Καθῆσθαι, ἀ Καθεσθῆναι. T. Magiſter. Κάθητο edebatur a *Morelio*: quod ab *Vipiano* defenditur. εκαθητο habet Cod. *Auguſt.* Priſcianus, qui haec verba citat, Auctoris nomine diſſimulato, legit εκαθητο. Vide lib. 18. col. 1177. TAYLOR.

25. μᾶλλον] ομοιως libri nonnulli ex melioribus, *Ven. Guelph. Reg.* α. et *Aug.* Quod *Simoni Fabricio* diſplicuit: Ego non intelligo. TAYLOR.

28. ἡμῶν] υμων *Guelph.* et *Reg.* ε. TAYLOR.

pag. 236.

Pag. 256. 8. ὡμολόγησε] Codd. vno ore ωμοσε, *Ven. Guelph. Obſop. Aug. Ital. Harl. Vindob.* et *Regii* α. β. ε. Vide notata ad *Lyſiam*, pag. 194. Edit. Lond. Animaduertet Lector meus, in nonnullis, qui legunt ὤμοσε, deeſſe ἔξειν. Sunt ſcil. *Guelph. Harl. Vind.* et Cod. α. TAYLOR.

Ibid. προλαβὼν] προσλαβων *Harl. Vind. Regg.* α. ε. TAYLOR.

11. μὴ ἀπίωσιν ἐκ Μακεδονίας] Sc. οἱ πρέσβεις Alii eoſdem decem, qui in prima legatione fuerint, et in hac vna cum Demoſthene fuiſſe tradunt, et legunt απιωμεν: quaecunque ratio aut cauſa ſit, vt hic tantum quinque legati nominentur. Vide τὸν περὶ Παραπρεσβ. Δημοσθένες. Etſi difficillimum eſt, ἐκ τῶν ῥητορικῶν ψευδολογιῶν τἀληθὲς ἐξευρεῖν. ὁ μὲν γάρ φησιν, ὁ δ' ἄ φησιν. ἄμφω κακοῖν κοράκοιν κακὼ ὠὼ ὄντε. WOLFIVS.

Ibid. ἀπίωσιν.] απιωμεν *Guelph. Aug. Vindob.* cum *Reg.* α. Quod notari velim. In ea claſſe eſt Cod. *Ven.* qui habet, ſed inemendatius, απιῶμεν. Vide infra Not. ad v. 17. TAYLOR.

Ibid. στρατείας.] στρατιας *Guelph.* et *Reg.* α. Vide Cl. *Marklandum* ad π. Παραπρεσβ. 341. TAYLOR.

13. αὐτῶν.] ημων *Guelph. Aug. Vind.* Pariter Cod. *Reg.* α. ſed inaccuratius, εμων. TAYLOR.

Ibid. μέλλει καὶ παρασκευάζεται.] ἀπὸ κοινοῦ, μέλλει πορεύεσθαι, τὸ πορεύσεται, καὶ παρασκευάζεται πρὸς τὸ πορεύεσθαι. Hoc noto, ne quis τὸ μέλλει, vt I. *Philippica*, ἀντὶ τοῦ ἀναβάλλεται καὶ χρονίζει accipiat. WOLFIVS.

14. ἐξέλθοιτε.] Codd. MSti *Vindob.* et *Guelph.* εξελθετε. Quod quale tibi videatur, neſcio. Interea non dubito, quin exaratum fuerit olim εξελθητε. Sequitur enim in iisdem, nec non *Harl. Aug.* et *Reg.* α. eadem

eadem ſyntaxi, κλεισητε. Sequitur item in *Guelph.* ſed ſolo, ακουητε pariter et εχητε. TAYLOR.

236. 16. πορθμὸν.] τὴν ξενὴν θάλασσαν. WOLFIVS.

Ibid. Cl. *Wolfius*, vocem hanc, vti *Appellatiuam*, vt dicitur, et hic et alibi excudit. Nempe pro *freto* ſumſit, vti ex eius annotatione liquet, tametſi non eadem mente interpretetur. Credo equidem hic intelligi *anguſtum* iſtud *mare*, vulgo *the Streights*, quod Euboeam a Terra continenti diuidit. Erat tamen etiam Ciuitas eo nomine, ſeu Promontorium, iſtius Inſulae. *Vlpian.* ad *Philip.* III. Πορθμός. Επήνειον (corrige επινειον) τῆς Ερετρίας, ὁμωνύμως δὲ ἐκλήθη τῷ πελάγει τῷ μεταξὺ αὐτῆ καὶ Αθηνῶν. Et confirmat Textus *Demoſthenis*, ad quem illa verba *Vlpiani* adnotantur, ſcil. πέμπει δὲ ξένους, τοὺς μὲν εἰς Πορθμὸν, τὸν δῆμον ἐκβαλόντας τῶν Ερετριέων. Adde *Vlpianum* iterum ad *Demoſth.* π. Παραπρεσβ. pag. 368. 23. Ita infra, καταλαμβάνων Ωρεὸν, καὶ κατασκάπτων Πορθμὸν. 248. 15. Ad quem, vt arbitror, locum alludunt *Suidas* et *Harpocratio*, cum Porthmum, Euboeae *ciuitatem* ex Oratione *de Corona* excitant. Codd. MSS. *Guelph. Aug.* et α. *Regiorum*, pro πορθμὸν, τοπον. Quod non ſatis intelligo, niſi eſſet Notulae aut Scholii initium, quod vlterius non eſſet productum. TAYL.

17. ὑμῖν.] ὑμῶν *Guelph.* Id erat ημων, vt liquide *Aug.* α. ζ. atque idcirco τέτων in aliquibus dendebatur. Hoc adnoto propter iſtam ſedulitatem, qua nonnulli Codd. de his Legatis in *prima* perſona, nonnulli conſtantiſſime in *tertia* loquuntur. Hoc nihili non erat. Aliter, et, vt arbitror, perperam, hae accepit *Vlpianus*: Σκόπει τῷ λόγῳ τὴν ἀσφάλειαν, ὅτι, ἡνίκα μὲν περὶ προδοσίας ἦν ἡ μνήμη, τὸ ὠνεῖται πρὸς αὐτὸν (lege πρὲ αυτων) εἶπεν, ὡς ἐκ ὧν αὐτὸς πρεσβευτής· ὅτι δὲ κακὸν ἀδὲν ἦν, συνῆψεν ἑαυτὸν, εἰπὼν, ὅπως μὴ ἀπίωσιν (lege απιωμεν) ἐκ Μακεδονίας. Ita ille

ille ad has voces v. 10. *πάλιν ὠνεῖται παρ' αὐτῶν.* Mirandum sane, atque iis, qui membranas tractare non consueſcunt, incredibile dictu videri potest, adeo hallucinari potuisse librarios, tantam in describendo fieri peruersitatem, vt *duplicem* in vna sententiola describenda errorem errarent, neque eum leuem, aut condonandum, sed in altero loco, ex duabus lectionibus eam potissimum sumerent, quae *Vlpiani* crisin consodiat. Certe in illo articulo oculatiores esse debuerunt. Nihil enim magis ridiculum esse potuit, quam Vox *απιωσιν* in illo loco Scholiastae. TAYLOR.

236. 21. *ψηφίσαισθε.*] *ψηφισεσθε Ven. ψηφισησθε Guelph. Harl.* et *α. ε Regiorum.* Mox *εκφευγη ε.* et *μισθωσθαι η.* Vide supra ad 232. 16. TAYLOR.

237. 2. *κἀμοὶ.*] *καμε* MSS. *Guelph. Aug. Vindob.* Modo autem *Guelph. Harl. Vindob.* et *ε. κατηγορεμενων,* (Vide ad p. 227. 13. notata) iidemque fere cum *α.* et *γ. Lutecianis, αποκρινασθαι.* TAYLOR.

5. *οὓς.*] *ων* ante, eodem sensu, 236. v. 26. MARKLAND.

7. *βέλεσθ'*] Emenda *βελήσθ'.* OBSOPOEVS. Ita MSS. *Felician.* et *Lindenb.* Mox pro *ἔχηθ' ἡσυχίαν,* scribitur in *Guelph.* in *Aug.* in *Harl.* et *Vindob. αγηθ' ἡσυχίαν.* Vide v. 20. TAYLOR.

8. *δυοῖν κ. τ. λ.*] Laudat *Priscianus* col. 1185. Non moror Codd. qui hic pro *φίλον, Φιλιππον,* obuio errore. Plurimi autem et praestantissimi mox vtrumque *αὐτὸν* excludunt. Rotundius. TAYLOR.

10. *οὐ γὰρ κ. τ. λ.*] Vide *Harpocr.* et *Suid.* v. *Ονομάζων,* qui ad hunc locum, dubium, an ad 268. 13. respiciunt. Adiunge *Hermogenem* p. 245. *Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ παρὰ τῷ Δημοσθένει ῥηθέν τε ὁμοῦ, καὶ θεωρηθὲν ὑπ' αὐτοῦ, Λέγω τὸ· Οὐ γὰρ τὰ ῥήματα κ. τ. λ.* TAYLOR.

237. 13. ὁμοίως.] Addunt κοινως MSS. *Ald.* et *Reg.* β. Gloſſa fortaſſe fuerit, vel Varia Lectio olim. TAYLOR.

Ibid. τῆς ἀναλγησίας.] Aretinus: *Vt inſolentia ac petulantia Thebanorum comprimeretur.* Perionius: *Veſtra omnium intereſſe, immanitate et ſuperbia Thebanorum liberari.* Meletus: *Liberari a duritia atque ſuperbia Thebanorum.* Heſychius: Ἀνάλγητοι, ἀνηλεεῖς, ἢ ἀμέριμνοι. Suidas: Ἀναλγησία, ἀναισθησία, ἀσυμπάθεια, σκληρότης, τὸ δυσμετάβλητον, ἀπάθεια, ἀπονία. WOLFIVS.

17. μετὰ ταῦτα εὐθύς;] Legendum, τί ἂν συνέβη μετὰ ταῦτα; εὐθὺς, ἐκ εἰς μακρὰν — MARKL.

238. 1. ψηφισμα.] De hoc decreto nuper a me dictum. Vide *Contareni Var. Lect.* c. 17. *Corſinii Faſt. Attic.* Tom. I. pag. 43. 80. 134. et 482. TAYLOR.

3. στρατηγων.] Vide *Vbbon. Emmium de Republ. Athenienſium*, et *Spanheim. ad Iulian.* p. 76. Habebatur hic Senatus σύγκλητος, ſiue extra ordinem, permiſſu Magiſtratuum *Ciuilium*, iuſſu autem *Militarium*, quorum erat de Excubiis atque de praeſidio Vrbis prouidere. TAYLOR.

4. Μαιμακτηριωνος δεκατη απιοντος.] Φθίνοντος, λήγοντος. Melanchtho: *Menſe Septemb. die 21.* Sic et Camerarius, ἢ πρώτη ἐπὶ εἰκάδι· Eadem δεκάτη Φθίνοντος, τετέσι, πρὸ τῆς Φθίσεως. Perionius: XI. *Cal. Octob.* Meletus: *die triceſimo Menſis Maemacterionis.* WOLFIVS.

12. Αδυνατον.] περὶ δὲ τε αδυνατε olim deprehendi veram eſſe lectionem. Confirmant MSti *Vrb. Gueiph. Aug. Harl. Vindob.* cum *Regiis* β. γ. ε. η. TAYL.

13. ο επι των οπλων στρατηγος.] Quinam ille fuerit, multum ambigi video. Vide *Corſinii Faſt. Attic.* Diſſert. 1. §. 35. ſeqq. *Petit. LL. Attic.* p. 333. *Spanheim. ad Iulian.* p. 77. Recte olim a Viris doctiſſimis ad *Pollucem* eſt animaduerſum, στρατηγὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων, ſiue

ſiue τῶν ὁπλιτῶν, eum eſſe Imperatorem, qui *pedeſtribus* copiis praefuerit, vt diſcerneretur ab eo, qui *equeſtribus* erat praepoſitus. Vterque occurrit infra pag. 265. in vno decreto, ο επι των οπλιτων v. 18. (modo v. 8. ſcripſit, τὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων) et ο επι των ιππεων v. 20. Neque eſt, quod quemuis laedat ea Lectutio ὁ ἐπὶ τῶν ὅπλων. Nam apud *Thucydidem* et *Xenophontem* aliquoties deprehendi τα οπλα dici pro τους οπλιτας. Vides interea errare *Wolfium* in his verbis interpretandis. TAYLOR.

238. 21. ἐπηγγείλαθ'.] επηγγελλεθ' plurimi vno conſenſu. Deinde λέγε δ' αὐτὴν την ἐπιστολήν, nonnulli, vt λέγε δη την ἐπιστολήν. Proxime v. 26. γρ. non vt vulgatur, ſed και την Φωκίδα ὑφ' (vel εφ') ημας αυτους πεποιημένους. Vide paulo poſt 239. 19. et 240. 20. TAYLOR.

Ibid. αὐτὴν ἐπιστολήν.] αὐτὴν την ἐπιστολήν. MARKLAND. Ita infra 267. 20. λέγε δ' αὐτόν μοι τον νόμον λαβών. TAYLOR.

26. υφ' εαυτους.] ὑφ' ἡμᾶς. WOLFIVS.

vlt. εισαγηοχοτας.] Addit, et recte addit, Edito *Feliciani*, cum Codd. *Guelph. Obſop. Vindob.* et *Paſinis* α. ε. εἰσαγηοχότας εις αυτα. TAYLOR.

p. 239. 2. κατεσκαψαμεν.] Nonnulli coniiciunt κατασκαψαντας. TAYLOR.

4. πλειον.] επι πλειον, vel επι πλεον plures. Deinde τετοις μὲν γὰρ ολως *Ven. Guelph. Aug. Vindob.* α. ζ. TAYLOR.

Ibid. τοις μεν γαρ ολοις.] καθόλου. WOLFIVS.

6. ομοιως.] F. ομως. MARKLAND.

17. λαβὼν.] F. λαθων. MARKLAND.

Ibid. λαβὼν.] βαλων *Lambin.* Scil. βαλὼν εἰς τὸ ἡδοτιῦν προορᾶν. *Coniecit in eam ſecuritatem.* TAYLOR.

19. ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι.] Modo 240. 20. δυνάμεις πολλὰς καὶ μεγάλας εποιειτο υφ' εαυτῳ. Et

241. pen. ἕως Θετταλίαν υπο Φιλιππῳ εποιησαν. Et 248. 17. similiter. De qua constructione agit *H. Stephanus Thes. L. Gr.* Tom. III. col. 428. TAYLOR.

239. pen. ἐκείνων.] F. εκει. MARKLAND.

240. 1. ἃς αὐτίκα μᾶλλον.] Variatur in MStis. Vbi inter alia deest ἴσως. A vulgatis discedit, quod non solet facere, *Hermogenes* p. 350. Αλλὰ γὰρ ἐμπέπτωκα εἰς λόγους, ἃς αὐτίκα μαλα υστερον αρμοσει λεγειν. μαλα etiam *Guelph. Aug. Vindob.* Hermogenis lectionem vindicat *Rutilius Lupus de Fig. Sentent.* lib. 2. iuxta initium: vbi haec verba ita vertit: *Sed nimirum inopinans incidi in causam temporis huius alienam*, de qua posterius dicendum. *Quapropter ad illud, quod paulo prius agendum, reuertor.* TAYLOR.

6. τῷ Φιλίππῳ.] Desunt istae voces in *Guelph. Vindob.* et α. Recte. Consule auriculas. TAYLOR.

21. ὑφ' ἑαυτῷ.] *Hermogenes*, qui hunc locum laudat pag. 185. iterumque per plura 189. habet maxima cum constantia εποιειτο υφ' εαυτον (Vide supra 238. 26. 239. 19.) — τότε δη, τοτε πάντες κ. τ. λ. TAYLOR.

p. 241. 1. καὶ πολλῶν.] Desunt in *Harleyano* nostro. Et fortasse prius fuerit Glossa τὲ τῶν ἰδιωτῶν. Consule, quae adnotaui liberiore calamo ad π. Παρατρεσβ. Demosthenis. Vnde liquebit etiam, quam infeliciter hic verterit *Wolfius* τοῖς πλήθεσιν, infra v. 7. TAYLOR.

13. ἀκέσεσιν.] Solita ἀκριβεία post finitam periodum Codd. *Guelph. Aug. Vindob.* et *Regii* γ. ε. ζ. addunt εικοτως. Distincte et Emphatice. TAYLOR.

18. πόθεν;] Abest a *Ven.* et η. TAYLOR.

20. ἀποδομένων] αποδιδομενων *Ven. Ital. Lindenb.* et *Obsop.* Codd. approbante *Obsopaeo*. Ego tamen ἐπέχω. TAYLOR.

Ibid. τὴν δὲ.] F. τωνδε. MARKLAND.

241. 24.

241. 24. τάτε.] F. του, i. e. τίνος, cum Interrogatione. MARKLAND.

242. 10. ἀπολώλειτε.] απολωλατε in *Aldo* et *Benenato*: απολωληπε Codd. *Regii* ε. ζ. η. At απολωλειτε, vt dedit *Felicianus*, caeteri fere omnes. TAYL.

13. ἐωλοκρασίαν] In numero τῶν αὐθαδῶν καὶ τολμηρῶν διανοημάτων recenset *Hermogenes* pag. 409. Vocem iſtam elucidat Scholiaſtes noſter ad locum, *Suidas*, *Photius* MS. *Etym. M.* pag. 352. et *Aemilius Portus* Cap. 5. *de Compotatione Veterum Graecorum.* TAYL.

20. ξενίαν.] φιλιαν *Guelph. Harl. Vindob.* et *Reg.* ε. Et Codex hic etiam in ſequentibus, ἐγώ σοι φιλιαν Αλεξάνδρε; TAYLOR.

21. ξένον — φίλον] Forte mutandae ſunt ſedes harum vocum. Οὔτε Φιλίππε φιλον, ἔτ' Αλεξάνδρε ξενον etc. vt ſibi conſtet Obiectio, quae erat ξενία Alexandri, non φιλία. MARKLAND.

25. ταῦτα] MSti *Guelph. Aug.* et *Vindob.* ἀλλ' ἐκ ἔστι ταῦτα. ουκ εστι. TAYLOR.

p. 243. 1. μίσθωτος.] Neminem fugit, qui de Accentibus ſcripſit, Fabula illa, quam contexuit de hac re *Vlpianus* noſter. Quibus vt ſatisfaciam, moneo, ſcribi hanc vocem cum accentu in antepenultima, in Editt. *Ald. Felician. Heruag.* 1. *Benenat.* et MSS. *Ven.* et *Guelph.* Cum accentu vero in vltima, μισθωτὸς ſcil. in *Heruagiana* poſteriore, in MSS. *Paris. Reg.* β. *Harl.* et *Ask.* Εκὼν ἐβαρβάρισεν, inquit *Vlpianus*, in voce Μίσθωτος, ideo vt, eius pronunciationem emendante Curia, eam ab iis vocem eliceret, quam vellet. De ea re agit *Robertellus* in *Variis Lectionibus.* Huc ſpectaſſe nonnullis videntur verba *Quintiliani* V. 13. *Ita vero aduerſus omnes et recepta, et non inhumana Conqueſtio, ſi callide quid* tacuiſſe, *breuiaſſe, obſcuraſſe, diſtuliſſe dicuntur.* Vbi ACVISSE omnes veteres Codd. *Quintiliani.* Ego profecto *Vlpiani* iſtud com-

mentum non valde probo: Erat tamen in eo populo Aurium quaedam Religio, quae non longe abhorreret a tali hiſtoria. *Athenienſium*, inquit *Cicero* Orat. §. 8. *ſemper fuit prudens ſincerumque iudicium, nihil vt poſſent, niſi incorruptum audire et elegans. Eorum religioni cum ſeruiret Orator, nullum verbum inſolens, nullum odioſum ponere audebat. — Ad Atticorum igitur aures teretes et religioſas qui ſe accommodant, ii ſunt exiſtimandi Attice dicere.* Idem etiam III. *de Orat.* 50. (non in *Bruto*, vt nuper laudaui, et minus accurate) *At in his ſi paulum modo offenſum eſt, vt aut contractione breuius fieret, aut productione longius, Theatra tota reclamant.* Idque non Athenis ſolum, verum etiam Romae. Quibus addere liceat lepidam iſtam narratiunculam de *Theophraſto*, quae ab eodem ibid. memoratur, §. 46. *Vt Ego iam non mirer illud Theophraſto accidiſſe, quod dicitur, cum percontaretur ex anicula quadam, quanti aliqui venderet, et reſpondiſſet illa, atque addidiſſet:* Hoſpes, non pote minoris: *tuliſſe eum moleſte, ſe non effugere hoſpitis ſpeciem, cum aetatem ageret Athenis, optimeque loqueretur.* Iam quid illud, quod legitur apud *Plutarchum* in *Demoſthene* inter vitas X. Oratorum: Ὤμνυε δὲ καὶ τὸν Ασκληπιὸν, προπαροξύνων Ασκλήπιον, καὶ παρεδείκνυεν, αὐτὸν ὀρθῶς λέγοντα· εἶναι γὰρ τὸν θεὸν ἥπιον. καὶ ἐπὶ τούτῳ πολλάκις ἐθορυβήθη. σχολάσας δὲ Εὐβουλίδῃ τῷ διαλεκτικῷ Μιλησίῳ, ἐπανωρθώσατο πάντα. Adhuc etiam de eleganti Auditione Veterum. Scribitur in *Oreſte Euripid.* ver. 279.

Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλὴν' ὁρῶ.

Vbi σχ. Κεκωμῴδηται ὁ ςίχος διʼ Ηγέλοχον τὸν ὑποκριτήν· ἐ γὰρ φθάσαντα διελεῖν τὴν συναλοιφὴν, ἐπιλείψαντος τῦ πνεύματος, τοῖς ἀκροωμένοις τὴν γαλην δόξαι λέγειν, τὸ ζῶον, ἀλλ' ἐχὶ τὰ γαληνα. Haec eo libentius adnoto, ne quis temerarium nimis iudicium de Pronunciatione, atque de Auribus Antiquorum

rum ferat. Quis de Numeris eorum, quis de Accentibus, quis de modulatione Vocis digne scripserit? Grammaticorum praestantissimus, ex eorum numero, qui citra renatas literas scripserunt, profitetur se multa horum nescire. Ego me nescire profitebor, donec aliquis ea expediuerit, quae modo ex *Euripidis* Scholiaste protulimus. Vt iure scriberet Cicero, *Aurium iudicium fuisse superbissimum.* TAYLOR.

243. 3. ἀπολογίσασθαι.] απολογησασθαι Editi et MSS. Nescio, vnde *Wolfius* adripuerit. Solus enim, et lectore non admonito, ita excudi fecit. Non enim arbitror, eum hac glossa *Suidae* adductum recessisse a membranis. Απολογίζω. Τὸ Αποδιώκω, καὶ Αποβάλλω, ὅπερ ἀ προσδέχομαι. σημαίνει δὲ καὶ τὸ Απολογαριάζω. καὶ τὸ απολογισασθαι, τὸ ἐπεξελθεῖν ἔκασα. Δημοσθένης. Anne hic est locus, de quo Lexicographus? Vide Not. ad p. 1302. 19. TAYLOR.

10. Χαιρωνίδου.] Variant plurimum MSti in nomine *Chaerondae*, siue Chaeronidae. Vide *Varias Lectiones.* TAYLOR.

pen. θεωρικων] θεωριων *Reg. β.* ἐπὶ τῷ θεωρικῷ Codd. *Guelph.* et *Vindob.* Vide ad *Aeschin. c. Ctesiph.* pag. 416. 11. et 418. 1. De Theoricis pecuniis, de eo, qui ἐπὶ τῇ Θεωρικῇ dicitur, agit doctissimus *Valesius* ad *Harpocrat.* pag. 90, 91. Item *Petit. ad LL. Attic.* III. 2. et IV. 10. *Pollux* VIII. 9. TAYLOR.

vlt. δει.] Absurde hanc vocem insinuauit *Wolfius*, cum abest ab omnibus. Neque vlla necessitate adductus hoc intulerit. TAYLOR.

Ibid. τραγῳδων τῃ καινῃ] S. εἰσάδω. Paulo ante, τραγῳδοῖς καινοῖς. In *Aeschine*, τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν. WOLFIVS.

Ibid. τραγῳδοις τοις καινοις Cod. *Reg.* ε. qui fere est solitarius, non tamen ideo reprobandus. τραγῳδων καινων *Reg.* α. et *Aug.* τραγῳδιων καινων *Guelph* τραγῳδιων

γωδιων καινη *Vindob.* τραγωδων τη καινων *Obsop.* Quod libri istius Possessor rectius esse arbitrabatur. Vide supra adnotata ad p. Aesch. 348. Not. I. TAYLOR.

p. 244. 2. εν πυκνι εν τη εκκλησια] Millies erratum est in hac voce apud Auctores, credo, eo quod forte crediderunt exscriptores ob multitudinem confertorum hominum, et quasi πυκνοτητα sic dictum eum locum fuisse. Sed quod scribendum sit πνυκι, non vero πυκνι, argumentum est rectus casus, ἡ Πνὺξ, a quo πνυκὸς, et πνυκὶ et πνύκα inclinatur. Nam qualis foret rectus casus datiui πυκνί? Πύκνξ nimirum, non pronuntiabile. Ergo vbique et hic et in aliis auctoribus reponendum semper πνυκος, et πνυκι, et πνυκα. Quae lectio etiam reperitur in melioribus editionibus. PALMER.

3. εν τη εκκλητια.] Quanquam his vocibus vsus sim pag. 223. vlt. ad eam rem conficiendam, quam ibi volui, veruntamen si quis dixerit hic esse interpolatum in Textu, ex Glossa in margine, Ego non intercedam. Πνὺξ quidem Vox insolentior, sed non auribus Athenienssium. Vide Not. ad 428. I. TAYLOR.

Ibid. ζημια ταλαντα πεντηκοντα.] Hinc *Aeschines* negauit εἰρωνικῶς, vt apparet, τὸν Κτησιφῶντα ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι ἀτίμητον, [Aesch. *c. Ctesiph.* pag. 602. vlt.] cui propositum fuit, et Ctesiphontem, qui tantam mulctam soluere non posset, notare ignominia, et Demosthenem in idem discrimen adducere. Superato enim Ctesiphonte, haud dubie praeiudicio illo vsus, operam daturus fuisset Aeschines, vt et Demosthenem vel ignominia notaret, vel eiiceret ciuitate, actione laesae maiestatis et perduellionis in eum instituta. WOLFIVS.

4. κλητορες] κλητηρες o. fere l. s. *Guelph. Regii* α. β. γ. ε. *Obsop. Aug. Vindob.* Sunt vt plurimum ex amicis Accusatoris, qui Reo denunciant, et diem dicunt, vel saltem praesto sunt Viatoribus, et Accensis, vel

vel iis Miniſtris, quorum erat id exſequi. Κλήτορες, ait *Vlpianus* ad hunc locum, *οἱ μαρτυρῶντες τοῖς καλοῦσιν εἰς δίκην.* Rurſus ad *Midianam* pag. 542. 19. Editionis huiuſce: *Ο διδοὺς τὴν γραφὴν προσέγραφεν, ὅτι καταγορῶ τοῦδε, καὶ προκαλοῦμαι* (vel *προσκαλουμαι* potius) *τοῦτον διὰ τοῦ δεῖνος εἰς τὸ βουλευτήριον.* Vide *Valeſ. ad Harpocrat.* pag. 112. *Sigon.* III. *de Rep. Atheniens.* 4. *Salmas. Obſerv.* ad *Ius Attic. et Rom.* pag. 858. qui hunc miniſtrum ex *Ariſtophane* aliquoties deſcribit. Adde *Harpocrationem*, et Lexicographos. TAYLOR.

244. 9. *τῶν γεγραμμένων*] Recte ſe habet. *Lambinus* hallucinatur legendo *τῳ γεγραμμενῳ.* TAYLOR.

11. *τοῦ*] Legunt *Guelph. Reg. α. Aug.* et *Vindob. το μὲν ἓν* — In *Aug.* et *Vindob.* deerat *γράψαι.* TAYL.

14. *ἐν τοῖς ἐμοὶ πεπολιτευμένοις* lege. WOLFIVS.

Ibid. *ἐν τοῖς ἐμοὶ πεπολιτευμένοις* crediderim. Vide infra p. 245. 2. Addunt *Guelph. Aug. Vindob.* poſt *εἶναι.* TAYLOR.

22. *τῆς ἐν τούτοις.*] Quid hoc? Anne *δεικτικῶς*, apud *hos* ciues, vt *Wolfius* et Etruſcus interpretantur? An aliud latet? Deſunt quidem hae Voces *Ven. Harl. Lind.* TAYLOR.

vlt. *τοῦ ψηφίσματος.*] F. *τοῦ τοῦ ψηφίσματος.* MARKLAND.

245. 4. *τῇ γραφῇ*] Δοτικὴ ὀργανικὴ, *διὰ τῆς γραφῆς.* Nam alioqui dicendum fuiſſet *οἰκείᾳ τῇ ἀπολογίᾳ.* WOLFIVS.

Ibid. *της γραφης* videtur legiſſe *Vlpianus.* TAYL.

6. Ἑλληνικὰς.] Sic p. 263. 3. diſtinguit inter *τὰ κατὰ τὴν πόλιν πολιτεύματα* et *τὰ Ἑλληνικά.* Scil. *ἔν τε τοῖς κατὰ τὴν πόλιν πολιτεύμασι καὶ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς.* MARKLAND.

16. *καὶ τοσαύτην.*] Deeſt *καὶ* in MSS. et apud *Theonem*, qui haec verba *Demoſthenis* citat, pag. 18. TAYLOR.

245. 18. λαβὼν] ο Φιλιππος addunt Codd. *Ven. Guelph. Aug. Harl. Vindob. Regiusque* ε. TAYLOR.

24. ἔτι.] F. τη. MARKLAND.

25. ἁπάντων] Sensui videtur deesse τῶν αλλων ἁπάντων, vt 246. 20. τῶν αλλων Ελλήνων. Nam τῶν ἁπάντων Ελλήνων includit Athenienses, contra suam ipsius Hypothesin. Sic 292. pen. μὴ μόνον ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἄλλων Ελλήνων. Vide tamen supra hac pag. v. 14. et 19. MARKLAND.

246. 21. τῶν ἐναντιωθέντων.] κατὰ τῶν ουκ ἐναντιωθέντων, addita negatione. WOLFIVS.

Ibid. Necessaria ista Negatiua deest quidem in Editt. *Aldi* et *Benenati*. Deest etiam in *Lindenb.* et MSS. *Feliciani*. *Heruagius* autem post *Felicianum* reduxit, et agnoscit *Reg.* η. aliique, *Guelph. Vindob. Harl. Ask.* et *Aug.* Miror sane abesse potuisse. Verum omisit quoque *Hermogenes*, qui pag. 268. ita laudat hoc comma *Demosthenis*: Καὶ γαρ, εἰ μὲν, ὡς ἐκρατησε Φιλιππος, ᾤχετο ευθεως ἀπιὼν, καὶ μετὰ ταῦτα ἦγεν ἡσυχίαν, μηδενα μήτε τῶν ἑαυτῷ συμμάχων, μήτε τῶν ἄλλων Ελλήνων αδικων, ὅμως ἦν ἄν τις κατα των εναντιωθεντων, οἷς ἔπραττεν ἐκεῖνος, μέμψις καὶ κατηγορία· εἰ δὲ ὁμοίως ἁπάντων τὸ ἀξίωμα, τὴν ἡγεμονίαν, καὶ τὰ ἑξῆς. Restituit etiam optimus *P. Victorius XI. Var. Lect.* 14. TAYLOR.

247. 3. ἀφ' ἧς.] εφ' ἧς Cod. *Obsop.* et *Ask.* Quod praestat. TAYLOR.

6. ἀναλωκυῖαν.] ανηλωκυιαν, vti olim, praeferunt MSti *Ven. Guelph. Vindob.* vt proxime ανηλωκασιν habent *Ven. Aug.* et *Regii* ε. η. Modo, deletis οἳ τὰ, quae in plurimis et praestantioribus desunt, restitue ἢ τῶν ἄλλων Ελληνων ὑπὲρ αὐτῶν ἀνηλώκασιν ἑκαστοι. TAYLOR.

10. ἡμῖν.] πρὸς ὃν ην ἡμῖν ὁ ἀγὼν Codd. *Harl.* et *Parisienses* α. η. TAYLOR.

247. 11.

247. 11. κλεῖν.] Vide *Etym. M.* 518. 25. qui hunc locum laudat. Laudat quoque *Herodianus* Grammaticus, qui *Phrynicho* ſubiungi ſolet, et *Pollux* X. 4. TAYLOR.

22. θεωρήμασι] Forte θεαμασι. Nam τὰ θεωρήματα ſunt τῶν τεχνικῶν. WOLFIVS.

Ibid. ἀρετῆς.] αρχης Cod. ε. Quod notatu dignum eſt. TAYLOR.

24. αὐτεπαγγέλτες.] Vide ſupra ad pag. 340. 11. *H. Steph.* in *Theſ. L. Gr.* T. I. col. 21. locum hunc merito habet ſuſpectum, et miratur, vnde profluxerit iſtud ἐθελοντάς. Dixi nuper ad p. 229. 12. Εθέλοντας habuit, corrupte, Editio Luteciana. Quod in *Regiis*, β. γ. ε. ζ. η. reducitur. TAYLOR.

248. 6. ἀδ' εἰ γέγονεν οἶδα.] ἀ προσποιῶμαι εἰδέναι, ἀφίημι, ἐπιλανθάνομαι. WOLFIVS.

10. εὐχερῶς.] ὧ λέγων εὐχερῶς παν, ὅ, τι ἂν βελῃθῇς Cod. *Reg.* ε. TAYLOR.

11. ἀδὲ.] ἀδὲ περὶ τέτων νυν ωρα. Cod. *Ven.* TAYL.

12. σφετεριζόμενος.] Citatur a *Demetrio Phaler.* §. 293, 294. et ab *Hermogene* paſſim. TAYLOR.

17. ὑφ' ἑαυτῷ.] εφ' ἑαυτῷ Cod. *Reg.* ε. Vide adnotata ad p. 238. 26. TAYLOR.

18. τινὰς — τινας.] ας — ας. Vide *Var. Lect.* TAYLOR.

23. Μυσῶν λείαν.] Explicant Paroemiographi, et *Vlpianus* ad locum. TAYLOR.

24. ὄντων.] F. ζώντων Αθηναίων, καὶ ιδοντων. Vid. *Homer. Iliad.* A. 88. *Heliodor.* IV. 2. MARKLAND.

Ibid. Non intelligo, quid interſit inter ζώντων et ὄντων. Diu eſt, quod correxeram ζώντων Αθηναίων, καὶ ορωντων. TAYLOR.

25. περὶ τῶν τοιέτων.] περὶ τετων εἰπὼν. Tu deinceps leges, cum MSS. *Ald.* et *Felician. Ven. Guelph. Ital. Vindob. Lindenb. Harl.* et *Regg.* α. β. γ. ε. TAYL.

248. vlt.

248. vlt. ἄλλον.] τίνα μαλλον — προσῆκε. γρ. Cod. *Reg.* ζ. TAYLOR.

Ibid. Αθηναίων.] τὸν των Αθηναίων. MARKLAND.

249. 1. προσήκει γενέσθαι.] M. προσηκε, quia antecedit ἔδει. Et [v. 6.] αὐτὰ τὰ ψηφίσματα. WOLF.

Ibid. προσηκει Editi omnes. προσηκε *Guelph. Aug. Reg.* ε. TAYLOR.

4. προϊεσθαι.] προέσθαι *Guelph. Reg.* α. πρόεσθαι *Vindob.* TAYLOR.

Ibid. Φιλίππῳ] — προλέγων καὶ διδάσκων μὴ προϊεσθαι ταῦτα Φιλίππῳ διετελεν. Ita optimi manu descripti, *Guelph. Aug. Vindob.* et *Regii* α ζ. TAYL.

6. τὰ] Deerat in Editorum nonnullis. Restituunt ex *Regiis* Quinque. TAYLOR.

11. Νεοκλεες.] Proxime 250. 9. Νικοκλεους. Quod si haec ad Olymp. CIX. 4. referenda sunt, vt contendit Cl. *Corsinius* in *Fastis Atticis*, Tom. I. pag. 353. Praetor eo anno Athenis fuit NICOMACHVS. Verum totam istam Dissertationem VIII. impendit Vir doctissimus Archontibus Pseudonymis expendendis. Qua in disputatione minus strenue rem gessit diligentissimus licet *Meursius* in libro ei rei destinato. TAYLOR.

12. υπο των στρατηγων.] Deest των in omnibus Exemplaribus. Quaenam, quaeso, Religio *Wolfium* inuasit? Deest συναχθεισης in *Ven. Harl. Regg.* γ. η. Et in *Guelph.* et *Vindob.* legitur γενομενης. TAYLOR.

13. Ευβουλος — Κυπριος.] Alter Eubulus fuit Ανακλύσιος. Fortasse fuit et Κύπρος τις τῶν παρ' Αθηναίοις δήμων. WOLFIVS.

Ibid. Κυπριος.] An Κυθηριος? Vid. *Steph. Byzant.* MARKLAND.

Ibid. Κυθηριος restituit Cl. *Valesius* ad *Harpocr.* pag. 80. Κύθηρον erat δῆμος Tribus Pandionidis, vt confirmat *Harpocratio.* Inscriptio apud *Sponium:*

Επικτη-

Επικτησις Ονασε Κυθηριε
θυγατηρ. TAYLOR.

249. 14. Λεωδαμαντα.] Vtrum is eſt, qui in τῷ κατὰ Τιμάρχε exagitatur? WOLFIVS.

Ibid. Λαομεδοντα Codd. *Guelph. Aug. Ven. β. ε. Regiorum:* quo nomine vocatur mox ab *Vlpiano*, in σχολ. et in *Epiſtola Philippi*, quae ſequitur. TAYLOR.

16. εις Ελλησποντον.] εξ Ελλησποντε *Lambinus.* Inſcite. Non potuit inſcitius. Eſt ſc. σκάφη ἀποσαλέντα εἰς Ελλήσποντον ἐπὶ τὴν τᾶ σίτε παραπομπήν. TAYLOR.

20. οπως η βελη συναχθωσι.] ἀντὶ τᾶ οἱ βουλευταί. WOLFIVS.

Ibid. συναχθωσι.] συναχθῃ *Guelph. Aug. Vind.* cum α. et ε. TAYLOR.

21. οι.] οἱ πρὸς Φίλιππον παραγενόμενοι Cod. *Harl.* οιτινες παραγενόμενοι MSS. *Guelph. Aug. Vindob.* et α. et ε. ex *Regiis.* Et modo, pro ναύαρχον Cod. γ. αρχοντα habet. TAYLOR.

25. ει δε τι πλημμελεντα.] S. τὸν ναύαρχον Λεωδάμαντα λαβὼν ὁ Αμύντας. WOLFIVS.

26. επεξαλμενα.] εντεταλμενα *Lambinus.* TAYL.

Ibid. οτι.] λαβὼν, τες πρεσβεις τῳ Φιλιππῳ λεγειν, ὅτι κ. τ. λ. *Altemps.* Et ſimiliter deinde 250. 1. καὶ τες πρεσβεις τῳ δημῳ τᾶτο γράψαι. Explicat ſcil. et exponit, non emendat. TAYLOR.

Pag. 250. 1. η ο αποξειλας.] Siue Philippus, ſiue Amyntas. WOLFIVS.

Ibid. και τατο γραψαι λεγειν.] Mendoſus videtur locus, quocunque te vertas. Ego verti, quaſi ſcriptum eſſet, καὶ τᾶτο γράψαι δειν. S. τὰς πρέσβεις. Melanchtho: *Id quoque exponatur.* Perionius: *Etiam hoc indicandum eſſe.* Meletus: *Dicant legati, vt hoc etiam ſcribat Philippus.* WOLFIVS.

250. 1. Deeſt γραψαι in *Ven.* in *Regg.* β. γ. η. Quod fortaſſe locum complanare poteſt. Inter γραψαι et λεγειν varie olim lectum fuerit. TAYLOR.

3. ψήφισμα.] βϐλευμα Cod. MS. ε. Mallem hoc ad eandem vocem v. 7. De ea re ſtatim. TAYLOR.

9. Νικοκλεϐς.] Archon erat eo nomine CXIX. 3. ſc. poſt fata Demoſthenis. Verum hic Νεοκλεϐς ſine dubio eſt reſtituendum. Ita ſine litura *Felicianus*, et qui eum ſequuntur. Vide 249. 11. Vbi *Neocles*, non *Nicocles*. Eodem ſane Praetore, eodem menſe, haec duo *Acta* habentur: ſiue ſint *Concionis* vtrumque; ſiue illud *Concionis*, hoc vero *Senatus*. Profecto in hoc nonnulla continentur, quae id ſuadere poſſunt: verum non noui ita conſueſſe fieri Athenis, vt Populus Senatui praeiret et praeſcriberet. Et quaedam *rurſus* hic diſſuadent. TAYLOR.

10. βϐλης γνωμη.] Si ſcriberetur vllibi γνωμη in recto caſu, tum profecto arbitratus eſſem, hanc olim fuiſſe huius Decreti Appellationem, loco τῦ ψηφισμα, quod deeſt in aliquibus. Nam ſi haec agerentur in *Senatu*, tum ψηφισμα dici non potuit: βϐλης γνωμη recte dici potuit. TAYLOR.

11. τα εκ της εκκλησιας ανενεγκοντες.] Quia et Acta Senatus ad Concionem, et Concionis ad Senatum referebantur: vt de communi et Senatus et Populi ſententia res conficerentur. Vnde etiam literae inſcribuntur τῃ βϐλῃ και τῳ δημῳ των Αθηναιων. WOLFIVS.

Ibid. ανενεγκοντες.] ſc. εἰς τὴν Βϐλὴν, *Altemps.* ενεγκοντες habent *Regii* β. γ. ε. απενεγκοντες *Guelph. Aug.* et *Reg.* α. TAYLOR.

14. εκ.] Abeſt a membranarum quamplurimis, vt modo pariter, v. 11. Legebant ſc. τὰ τῆς Εκκλησίας ψηφίσματα. TAYLOR.

17. πρυτανειᾳ.] πρυτανευϐσης coniecit quidam ad oram Exemplaris *Altempſiani*. πρυτανεα *Regg.* ε. ζ. *Guelph.*

Guelph. Aug. Harl. Vindob. Scilicet Librarii male excipiebant vocem Recitantis. Nam in ea aetate, quae his rebus atque isti operi vacabat, *Aurium iudicium* non fuit adeo *superbum:* neque quidem Lingua loquentis adeo accurata. TAYLOR.

250. 22. παρέσχε] παρεσχες *Regg. α. ζ.* TAYL.

24. ἐπιστολὴν] ἐπιστολὴν την τῦ Φιλίππε, plurimi, vt passim solent. TAYLOR.

251. 3. ἀφεσεως] ἀφαιρεσεως *Harl.* solus. Praestat sane Vulgata. Id erat munus legatorum, vt in posteriori Decreto legimus, agere περὶ τῆς τῶν πλοίων ἀνακομιδῆς. TAYLOR.

Ibid. Λακεδων] Λακεδαμας *Felician.* Λεωδαμας *Regg. β. γ.* TAYLOR.

5. εἰτ' οἰεσθε] F. εἰ γ' οἴεσθε. WOLFIVS.

Ibid. εἰ οἴεσθε nonnulli: εἰ τουτ' οἴεσθε optima Editio, quam procudit *Felicianus.* TAYLOR.

Ibid. λανθανειν] Accuratius Interpres Etruscus, quam Latinus, sc. *se pensate ch' io* non sappia. TAYLOR.

6. προφασιν μεν — βοηθησοντα δε] S. τῷ ἔργῳ. WOLFIVS.

Ibid. προφατιν] προφατει *Ven. Ital.* TAYLOR.

12. ἰδιωτων μεν νυν οντων] Ex hoc numero nihil vetat fuisse et Demosthenem. WOLFIVS.

15. φιλοτιμουμενον τουτο συντεταχθαι] Pro συντετάχθαι legitur etiam συντελεσαι. Forte φιλοτιμουμενων legendum, vt referatur ad ἀρχόντων, nisi placeat ἀνακόλθον. Melanchto: *Quibus multo maiori curae est, vt nos committant.* Perionius: *Aut potius gloriae cupiditate ducti hoc malunt sequi, quam Selymbrianis auxilium ferre, sibique hoc tale vtilitati fore existimant.* Meletus: *Et hoc vt perficiatur, multo magis laborant, quam vt Selymbrianis opem ferant.* WOLFIVS.

251. 15. φιλοτιμουμενων habet praeſtantiſſima ea Editio, quam toties laudo, cum MStis *Harl.* ε. ζ. *Ask.* In *Vlpiano* ἴσ. φιλοτιμουμενων. TAYLOR.

16. συντελεισθαι] συντεταχθαι in Editt. *Ald.* et *Lutec.* et MS. *Ital.* συντελεσαι MSS. *Ald.* γρ. συντετελεσθαι et συντελεισθαι β. ζ. ε. η. Coniecit *Lambinus* φιλοτιμουμενων τὅτο συντελεσαι. συντελεισθαι *Aſk.* TAYLOR.

pag. 252. 3. παρεδύετο] An παρεισεδυετο, id eſt, *inrepſit*, *clam et aſtute*. Vide *Victor.* IV. *Var. Lect.* 23. Ad ſimilem locum ſimiliter olim admonuit Cl. *Marklandus*. TAYLOR.

7. ἀποζόλες] Vide inferius, pag. 262. 18. *Vlpiani* σχ. *ad Philip.* I. Laudat hunc locum *Suidas* v. Αποζολάς. TAYLOR.

20. μηδὲν ἐξελέγχεσθαι] *non patefierent*, Wolfius. Vide ſupra 233. 3. ελεγχεσθαι plurimi Codd. *Ven. Guelph. Aug. Ital. Harl. Regii* α. ε. Cum quibus ſentire quoque video, et bene vertere, Etruſcum: *non haueſſe potuto eſſer* conuinto *dell' altre coſe*. Haec tantum inter ſe diſtant, quantum *palam fieri*, et *examen ſubire*. TAYLOR.

24. κατέλυον] Haec verba adducit *T. Magiſter*, v. Προξενῶ, ex orat. περὶ Παραπρεσβείας, errore ſolito. TAYLOR.

pag. 253. 3. τήμερον] Non intelligo, quid velit Cod. *Reg.* γ. qui poſt hanc vocem addit περι το βημα. TAYLOR.

7. τότε] Ambiguum, vtra Praeconizatio, vt dicitur, fuerit ſecunda, an illa *Ariſtonici*, an haec *Cteſiphontis?* Atque id quoque video ambigere Interpretes: Et *ſecundum* hoc *mihi* nunc *ſit praeconium*, Wolfius. *Et eſſendo ſtato* quello *il ſecondo bando ch' io hauena hauuto*, Ferrus. *Aretinus* omiſit. Aliquid de hac re *Vlpianus* non praetereundum. Si qua fides Pſeudo-Plutarcho,

cho, nemo tulit hos honores Demoſtheni ante Ariſtonicum: πρωτος, inquit ille, ἔγραψε στεφανωθῆναι αὐτὸν χρυσῷ στεφάνῳ Αριστόνικος Νικοφάνες Αναγυρασιος. Ecce vt caeſpitet! Domo non fuit Anagyrrhaſius. Vide v. 14. TAYLOR.

253. 12. Χαιρωνιδου] Iterum variatur in MSS. Χαιρωνδου tamen plurimi. Conſule dè hoc Praetore eruditiſſimum longe *Corſinium Faſt. Attic.* Tom. I. pagg. 74. et 358. Iam quid iſtud, quod ſequitur Ηγημονος? Anne nomen Patris? Ita *Wolfius*, ita *Lambinus*, ita *Perionius* intelligere videntur, vti ex eorum Interpretationibus liquet. *Nella Signoria di Cheronide di Egemone.* Ferrus. *Chaeronida praefecto praetorio praeſidente.* Anon. Venetus. Anne olim contendebant Codd. vtrum hae res geſtae ſint *Chaeronda*, an *Hegemone* praetore, et deinde ad nos peruenerit vterque? Potuit et hoc quoque fieri. TAYLOR.

13. εκτη απιοντος] Melanchtho: 26. *Ianuarii.* Camerarius κε, πέμπτη ἐπὶ εἰκάδι, ἕκτῃ φθίνοντος. Perionius: 7. *Cal. Februarii.* WOLFIVS.

Ibid. απιοντος] ισταμενου *Ven.* Aut hoc aut illud ſit, neceſſe eſt fere: quanquam in iſto Cod. vtrumque exaretur. Quod eſt abſurdiſſimum. TAYLOR.

14. Φρεαρριος] Ita *Suidas*, *Harpocratio*, etc. qui id hunc locum Auctoris noſtri reſpiciunt. Φρεαρριος MSS. *Ald.* item *Regg. β. η.* hic et in ſequentibus. Verum non ita Marmora, quibus fides habenda eſt potior. TAYLOR.

22. αυτων.] αὐτῶν των Αθηναίων. MARKLAND.

pag. 254. 3. γέλωτα] γέλωτα, ἡ ἃ νῦν ἔτος — *Obſop. Harl. Ask. Regg. β.* et *γ.* TAYLOR.

11. πράττειν] πραττων. WOLFIVS.

19. ἐπιτειχισμὸν] Confer 248. 13. Et tum adles *Harpocr.* et *Suid.* v. Επιτείχισμα, et quae habet

Vlpianus ad Orat. *de Cherſoneſo*, *Hemſterhus.* ad *Luciani Nigrin.* §. 23. TAYLOR.

254. 26. χαράκωματα] χαρακωμα potius, vti habent *Guelph.* et *Vindob.* Atque id etiam ſuadent *Suidas* et *Harpocratio:* quos conſule, illum in v. Χαράκωμα, hunc in Χάρακα. TAYLOR.

vlt. ἐκέτ' ἐρωτήσω] ουκ επερωτησω MSti *Guelph.* et *Vindob.* Mox vterque cum *Aug.* απαλλοτριωθηναι. TAYLOR.

255. 11. διήγαγεν] Sic *Iſocrates* Nicocle: τὰς πόλεις διάγειν ἐν εἰρήνῃ, καὶ τὰς ἰδίας οἰκίας. WOLFIVS.

12. τῆς νῦν εἰρήνης] Hac ſiue *Pace*, ſiue *Seruitutis ſpecie*, quam Athenienſes habent ab Alexandro conceſſam. Vtile erit *Vlpianum* de hac re conſulere, atque etiam addere, quae exeunte Oratione ſcribat Noſter: p. 332. 15. Ἐξῶ δὲ βλέπεσι, καὶ ἐν οἷς ἀτυχησάντων τῶν Ἑλλήνων εὐτύχησεν ἕτερος, ταῦτ' ἐπαινέσι, καὶ ὅπως τὸν ἅπαντα χρόνον διαμενεῖ, φασὶ δεῖν τηρεῖν. TAYLOR.

20. Ιερομναμονος] Haec vox aliter hic videtur vſurpari, quam ſupra, cum de Amphictyonibus ageretur. Melanchtho: *Sacerdote Boſporicho.* Perionius: *Hieromnemone Boſpori.* Meletus: *Pontifice Boſporicho.* Dorica Dialectus latiſſime patuit extra Graeciam. WOLFIVS.

Ibid. εν Τεαλια] Fortaſſe is locus Concionibus fuit Byzantii. WOLFIVS.

Ibid. Εντεαλια] Vt edi ſolebat ante *Wolfium.* Vir ille, de *Demoſthene* multum meritus, a mente tamen eius aberrat, cum crediderit, τεαλιαν fuiſſe nomen proprium loci. Neque minus errat *Lambinus*, qui legit Δαμάγητος ὁ Εντεαλια, quaſi diceretur *Entealiae* filius. Lege εν τη αλια cum Cod. *Guelph.* et *Altemps.* ſc. in *Coetu*, in *concione.* Εκκλησίαν dicerent Athenienſes, qui ſuam habebant *Concionem popularem* a *Sena*

a *Senatu* diuersam, et quodammodo inferiorem: Cuius erat consilia prius agitata ab isto Senatu (προβουλεύματα) excipere et rata facere: similiter vt hic Byzantii Demagetus ad *populum* tulit, ἐκ τᾶς Βωλᾶς λαβὼν ἤνεγκεν. Praeiuere in hac restitutione Viri longe doctissimi, *Van Dalius* Dissertat. IX. C. 3. *Valesius* IV. *Emend.* 9. Scriptor eruditus in *Miscell. Obseru.* Tom. II. pag. 355. et *Tourrellius*, Gallicus Interpres, qui vtilem et felicem operam in hoc Decreto collocauit. Et ex iis, qui praeiuere, nonnulli etiam admonuerunt, simile fere Monumentum seruari in opere *Gruteriano* CCCCI. Simile, inquam, si vel materiam spectes, atque grati animi significationem, siue etiam Dorensium πλατυασδέντων dialectum; Scriptum enim fuit Agrigenti.

Επι ιεροθυτα
Νυμφοδωρου του Φιλωνος
παραπροστα τας βουλας
προεδρευουσας τας φυλας
των Υλλεων προαγορευοντος
Διοκλεος του Διοκλεος
γραμματευοντος Αδρανιωνος Αλεξανδρου
αλιασμα ες τας δημηνου καρνειου εξηκοστος παντα
υπερ προξενιας Δημητριω Διοδοτου Συρακοσιω
εδοξε τα λαικατα και τα συγκλητρωι επειδη αναγ-
γελλον οι πρεσβεες οι ες Ρωμαν πορευθεντες Πασιων
Πασιωνος Κοτητος και Θεοδωρος Θεοδωρου Ξηνιαδα
Δημητριον Διοδοτου Συρακοσιον πολλας και μεγαλας
χρειας
παρεισχησθαι τω αμω δαμω και μεγαλων αγαθων
παρατιος
γεγονειν τοις δε Ακραγαντινοις πατριον εστι και εκ
προγονων
παραδεδομενον τιμειν τους αγαθους ανδρας και προι-
ξαμε-
νους του αμου δαμου ταις καταξιοις τιμαις.

δεδοχθαι επι αγαθᾳ τυχᾳ και σωτηριᾳ του δαμου
των Ακραγαντινων
ειμειν προξενον και ευεργεταν Δημητριον Διοδοτου
Συρακοσι-
ον οπως πασι φανερον ποτι ο δαμος των Ακραγαν-
τινων επι-
σταται χαριτας απονεμειν καταξιας τοις ευεργε-
τειν προαι-
ρουμενοις αυτον το δε δογμα τοδε κολαψαντας ες
χαλκω-
ματα δυο το μεν εν αναθεμειν εις το βουλευτηριον
το δε
αλλο αποδομειν Δημητριω Διοδοτου Συρακοσιω υπο-
μναμα τας ποτι τον δαμον ευνοιας τους δε ταμιας
εξοδιαξαι ες τα προγεγραμμενα οσον καχρεια η
και φε-
ρειν των εξοδον δια των απολογων.
ομογνωμονες του συνεδριου παντες.

Idem ille Demetrius, Diodoti F. Syracuſanus, de Melitenſibus quoque eodem tempore bene meritus, gratias quoque habuit iſtius Populi publice conſignatas: quarum memoriam, a *Grutero* deſcriptam pag. CCCC. cum et illud ſuperius Monumentum Agrigentinorum, et nonnulla quoque apud *Demoſthenem* illuſtret, hic adiicio:

Υπερ προξε		νιας και ευ-
εργεσιας	*Hic*	Δημητριω
Διοδοτου	*exaratur*	Συρακοσιω
και τοις εγ	*Corona*	γονοις αυ-
του	*lemniſcata.*	

επι ιεροθυτου Ικετα Ικετου αρχον-
των δε Ηρεου και Κοτητος.

εδοξε

εδοξε τη συγκλητω και τω δημω
των Μελιταιων επειδη Δημη-
τριος Διοδοτου Συρακοσιος δι-
απαντος ευνους υπαρχων
τοις δε δημοσιοις ημων πραγ-
μασιν και ενι εκαστω των πολι-
των παραιτιος αγαθου πολλακι
γεγενηται.

αγαθη τυχη δεδοχθαι Δημητριον
Διοδοτου Συρακοσιον προξε-
νον ειναι και ευεργετην του δη-
μου των Μελιταιων και τους εγ-
γονους αυτου αρετης ενεκεν
και ευνοιας ης εχων διατελει εις
τον ημετερον δημον την δε
προξενιαν ταυτην αναγραψαι
εις χαλκωματα δυο και το εν δου-
ναι Δημητριω Διοδοτου Συρα-
κοσιω.

Addam vero et tertium Gelanorum monumentum, superioribus etiam ad rem noſtram atque ad Decretum Byzantinorum adhuc accommodatius: Euulgabatur primo ab Illuſtriſſ. *Scipione Maffei*, Veronae 1734. in *Galliae Antiqq. Selectis:*

Επι ιεραπολου Αριστιονος του Ιστιει-
ου κατενιαυσιου Σοσιος του Νυμφοδορου
βουλας αλιασμαΐα δευτερας εξαμηνου καρνειου τριακα-
δι προσταΐας Ιπποκλης Ιππολεος στεφανοι γυμνασιαρχον
εδοξε τα αλιαΐα καθα και ταις ιλαις επειδη ο αιρημενος
γυμ-
νασιαρχος τον κατεσενιαυτον Ηρακλειδας Ζοπυρου επι-
μελιαν
πεποιηται τον τε εφεβον και νεωτερον και τον αλ-
λον τον

αποδιομενον εις το γυμνασιον τακ αλλα τα κατα το γυμνα-
σιον καλος διασπραγμενος και αξια πρασσον αυτου τε
και τας τον προειν αρετας καλος ουν εχον εστι στεφανοσι
ενεν τα αλια τον γυμνασιαρχον Ηρακλιδαν Ζοπυρου
ελαιου στεφανοι επιμελειας ενεκεν και φιλοπονιας
τε κατα το γυμνασιον το δε δογμα τοδε κολαφθεν εις στα-
λαν αναθεμοιν εις το γυμνασιον εις δε ταν κα-
τασκευαν τας σταλας εξοδιασαι το τριακονταμερος καθα
και βουλα καταναγραφηση. ο δαμος τον γελσιον επαι-
νει και στεφανοι τον γυμνασιαρχον Ηρακλει-
δαν Ζωπυ-
ρου ελαιου στεφανοι επιμελειας ενεκεν και φιλο-
πονιας
τας κατα το γυμνασιον.

Nemo igitur, hoc Monumento perlecto, negabit Decretum hoc vere esse emendatum ab iis, qui ἐν τῇ ἀλίᾳ legerint, siue ἐν τᾷ ἀλίᾳ ob Dorismum, vt *Altemps.* habet. Confer τὸν μέγαν *Casaubon.* ad *Athen.* II. 3. atque inclytum *D'Orvillium* ad *Chariton. Aphrodis.* pag. 71. TAYLOR.

p. 255. 21. εκ τας βωλας λαβων ρητραν.] τῆς βουλῆς προβουλευσαμένης. WOLFIVS.

25. χρειας.] χαριτας MSS. *Ald.* et *Felician.* Hic viciſſim debemus Inſcriptioni iſti Agrigentinae l. 13. vt huius Decreti Textus integer a mutatione conſeruetur. TAYLOR.

p. 256.

pag. 256. 3. αμε] F. αμμας, τὸ ἡμᾶς. Vt in illo Laconico:

Γεροντες. Αμμες ποκ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι.
Νεανιαι. Αμμες δέ γ' ἐσμέν· αἰ δὲ λῆς, πεῖραν λάβε.
Παιδες. Αμμες ποκ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάρρονες.

WOLFIVS.

Ibid. εμε *Ven. Harl.* Id erat ineptum. καμε *Ital.* Non promouemus. αμμε *Lambin. Altempſ.* et *Harl.* quoque a manu 2. TAYLOR.

5. δεδοχθω.] δεδοχθαι *Felician. Harl. Altempſ.* TAYLOR.

6. επιγαμιαν.] Vide, quae adnotauimus ad *Leptineam* 475. 10. *Van Dalium* pag. 780. Diſſertationis modo laudatae. TAYLOR.

7. εκ τας γας] κτασιν γᾶς. WOLFIVS.

Ibid. κτασιν γας.] Recte fortaſſe. Opinantur tamen nonnulli, melius dici εκτασιν γας, vt habent libri quamplurimi, *Ven.* MSS. *Ald.* et *Felician. Ital. Harl.* et *Regii* β. γ. ζ. Alii tamen preſſius et accuratius adhuc legere malunt εκκτασιν vel εγκτασιν γᾶς. Hoc firmo ex Marmore, quod adduxit eruditiſſimus *Van Dalius*, et legitur in *Append. ad Marm. Oxon.* CLVI.

——————— ειναι δε αυτοις εν Δηλῳ γης και οικιας ενκτησιν και προσοδον προς την βουλην και τον δημον πρωτοις μετα τα ιερα υπαρχειν δε αυτοις και τα αλλα παντα οσα δεδοται και τοις αλλοις προξενοις και ευεργεταις ———————

Eadem Formula occurrit in duabus Inſcriptionibus pone ſequentibus, ſcil. CLVII. CLVIII. In *Demoſthene* corrupte edebatur εκ τας γας ab *Aldo* et *Pariſienſibus*. κτασιν γας praetulit *Felicianus*, et qui eum ſequuntur, cum MSS. *Aug. Vindob.* et *Guelph.* Errant ergo, qui

existimant, eam lectionem a *Wolfii* diuinatione profectam. Εγκτασιν γᾶς καὶ οικιᾶν, *ius comparandi agros et* domos. Ita *Valesius* in *Emendatt.* Quid autem interfit inter κτησιν et εγκτησιν, erudite ibi docet Vir ille doctissimus. TAYLOR.

p. 256. 7. οικειαν] οικιαν *Harl.* omnino recte, ni legatur potius κτᾶσιν γᾶς καὶ οικιας. Quod confirmatur a Marmore Oxoniensi, modo a me laudato. Vide *Van-Dalium* pag. 779. TAYLOR.

8. ποθ' ολον] F. ποτι ταν θολον. *Obsop.* ποτι θολον. Sed quid si conflatis vocibus scriptum fuerit, ποτθολον? Θόλος Hesych. στρογγυλοειδὴς οἶκος, καὶ εἰς ὀξὺ ἀπολήγουσαν ἔχων τὴν στέγην κατεσκευασμένην. Suidas addidit: τόπος, ἔνθα ἐδείπνων οἱ Πρυτάνεις. Θόλος δὲ, τὸ τῆς σηπίας μέλαν, ὅθεν θολερὸς, θολόω. WOLFIVS.

Ibid. ποθ' ολον.] Apertissima menda est, librariorum incuria commissa, vbi pro ποθ' ὅλον, procul dubio, sicut nostrum exemplar habuit, ποτι θολον legendum est: id quod docti pro germana lectione facile agnoscent. Vsurpant enim Latini Auctores hanc vocem: Vt *Virgilius* in nono:

Si qua tuis vnquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi,
Suspendiue tholo.

Παρ' Αθηναίοις τε καὶ Φωκεῦσιν ὁ τόπος ἦν, ἔνθα ἐδείπνων οἱ Πρυτάνεις. OBSOPOEVS.

Ibid. Audi virum eruditissimum, quem toties laudaui: „Totum illum locum corruptum censeo. Corrigit illum quidem Latinus Interpres, [Wolfius] ac textum ita mutat, vt loco ποθ' ὅλον [quae erat lectio *Aldinorum* et *Parisiensium*] legat ποτι ταν θολον, ac vertit, *apud Tholum.* An autem tale quid in vllo Cod. MSto reperit, valde dubito. Certo mihi Prytanes ob oculos habuisse videtur, quia in Tholo (vt pag. 211. osten-

oſtendi) Prytanes conuiuabantur. Sed talem, aut fere ſimilem Tholum et apud Byzantios vel Perinthios locum habuiſſe minime conſtat, aut mihi credibile eſt. Melius certe, ac recte quidem legit. pro περι τοις παρα τα ιερα, hoc modo, παρα τοῖς περι τὰ ἱερὰ, vertitque *iuxta Sacerdotes.* Quare totus locus ita reſtituendus eſt: προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσι, προσοδον ποτὶ τὰν βωλὰν, καὶ τὸν δᾶμον, παρα τοῖς περι τὰ ἱερὰ etc. προσοδον nempe repoſui, pro ποθ' ὅλον, quod hic ſane nullum commodum ſenſum exhibet: quum contra πρόσοδον habeamus in illa Inſcriptione, quam iam ſupra ex Claſſe VII. *Reineſii* N. 23. attuli, tum et in iſta, quae ipſam N. 24. ſequitur: και προσοδον προς την βελην και τον δημον, et in ea, quam ex *Gruteri* pag. 319. modo exhibui, εφοδον επι την βολην και τον δημον. Quae clare euincunt et in hoc Decreto legendum eſſe προσοδον.» Haec *Van-Dalius* p. 779. ποτι ταν θολον clare legitur in Editione *Feliciani*, in MStis libris, quorum Collatio inſtituitur iuxta eam Editionem, ſcil. *Aug.* et *Lindenb.* Item in *Harleyano* noſtro, *Vindob.* et *Guelph.* Adde, quae habet *Tourrellius* ad locum, *Regiis* Codd. *Lutecianis* accuratius inſpectis. Interea *Petrus Burmannus*, nam eum eſſe auguror, in notis ad *Miſcell. Obſerv.* Tom. II. p. 355. obſeruato paulo religioſius Doriſmo, pro ποθ' ολον correxit, non προσοδον, ſed ποθοδον, vix vnica literula immutata aut detorta. Id tamen, vt caetera fere omnia, praeoccupauit Cel. *Valeſius*: cuius *Emendationum* liber delituit vſque ad annum 1740. TAYLOR.

256. 8. περι τοις παρα τα ιερα.] Notatus eſt aſteriſco hic locus. Si omittatur τὸ περὶ τοῖς, ſententia plana eſt. Aut, ſi tranſponantur verba hoc modo, παρα τοῖς περι τὰ ἱερὰ, id eſt, παρὰ τοῖς ἱερεῦσι. Perionius: *iuxta eos, qui ſacris praeerunt.* Meletus: *In ſacrificiis.* WOLFIVS.

256. 8. παρα τοις περι τα ιερα.] Ita *Wolfius* edi voluit, in quo accuratum illum Editorem, *Felicianum*, sequebatur, cum περι τοῖς παρα τὰ ἱερὰ exhibebant *Ald. Benenatus*, et similiter *Ital. Linden.* παρα τοις τα ιερα. *Ven.* et ex *Regg.* β. γ. ζ. η παρα τοῖς παρα τὰ ἱερά. *Harl.* Caeteri fere cum *Wolfio* conspirant, eamque lectionem sua interpretatione adiuuat doctissimus *Van-Dalius*. Scriptor tamen Anglicanus, T. R. *Miscell. Obseru.* loco saepe laudato, mauult pro παρὰ τοῖς περὶ τὰ ἱερὰ, πρατοις μετα τὰ ἱερά. Nempe, *peractis sacris, quae solebant fieri ante initam Concionem, vel Senatum, statim, et ante caeteros admitti.* Ingeniose admodum et acute. Vide *Inscriptionem Deliacam* a me adductam, ad v. 6. sc. inter *Arundell.* CLVI. Cui adiungas CLVIII. eodem orationis tenore constructam. Verum et hanc quoque emendationem praeripuit Cel. *Valesius*. TAYLOR.

10. αλειτεργητοις ημεν.] ἀντὶ τῦ εἶναι. Et [11.] ἑκκαιδεκαπήχεις, ὑφὲν legatur. WOLFIVS.

Ibid. πασαν.] F. πασι. MARKLAND.

Ibid. προς.] Deest *Ven.* et β. Vellem sane. ἀλειτεργήτοις ἦμεν πᾶσαν λειτεργίαν intelligo, illud neutiquam. TAYLOR.

12. εν τω βοσποριχῳ.] F. βοσπορῳ. Nam βοσπόριχος [255. 20.] videtur proprium esse viri, vt Athenis, ἐπὶ Νεοκλέες ἄρχοντος. Perionius: *in Bosporo.* Sic et *Meletius*. WOLFIVS.

Ibid. βοσπορῳ.] Alii βοσποριχῳ. Ita *Aldus* sc. excudit: ita *Morelius*, et exaratur ita in *Harleyano* nostro. βοριχῳ Cod. *Paris.* γ. Sed vulgata bene se habet. Statim post hanc vocem in *Ven.* subiungitur Vox λεγω. Quid vero? aut Quamobrem? Anne id adnotauerat aliquis inter εἰκόνας et στεφανέμενον τὸν δᾶμον, vt vicem sustineret τῦ *Nempe*, vel *Scilicet*? Credo id equidem. TAYLOR.

256. 13.

256. 13. υπο τω δαμω fine ι ſubſcripto, pro ὑπὸ τῦ δήμου. WOLFIVS.

14. Δωριας.] F. Δωρεας. WOLFIVS.

Ibid. Δωρεας.] Varie ſcribitur: *Benenatus*, vt Nos, et *Wolfius*. Δωριας *Ald. Lind.* MSS. *Felician.* Δωριευσι *Felician.* et MSS. *Ald.* Δωριεας *Altemps.* Vide *Tourrellium* ad locum. TAYLOR.

Ibid. εν τε Ελλαδι] Reſcribo, ἐν τῃ Ἑλλάδι cum MSto *Ven.* TAYLOR.

16. τον ςεφανον] τῳ ςεφανῳ. ἅμα, ἢ σὺν, τῷ ςεφάνῳ. WOLFIVS.

Ibid. τῳ ςεφανῳ *Ald. Benenat. Harl. Lindenb.* τον ςεφανον excudit optimus *Felicianus*, et coniecit *Lambinus*. Melius, deleto ἰῶτα ſubſcripto, τω ςεφανω, ſcil. duas Coronas, Byzantinorum vnam, alteram Perinthiorum. Vide, quae habet *Tourrellius*. TAYLOR.

Ibid. συςεφανωται.] εςεφανωται Cod. *Paris.* η. Rectius. Vide iam: ἀνακαρίξαι τῶ ςεφάνω, οιν (vel οις) εςεφανωται ὁ δᾶμος ὁ Αθηναίων. TAYLOR.

22. Ελεουντα.] Alii per αι, Ελαιουντα. WOLFIVS.

26. μεγιςον.] μεγιςα τῶν ἀγαθῶν. MARKLAND.

Ibid. πραττειν.] Videtur in nonnullis Codd. deſiderari πραττειν, et ſubſtitui αἴτιος. Laudo ſane et accipio lubens, modo reſcribamus etiam πάντων μεγιςων ἀγαθῶν, quo ritu MSti. Interea *Lambinus* ita hariolatur: ὅτι τε πάντων μέγιςον ἀγαθῶν πράττειν αιτιος γέγονε. Editio *Feliciani* cum Cod. *Reg.* β. ὅτι πάντων μέγιςον ἀγαθῶν πραττειν αἴτιος γέγονε. TAYL.

pen. γεγονε.] γεγονεναι MSS. *Ald.* Teneo. Scribebatur γεγονεν αιτιος. Adnotatur in *Altemps.* γεγονεν αιτιος. TAYLOR.

Ibid. εξελομενος — και αποδες.] ἀντὶ τῦ ἐξελομένε ἐκ τῆς Φιλίππε βίας, καὶ ἀποδόντος. S. τοῦ δήμε τῶν Αθηναίων. WOLFIVS.

256. pen.

256. pen. *εκ της Φιλιππε.*] *ἐκ τε Φιλίππε* MS. *Ald. Ven. Ital.* et *Reg. β.* TAYLOR.

257. 2. *εκ ελλειψει ευχαριστων.*] S. *ὁ δῆμος τῶν Χερσονησιτῶν.* WOLFIVS.

Ibid. *ελλειψει κ. τ. λ.*] *ελλειψασι — ευχαριστηντες — ποιηντες — δυνωνται. Lambin.* TAYLOR.

3. *κοινῳ.*] *εν κοινῷ βελευτηρίῳ* Codd. *Ven. Harl. Regii β. γ. ζ. η.* TAYLOR.

12. *ἡμεῖς δ' οἱ καὶ μεμψάμενοι.*] *διὰ τὸν συμμαχικὸν πόλεμον.* WOLFIVS.

17. *εὔνοιαν.*] *δόξαν καὶ εὔνοιαν.* MARKLAND.

Ibid. *δόξαν καὶ εὔνοιαν Reg. η. δόξαν, τιμην, εὔνοιαν*, vel *δόξαν, εὔνοιαν, τιμην* plurimi, iique e praestantioribus, *Ven. Guelph. Aug. Harl.* et *Reg. α.* TAYL.

18. *πεπολιτευμένων.*] *πολιτευομενων Ven. Guelph. Ital. Vindob.* et *Regii Parisienses α. β. γ. η.* TAYLOR.

26. *ὑπάρχειν ὑμᾶς εἰδότας.*] Id est, *προειδέναι.* WOLFIVS.

258. 8. *ἐ ναῦς κ. τ. λ.*] Omisit *Wolfius* in sua Interpretatione, Tu restituas: *Vrbe tum non classem, non moenia habente.* TAYLOR.

12. *μνησικακῆσαι.*] *πολλὰ ἂν ἐχόντων εγκαλειν καὶ Θηβαίοις καὶ Κορινθίοις* Codd. *Ven. πολλὰ ἂν ἐχόντων καὶ Κορινθιοις εγκαλειν, καὶ Θηβαίοις* Cod. *Guelph.* TAYLOR.

13. *ἀλλ' ἐκ ἐποίουν τᾶτο, ἐδ' ἐγγύς.*] Sic in exordio: *ἐκ ἔνι τῇ πόλει δίκην ἀξίαν λαβεῖν, ἐδ' ἐγγύς.* Aretinus: *Sed nequaquam ita fecerunt: nec prope erant, vt facerent.* Meletus: *Sed non fecerunt hoc Athenienses, non fecerunt.* Hic tractatur Stoicorum dogma, *ὅτι τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετόν· καίτοι τᾷ παρὰ τοῖς ῥήτορσι καλᾷ δόξῃ μᾶλλον, ἢ φύσει, δοκᾶντος ὑπάρχειν.* Qua de re plurimis egimus in nostris in *Ciceronis Officia* Commentariis. WOLFIVS.

258. 14. *ἐκ ἐποίεν τᾶτο*] In noſtro *ἐκ εποιευντο*: Et videntur duae dictiones in vnum conflatae, aut contra. OBSOP.

16. *πρόεντο*] *προεῖντο Regii β. γ. η. προιεντο Hermogenes*, qui hunc locum pag. 174. per ſemipaginam laudat. TAYLOR.

17. *ἐφ' ἑαυτὰς*] *επ' αυτους* MSti *Guelph. Aug. Vindob.* et *Hermogenes* loco laudato: qui proxime etiam *εκδιδοναι* habet. TAYLOR.

19. *πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν*] Hunc locum *Philoſtratus τῆς Δημοσθένᾶς σεμνότητος* exemplum adfert. WOLFIVS.

Ibid. Hoc loco mihi temperare nequeo, quin pulcherrimam ſententiam his Annotatiunculis inſeram, quam omnium oculis obuerſari ſubinde par erat. Πέρας μὲν γὰρ, inquit, ἅπασιν ἀνθρώποις ἐϛὶ τᾷ βίᾳ ὁ θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὑτὸν καθείρξας τηρῇ. δεῖ δὲ τὰς ἀγαθὰς ἄνδρας ἐγχειρεῖν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένᾱς ἐλπίδα, φέρειν δ', ὅ, τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ, γενναίως. Hanc Nos exercendi ſtili gratia ſic Latinam fecimus carmine:

Horrida cunctorum mors certo funere vitam
Claudit, fatalis ſaeua miniſtra coli.
Quamuis ſe clauſum quis muris ſeruet ahenis,
Mors tamen ex illis in caua buſta trahit.
Fortes ergo viros claris incumbere factis
Semper, et ingenti mente vacare decet:
Nec rerum ambigue euentum ſperare ſecundum,
Nutet in incertum ſors malefida licet.
Sed quaecunque Deus conanti coelitus offert,
Omnia magnanimo pectore ferre decet.

OBSOP.

Ibid. Laudat inter alios inſigniſſimam hanc *γνώμην*, quouis philoſopho dignam, *Plutarchus* ad finem libelli *de Fortuna Alexandri* I. Nimirum Noſter Πλατωνίζει,

τωνίζει, vt ſaepe obſeruatum fuit a plurimis. Dixit enim ille Magiſter: Ἀλλὰ καὶ ἐπιχειρεῖν τοῖς καλοῖς καλὸν, καὶ πάσχειν, ὅ τι ἂν ξυμβῇ *Harpocr.* v. Οἰκίσκω, ἀντὶ τοῦ μικρῷ τινι οἴκῳ. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Ἐκάλεν δὲ οἱ Ἀττικοὶ τὸ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενον ὀρνιθοτροφεῖον, οἰκίσκον. Ἀριστοφάνης Πελαργοῖς, Μεταγένης Αὔραις. ἐκ τούτων δ' ἔοικε πλανώμενος ὁ Δίδυμος καὶ τὸ Δημοσθενικὸν ἐξηγεῖσθαι. Qualis fuerit error, quem *Didymus* in exponendo *Demoſthene* errauit, et quem hic notat *Harpocratio*, crederent nonnulli non potuiſſe hac aetate innoteſcere. Ecce autem perennem et immortalem fecit *Vlpianus*, dum his verbis vtitur, vtitur enim, *Didymi:* Φασὶ τὸν ὀρνέων οἶκον ἕτω καλεῖσθαι παρὰ Ἀττικοῖς. λέγει δέ, [Demoſthenes] ὅτι, κἂν μεταβάλλῃ τὴν δίαιταν, κἂν ὄρνις εἶναι νομίζηται, ἀποθανεῖται πάντως, καὶ μὴ δεικνὺς ἑαυτὸν, ἀλλ' ἕτω κρυπτόμενος. Vide *Mauſſac.* ad *Harpocr.* qui plura de hac re: quem tamen credibile eſt non intellexiſſe ſuum Auctorem. Ita Etruſcus vertit: *Fine a tutti gli huomini della vita è la morte, ſe ben l' huomo* nella piu ſecreta parte della caſa *ſtia rinchiuſo.* Anon. Venetus: *cubiculo.* Et eodem pacto *Aretinus.* Alii, vt *Perionius* etc. *in domum concluſus.* Adde de hoc loco *H. Stephan.* V. *Schediaſm.* 4. qui haec *Propertii* adduxit:

Ille licet ferro cautus ſe condat et aere,
Mors tamen incluſum protrahit inde caput.

TAYLOR.

258. 22. ἐγχειρεῖν] ἐπιχειρειν. MARKLAND.

23. προσβαλλομένοις] Legendum omnino προβαλλομένους: Vt recte procurauit optimus *Felicianus.* Ita exaratur in *Aug.* in *Vindob.* noſtro, et *Regiis*, ζ. η. Ita laudat *Hermogenes* pag. 243. *Stobaeus* pag. 90. et *Vlpianus* ad loc. Adde *Suid.* et *Harpocrat.* v. Προβαλλομένοις. TAYLOR.

258. 25.

258. 25. *ταῦθ' ἡμῶν οἱ πρεσβύτεροι.*] Per *υ.* Sequitur enim *διεκωλύσατε.* WOLFIVS.

Ibid. *ἡμῶν.*] *υμων.* MARKLAND.

Ibid. *υμων Harl. γρ. υμιν* et *υμων* in Codd. *Regiis.* Vt modo pro *ἡμέτεροι* plurimi MSti praeferunt *υμετεροι*, *Guelph. Harl. Vindob.* a manu secunda, *Regiorum*que *β. γ.* TAYLOR.

Ibid. *οἱ Λακεδαιμονίοις.*] Pendet Sententia. Neque sequitur Verbum per totam hanc periodum, quod sustentare potest illud Accusatiuum, *Λακεδαιμονίους.* Simile aliquod et germanum obseruauimus ad *π. Παραπρεσβ.* Demosthenis; vbi ingenii vis et impetus Grammaticorum cancellis concludi noluit. TAYLOR.

259. 5. *ἔχετε.*] *εξετε.* MARKLAND.

8. *σφετεριζομένων.*] Vox ea superius a *Demosthene* vsurpata in hac Oratione. Erudite explicat Illustriss. *Spanheimius* ad *Iulian.* pag. 25. TAYLOR.

11. *ἀλλ' ἐβοηθήσατε καὶ τούτοις, τῶν ἐθελοντῶν τριηράρχων τότε πρῶτον γενομένων τῇ πόλει.*] Sic distinguendus est hic locus. *Εθελονταὶ τριήραρχοι, ἢ τριηράρχαι*, non *ἐθέλοντες.* WOLFIVS.

14. *τὸ — τὸ —*] *τῳ — τῳ —* *Markland.* et *Lambin.* TAYLOR.

20. *πεζὰς στρατείας.*] *πεζη στρατιὰ, ὡς Δημοσθένης, καὶ πάντες, καὶ μὴ πεζικὴ, ὡς Θουκυδίδης· ἐν στρατιᾷ ὥρμηνται καὶ ναυτικῇ καὶ πεζικῇ. Ποιητικώτερον γὰρ τοῦτο· ὡς Αἰσχύλος ἐν τοῖς Επτὰ ἐπὶ Θήβαις.*

— πεζικὸς ὥρμηται λεώς.

Pro *στρατείας* Cod. *Guelph. στρατιας.* TAYLOR.

22. *ἄλλων.*] Deest in Codd. *Guelph. Vindob.* et *Reg. α.* Supra ad 245. 25. TAYLOR.

26. *αὐτῆς.*] *αὐτης.* MARKLAND.

Ibid. *τῆς συμβουλης ἔσης.* WOLFIVS.

Ibid. *συμβουλῆς.*] *βουλης* plurimi, *Ven. Guelph. Aug. Ital. Lindenb. Vindob.* et *Regiorum α. β. γ. η. συμβο-*

συμβολης in exemplaribus *Aldi* et *Morel.* Sed hoc nihili est. TAYLOR.

259. pen. μνησικακήσειν.] F. μνησικακησαι. WOLFIVS.

Ibid. μνησικακειν Codd. *Ven. Guelph. Obsop. Ital. Harl. Lindenb. Vindob. Aug.* cum *Lutecianis* α. β. γ. μνησικακησαι coniecit *Simo Fabricius.* De phrasi ista μνησικακήσειν προς τὰς βουλομένας σώζεσθαι, consule *H. Steph. Thes.* II. 958. Superius paulo dixit Noster, 258. 12. μνησικακῆσαι Κορινθίοις καὶ Θηβαίοις. TAYLOR.

260. 8. τὸ] F. τί τοτε τῇ πόλει. MARKLAND.

16. τῇ πόλει.] Comma hoc in vertendo praetermisit *Wolfius.* Supple ex Lambino: *Denique perfeci, vt omnis commeatus, omnis belli apparatus, quod erat vtilissimum, suo tempore ciuitati suppeteret.* TAYLOR.

18. τέτον.] ἀγῶνα τον των παρανόμων. MARKL.

21. πόσα.] F. πόσ' ἄν, vel διδόναι αν v. 23. vt pag. 262. 10. 252. 17. MARKLAND.

Ibid. ἡγεμόνας τῶν συμμοριῶν.] Totus hic locus illustrabitur ab *Harpocratione* v. Συμμορία. Quem etiam consule v. Ηγεμὼν Συμμορίας. *Vales. not. ad Harpocr.* pag. 86. et 179. De his rebus in *vita Demosthenis* tractaui copiosius. TAYLOR.

24. καταβαλόντα με ἐὰν ἐν ὑπωμοσία.] Aretinus: *Vel vt saltem eam promulgatam deseruissem.* Melanchtho: *Sin minus, vt depositae legis mentionem prorogarem.* Perionius: *Sin minus, at certe vt promulgationem eius differri paterer.* Meletus: *Sin autem non facerem, vt saltem dilationem eius iureiurando impetrarem.* Υπωμοσίαν interpretantur ἔνορκον τῆς δίκης ἀναβολὴν (vt et alibi notaui) εἴτε διὰ νόσον, εἴτε δι' ἀδύνατόν τι περὶ αὐτὸν ὄν. Sed *Iulius Pollux* hunc locum vere et perspicue declarat his verbis: Υπωμοσία ἐστὶν, ὅταν τις ἢ ψήφισμα ἢ νόμον γράφοντα γράψηται, ὡς ἀνεπιτή-

πιτήδειον. Τοῦτο γὰρ ὑπωμόσασθαι λέγεσι, καὶ οὐκ ἦν, μετὰ τὴν ὑπωμοσίαν, τὸ γραφὲν, πρὶν κριθῆναι, κύριον. At quo pacto impune tulisset Demosthenes praeuaricationem istam? Si collusisset cum aduersario, is actionem non persecutus esset, ac Demosthenes, anno elapso, indemnis fuisset. Vide τὸν πρὸς Λεπτίνην. Quod paululum antecedit, τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων ὁ διώκων οὐκ ἔλαβεν, significat illustrem absolutionem. et cum accusatoris ignominia et calamitate coniunctam. WOLFIVS.

260. 24. ὑπωμοσία.] Ita *Vlpianus*: Υποθέσει (corrige fodes ὑπερθέσει) σκήψει, προφάσει. Εστι γὰρ Υπωμοσία, τὸ ὑπερτιθεσθαι δίκην, ἤγουν ἀναβάλλεσθαι· Συνωμοσία δὲ — Vide ad *Midianam* p. 544. 23. et ad Orat. c. *Theocrin.* 1336. 9. *Valef.* ad *Harpocrat.* p. 192. TAYLOR.

pen. μικρά.] μικρὰ, ἢ καὶ ἐδέν. MARKLAND.

vlt. ἀναλίσκουσι — ἐπιτρίβουσιν.] δοτικαὶ μετοχικαί εἰσι. WOLFIVS.

261. 1. τὸ γιγνόμενον κ. τ. λ.] τὸν μὲν πολλὰ κεκτημένον, πολλά, τὸν δ' ὀλίγα, ὀλίγα καταβάλλειν. WOLFIVS.

2. ἕκαξον.] ἕκαξον εδει τιθέναι. *Lambin.* TAYL.

Ibid. δυοῖν ἐφάμη τριήραρχος.] S. τριηρέοιν. Si cuius magnae opes fuerunt. Aretinus: *Qui prius sextus et decimus contributor vnius fuerat, ex mea lege duarum nauium praefecturas subiuit.* Melanchtho: *Etiam duas naues instruebat vnus, qui antea cum aliis quindecim instruxerat vnicam.* Perionius: *Atque ita trierarchus duarum exstitit, qui antea vnius decimus sextus collator exstitisset.* WOLFIVS.

5. συντελεῖς.] Hic *Tourrellius* se exserit, a recenti lectore *Demosthenis*, ad hunc locum vtiliter conferendus. TAYLOR.

6. ὅ, τι] ὅ, τι αν ἐκ ἐδίδοσαν. MARKLAND.

261. 12. *επι αρχοντος Πολυκλεους*] Iterum hoc loco, et infra 265. 5. vbi legitur *ἄρχων Δημόνικος Φλυεὺς*, nomina Eponymorum non concordant, vnde augetur noſtra ſuſpicio. Et ſic in pluribus locis infra, quod notare ſuperſedeo. PALMER.

Ibid. *Πολυκλεους.*] Praetor Athenis anno, quo hae res geſtae ſint, ſc. Olymp. CX. 3. erat Lyſimachidas. Vide *Corſinium* loco toties laudato, *Tourrellium* ad hunc locum, *Meurſium de Archontibus.* TAYLOR.

15. *εις το τριηραρχικον.*] Quod fuiſſet in lingua noſtra vernacula, *The Admiralty.* In *Lindenbr.* MSto autem deſunt duae voces *εἰς τὸ*, et dicitur ergo *νόμον τριηραρχικόν.* TAYLOR.

16. *καθ' ο.*] Optimus *Felicianus* ſolus excudebat *καθ' ον*, vt oportuit. Ita MSti *Obſop. Harl. Pariſienſes γ. ζ.* Accedit item *β.* qui pro *ὃ, ων* repraeſentat. TAYLOR.

Ibid. *και επεχειροτονησεν.*] *καὶ ἐπεψηφίσατο ἡ Βουλὴ, καὶ ἐπεχειροτονησεν ὁ Δῆμος Lambin.* TAYLOR.

17. *απηνεγκε — Δημοσθενει.*] *κατὰ Δημοσθένους.* WOLFIVS.

19. *και το μερος.*] S. *τὸ πέμπτον τῶν ψήφων.* WOLFIVS.

Ibid. *πεμπτον.*] Primus typis exaravit *Wolfius* noſter, tacitus quidem, ſed non refragantibus MStis, *Ven. γ. ζ. Vindob.* et *Harl.* in curis ſecundis. Marginі enim allinitur. Ecce autem. Vides repoſuiſſe *Wolfium*, poſt finitam eius Interpretationem. TAYL.

24. *συνεκκαιδεκα.*] Τὸ *σὺν* diſtributiui, vt et *τὸ ἀνὰ*, vim explet, ſedeni. WOLFIVS.

Ibid. *εκ των εν τοις λοχοις συντελειων*] Melanchtho: *E manipulorum contributionibus.* Perionius: *Ex iis collatoribus, qui in claſſes deſcripti ſunt.* Meletus: *Ex iis contributionibus, quae ſunt in eadem cohorte.* Λόχοι στρατιωτικοὶ ſatis noti ſunt: *οἱ δὲ τριηραρχικοὶ καὶ πολι-*

πολιτικοὶ λόχοι apud Athenienſes qui fuerint, amplius quaerendum cenſeo. Fortaſſis hic idem ſunt, quod αἱ συμμορίαι. De quibus alibi. WOLFIVS.

261. 24. λοχοις.] λογοις *Reg. γ.* et *Altemps.* TAYLOR.

25. επι ισον τη χορηγια χρωμενους.] τῇ δαπάνῃ καὶ τῷ ἀναλώματι. WOLFIVS.

pen. χρωμενον.] χρωμενων *Lambin.* Reſtitue χρωμενους cum fideliſſima Editione, quam comparauit *Felicianus.* TAYLOR.

262. 6. και υπηρετικου] Υπαιρετικῆ per ει in ſecunda ſyllaba ſcribit *Suidas*, παρὰ τὸ ὑπερέσσειν. WOLFIVS.

Ibid. υπηρετικου.] De his *Scaphis* luculente agit *Tourrellius.* TAYLOR.

10. τοῖς πένησιν ὑμῖν.] F. υμων. Niſi forte ſoli pauperes ſortiti ſint iudicia. WOLFIVS.

Ibid. ὑμῶν.] υμιν credo cum Editis omnibus. Nempe pertinet ad δοκῶ, ſicuti τοῖς πένησιν ad βοηθῆσαι. Quo ritu interpretatur *Wolfius.* Alii aliter: *Parui egli ch' io habbia fatto poco beneficio a coloro ch' erano poueri* tra voi? Italus. Et υμων habent *Ven. Vindob. Aug. Harl.* et *Regii β. γ. Hermogenes* item p. 358. TAYLOR.

Ibid. ἀναλῶσαι ἂν] αναλωσειαν *Altemps.* Qua recepta correctione, delebimus τὸ εθελειν. Et ſane delent *Felician. Aug. Obſop. Harl. Vindob.* Παρέλκειν videbatur ea vox *Wolfio.* Non vtique παρέλκει, ſed abeſſe impune poteſt. TAYLOR.

Ibid. τῷ μὴ τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλειν] F. τῷ μὴ ἐθέλειν: aut τὸ ἐθέλειν abundat, τῷ μὴ ποιεῖν ἕνεκα τὰ δίκαια. Alias aptius eſſet, τῷ μὴ ἀναγκάζεσθαι ποιεῖν. WOLFIVS.

16. ἱκετηρίαν ἔθηκε — παρ' ὑμῖν] ἱκέτευσεν ὑμᾶς. WOLFIVS.

262. 16. τριήραρχος] τριηραρχης Cod. *Reg. e.* Supra 259. 12. vbi vulgatur τριηραρχῶν, eadem differentia *Felician.* et Cod. *Guelph.* habent τριηράρχων cum accentu in penultimam retracto. TAYLOR.

17. ἐκ ἐν Μενυχίᾳ ἐκαθέζετο.] In Oratione περὶ τῆ ἐπιτριηραρχήματος est δεθῆναι ἐπὶ τῷ χώματι. Ritus supplicandi et mulctandi in re nautica hic describuntur. WOLFIVS.

Ibid. Μενυχίᾳ.] *Suid.* et *Harpocr.* huc respiciunt v. Μενυχία. Vide *Valesium* ad *Harpocr.* pag. 129. *Meurs.* l. *Attic. Lect.* 14. *Lysiae* Orat. *c. Agorat.* *Vlpian.* ad h. l. *Demosthenis.* TAYLOR.

18. ἀποστολέων.] αποστολων Codd. *Regg.* γ. η. Insicite. Αποστολεῖς, inquit Scholiastes noster, οἱ ἐπισάται τῶν πλεύτεων. Ονομα Αρχῆς παρὰ τοῖς Αθηναίοις, ἔργον ἐχέτης τὸ φροντίζειν τῆς ναυτικῆς δυνάμεως, καὶ τὸ ταχέως ἐξελθεῖν. Et paria fere *Harpocr.* in v. *Suidas*, v. Αποστολάς. TAYLOR.

19. καταληφθεῖσα.] καταλειφθεισα Edit. *Felician.* et *Paris.* Restituere volebat cum *Wolfio Lambinus.* Credo, vocem feliciter satis esse restitutam, verum *Wolfius* non curauit pariter versionem suam adornare. *Niuno stette* otioso *nel porto*, Ferrus. *Foris comprehensa*, Lambinus, iuxta eius restitutionem. *Aldus* recte, καταληφθεισα, si tamen recte sit, nam adhuc dubito. TAYLOR.

22. τὸ λειτεργεῖν] M. τῳ. WOLFIVS.

Ibid. τὸ.] Ita olim perpetuo excudi solebat. Reformauit *Wolfius*, vt vides, *Lambinus* et *Altemps* TAYLOR.

vlt. βάσκανον.] *Vlpianus* ad Orat. *de Rebus Chersones.* haec habet: Οὕτω καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος, καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς· βάσκανον δὲ καὶ κακόηθες, ἐδέν ἐσι πολίτευμα ἐμὸν, φησὶν, ἀντὶ τῆ φιλαίτιον, καὶ συκοφαντικόν. Iisdem fere verbis *Etym.*

M. v. Βάσκανος, *Harpocr.* v. Βασκαίνει: quorum vterque hunc locum laudat. Infra 307. 22. TAYLOR.

263. 19. διακυκῶν.] διακυκλων MSS. *Ald.* et *Regii* β. γ. κυκλων ε. κυκων *Reg.* α. *Harl. Vindob. Obſop.* TAYLOR.

20. παραγεγραμμένων] Vide, quae adnotauimus nuper ad pag. 226. 10. TAYLOR.

22. συνεῖναι.] συνιεναι *Ven.* β. *Altemps.* et proxime, τὲς πολλὲς αυτων *Ven. Ital. Harl. Lind.* Vbi *Obſopoeus* notat ex ſuo, vt autumo, Codice: „In *Aldino* verbum deeſt: ſic enim legendum eſt, συνεῖναι τοὺς πολλὲς αυτων. Id quod vel mediocriter docti intelligent.„ TAYLOR.

penult. ἐπαγγειλάμενος.] ὑποσχόμενος interpretatur Scholiaſtes. Vide notas ad init. *Demoſth.* π. Παραπρεσβ. TAYLOR.

264. 6. εἰς δὲ.] ἀποξερεῖν, και τὲς συκοφάντας ἄγειν *Harl.* εἰς δὲ τας συκοφαντιας ἄγειν *Ven.* εἰς τὲς συκοφάντας δὲ ἄγειν *Guelph. Vindob.* TAYLOR.

11. ἐπήνεσεν.] Ita laudat *Maximus* Sophiſta: αξιον ἐκρινε με στεφανου ο Κτησιφων, ὃ περὶ τέτων κ. τ. λ. TAYLOR.

17. ἐξετασόντων.] εξεταζομενων *Guelph. Aug. Vindob. Reg.* α. TAYLOR.

19. ἔχει, καὶ.] Deſunt in quamplurimis, in *Ven. Guelph.* α. η. *Vindob.* ὅτι δ' ἔτω ταῦτα ὃ μόνον ἐν τοῖς νόμοις, ἀλλὰ —. In *Veneto* deerant etiam et ὃ μόνον, non pari felicitate. TAYLOR.

21. ὥρισαι.] εγνωται *Lindenb.* Et mox, pro δείξω, διδαξω *Reg.* η. TAYLOR.

22. ἐφ' οἷς ἀπὸ τῶν ἰδίων πρόειτο.] Παρὰ τὸ Προΐεμαι, τὸ δαπανῶ καὶ ἀναλίσκω. WOLFIVS.

23. πρόειτο] προοιτο *Reg.* α. προεῖτο *Guelph. Ital.* cum *Regiis* β. γ. ε. η. TAYLOR.

264. 24. ὅτε.] οτι erat hariolatio *Dion. Lambini.* Confirmatur a *Guelph.* et β. *Reg.* TAYLOR.

25 ἐστεφανῶντο.] εστεφανουτο, (ſcil. Charidemus) *Harl. Vindob. Regius* α. Atque ita *Obſopoeum* intelligo. γρ εστεφανουμενος ην in *Reg.* ζ. TAYLOR.

27. τῷ.] τω, i. e. τινί. MARKLAND.

265. 1. υφεξει. MARKLAND.

Ibid. υφεξει *Ven. Guelph. Aug. Ital. Vindob. Lind.* cum *Pariſienſibus*, α γ. Vides Viri ſagaciſſimi diuinationem feliciter corroboratam. TAYLOR.

3. τούτοις) τοὺς επι τούτοις. MARKLAND.

5. αρχων] Inſolito ſtilo, proinde quaſi narrationem occoepiſſet, haec dedit *Felicianus:* ſc. Αρχων ην Δημόνικος Φλυεὺς — οτε γνώμη βουλῆς κ. τ. λ. TAYL.

Ibid. εκτη μετ' εικαδα.] 25. die. Retrogrado numero 30. 29. 28. 27. 26. 25. WOLFIVS. Dies erat viceſimus ſextus. Neque in hac locutione, μετ' εἰκάδα, retrogrediuntur. Quo pacto enim fieri poteſt? Infeliciſſimus ſemper fere *Wolfius* in tertia decade. Alibi enim errorem huic errori contrarium errauit. TAYL.

6. γνωμη.] γνωμην *Ital.* Cod. Neſcio, annon aliquanto rectius. Sc. γνώμην B. καὶ Δ. Καλλίας εἶπεν, *recitauit* nempe, aut *pronunciauit*, *ea*, *quae Senatus P. q. A. tulerat.* Haec malui cum ob multa, tum propter iſta, quae in Pſephiſmatis exordio occurrunt, nempe οτι δοκει τῇ Βουλῇ καὶ τῷ Δήμῳ: *Viſum eſt, Placet. Statuit S. P. Q. A.* TAYLOR.

10. Αθηναιων] Αθηναιοις Cod. *Harl.* TAYLOR.

11. κεχειροτονημενος] Inductus eſt *Wolfius* hoc vocabulo locum ita vertere: *Phialo Quaeſtor deſignatus.* Certe noue dictum κεχειροτονημένος ἐπὶ τῆς διοικήσεως. Hoc intelligo Φιάλωνος τοῦ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, quo pacto habuimus, Δημοσθένης ὁ ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ. Vide *Valeſ.* ad *Excerpt. Polyb.* pag. 23. TAYLOR.

265. 16. ψηφισμα] Deeſt in *Reg.* α. Alii ſunt liberaliores, nempe ετερον ψήφισμα. Ita *Harl.* cum *Regiis* β. ε. TAYLOR.

17. λεγοντων] συλλεγεντων. Ea eſt hariolatio *Lambini*, qui ita vertit: *moderatoribus ciuitatis de ſententia ſenatus conuocatis.* Quod ego ſane ambigerem. Traductor Italicus cum *Wolfio* conſentit. Caeteri ita: *Prytanibus — Adminiſtratoribus — de Senatus ſententia verba facientibus.* Aretinus Decreta nulla conuertit, credo, quia exemplaribus vſus, in quibus deſiderabantur. Interea tamen noua eſt Forma loquendi, et Monumentum ſatis inuſitatum. πρυτανεως *Ald. Ven.* etc. TAYLOR.

18. βελης.] Adde και δημω, vt mox, et ſupra v. 6. et 7. MARKLAND.

20. εν τη επι τω ποταμω μαχη. Sc. ἐν τῇ Σαλαμῖνι. Fluuii nomen apud *Pauſaniam* et *Plinium* non reperio. WOLFIVS.

Ibid. επι τω ποταμω.] Vide *Corſin. Faſt. Attic. Differt.* III. §. 23. et *Demoſthenem* infra pag. 300. 16. TAYLOR.

21. στρατιωτων τινων.] Pro τῶν στρατιωτῶν τινων, Noſtrum ſic habuit, τῶν στρατιωτικων ὑπὸ τῶν πολεμίων. Atque haud ſcio, annon multo emendatius. OBSOPOEVS.

266. 7. ἐπέδωκα, νὴ Δία] Reſtitue: ἐπέδωκα. Νὴ Δία, ἀλλ' — MARKLAND.

8. νὴ Δία.] Νὴ Δία, ἀλλ' ἀδίκως ἦρξα. Ita *Benenatus.* Feliciter. TAYLOR.

9. λογισαι.] *Harpocr.* hunc locum Auctoris noſtri ſpectat. Conſule *Valeſium.* Mox διὰ τί deſideratur in quibusdam, in Edit. *Felician.* in Codd. *Gaelph. Obſop. Harl. Vindob.* et *Reg.* α. optimis ſane, et fide dignis. Sed eſt pene neceſſarium, et agnoſcit *Hermoge-*

mogenes cum MSS. *Felician.* Proxime ὅτι αὐτὸς ουτος *Felician. Benenat. Harl. Vindob.* TAYLOR.

266. 12. οἷς γὰρ ἂν ἐγράψατο, — τούτοις.] τῷ μὴ γράψασθαι, διότι ἂν ἐγράψατο τὸ ψήφισμα, ἢ τοῦ ψηφίσματος. WOLFIVS.

13. τούτοις] εν τούτοις *Lambin.* Cuius haec eſt Paraphraſis, non Verſio: *Ex iis enim, quae de SCto in iudicium non vocauit, ſe ipſe aperiet et indicabit; atque in iis, quae iudicio perſequitur, improbiſſimus calumniator reperietur.* Quanto preſſius, quanto accuratius, quanto elegantius Hieron. Ferrus? *Percioche per quelle coſe, che non ha accuſato del decreto, apparira calunniatore di quelle, che accuſa.* TAYLOR.

16. Πυανεψιωνος εννατη απιοντος.] 22. Octob. Sc. 30. 29. 28. 27. 26. 25. 24. 23. 22. WOLFIVS.

Ibid. εννατη.] ενατη *Feliciani* Editio, et *Benenati.* TAYLOR.

22. επεδωκε τοις κ. τ. λ.] ἴσως τοῖς τὰ θεωρικὰ λαμβάνουσι, τετρᾶσι, τοῖς πένησι. Nam ditiores contemſiſſe binos illos obolos conſentaneum eſt. Melanchtho: *Largitus eſt iis, qui theatrali pecunia fruuntur.* Perionius: *Centum libras ad ſacrificia iis, qui ex omnibus tribubus ſacra procurabant, largitus ſit.* Meletus: *Spectaculis, quae ad omnes tribus pertinent, donauerit* 100 *minas ad ſacrificia.* WOLFIVS.

267. 9. ἀχ ὁ τοιοῦτος;] F. ἀχι τοιοῦτος; WOLF.

13. δύνασθαι.] δυναται *Guelph. Aug. Vindob. Regii* ε. η. TAYLOR.

19. μᾶλλον ἐπαινοῦσι τοῦ ἐπαινουμένου.] ἢ τὸν ἐπαινούμενον. Quod ideo noto, quia imperitior poſſit exponere, ἢ ὁ ἐπαινούμενος, ſc. ἐπαινεῖ τοὺς ἀποδιδόντας χάριν. Eſt enim Conſtructio per ſe ambigua. WOLFIVS. στεφανουμένου, non ἐπαινουμένου. Errauit in deſcribendo. TAYLOR.

267. pen.

267. pen. ἀναγορευεσθαι.] στεφανον *Ven.* στεφανουσθαι Cod. *Paris.* γ. εστεφανωσθαι ε. στεφανωσαι *Lindenb.* TAYLOR.

268. 1. στεφανώσηται.] ψηφισηται MSS. *Ald.* et *Felician. Ven. Guelph. Ital. Vindob. Harl. Lindenb.* et *Regii* α. ε. η. TAYLOR.

4. ἀδικήματος ἑδενὸς] λαβειν τιμωριαν deinde addunt *Reg.* α. *Aug.* et *Vindob.* Sed haec Appendix, inquit *Simo Fabricius*, requirit participium, cuiusmodi sit σπεδάζων. TAYLOR.

11. ἢ λόγῳ τὲς δημοτικὲς.] Locus corruptus. Forsan, ως λόγῳ — Puto aliquid deesse. Mox, v. 14. Καίτοι καὶ τετῳ, deleto sequenti τέτῳ. I. TOVP.

12. γινωσκομένες.] Αττικισμὸς, ἀντὶ τῦ γινωσκομένων. WOLFIVS.

13. ἀμάξης.] Vide *Vlpian.* supra ad 229. 2. *Harpocrat.* v. Πομπείας. *Aristoph. Plut.* 1015. et σχ. *Sext. Empiric. adu. Grammat.* cap. 3. TAYLOR.

14. καίτοι καὶ τῦτο.] Pro τῦτο lego τετῳ, et alterum τέτῳ reiicio. *Cicero* pro M. Caelio: *Accusatio crimen desiderat, rem vt definiat, hominem vt notet, argumento probet, teste confirmet: Maledictio autem nihil habet propositi praeter contumeliam, quae, si petulantius iactatur, conuicium, si facetius, vrbanitas nominatur.* WOLFIVS.

Ibid. τῦτο.] τετῳ Codd. β. ζ. et tum delendum est posterius. TAYLOR.

20. προγόνους.] προγόνους υμων addunt *Guelph. Aug. Vindob.* et *Reg.* α. Item γ. ε. ζ. Aut hi potius ημων, vt suspicor, atque errauit *Benenatus* in notando. TAYLOR.

21. ὑμᾶς.] L. ημας. Constructio est, ἐχ ἵνα ημεις, συλλέξαντες ἡμᾶς. MARKLAND.

22. ἀπὸ τῶν ἰδίων.] *e priuatis aedibus* Wolfius. Dubito. *Leuandoui dalle vostre facende:* Ferrus. Atque

ſimiliter, vt ille, Anonymus: *a priuatis negotiis veſtris quocemus.* Neque alii felicius. Vide, quid praeſtiterit Cod. *Ven.* ἀπὸ τῶν ἰδίων κακων τὰ ἀπόῤῥητα λέγωμεν ἀλλήλοις. TAYLOR.

268. 25. ἐμοῦ πομπεύειν.] F. κατ' ἐμοῦ. Τὸ πομπεύειν καὶ τὸ ἐξ ἁμάξης ſatis nota ſunt ex vetere conſuetudine Comicorum et licentia Feſtorum. WOLFIVS. Rectius pungitur poſt ἐμοῦ. TAYLOR.

vlt. εἶτα, ὃ μὲν ἦν.] ἐν ᾧ τόπῳ ἐξῆν. δηλονότι ἐν τῷ λογιστείῳ. WOLFIVS.

269. 4. τῷ κεκρίσθαι — πρότερον.] Variatur in Codd. Plurimi tamen in hoc conſentiunt, τῷ κεκρίσθαι περὶ τούτων πολλάκις, τῷ μηδεπώποτε — TAYLOR.

7. ἔλαττον.] πλέον ἢ ἐκ ἔλαττον. MARKLAND.

Ibid. πεπραγμένων.] πεπραγμένων καλως addit *Lambinus* ſua ſola auctoritate fretus. TAYLOR.

9. Ἐπειδὴ τοίνυν κ. τ. λ.] Videntur hic Iudices ſuam erga *Demoſthenem* beneuolentiam et aduerſus *Aeſchinem* indignationem ſiue vultu, ſiue acclamatione, declaraſſe. Vnde ſe abſolutum iri non dubitarit *Demoſthenes.* WOLFIVS.

10. δέδεικται.] Ita conſtanter. Ego tamen non potui ſemper non praeferre δέδοται. Vid. notas ad *Aeſch. c. Cteſiph.* 441. 12. Licet nonnullis videri poſſim non multum promouere. Dubito multum de integritate huius Paragraphi. Et multis olim negotium faceſſit. Laborat in ea cauſa *Hermogenes*, quem videbis pag. 348. et apud σχ. noſtrum. TAYLOR.

11. δεῖ δέ με] F. δεῖ καὶ εμε. MARKLAND.

Ibid. δεῖ με, ὡς ἔοικε, Cod. *Reg.* ε. ſine aduerſatiua δε. TAYLOR.

14. τίνων.] τίς καὶ ἐκ τίνων. MARKLAND.

269. 16.

269. 16. διασύρει] διασυρειν MSS. *Felician. Ven. Obſop. Guelph. Vindob. Lindenb. Reg.* α. approbante *Obſopoeo.* διεσυρει *Ital.* TAYLOR.

19. σπερμολόγος.] *Vlpianus*, qui huius Vocis ternas interpretationes adtulit, videtur hallucinari in omnibus. Neque ſe expedit *Harpocratio.* Alia res eſt, cum ſcribit *Plutarchus*, π. Εὐθυμίας, hoc pacto: Τῶν θηρίων ἑτέροις ἀφ' ἑτέρων παρεσκεύασε τὴν τροφὴν εἶναι, καὶ οὐ πάντα σαρκοφαγεῖν, ἢ σπερμολογειν, ἢ ῥιζωρυχεῖν ἐποίησεν: alia, cum *Demoſthenes*, et *D. Lucas* in *Actis Apoſtolicis* pro *blateratore* vtuntur. Vide Interpretes ad *Act. Apoſt.* XVII. 18. TAYLOR.

Ibid. περίτριμμα ἀγορᾶς.] Vide *Ionſton.* de *Feſtis Graec.* pag. 285. *Etym. M.* 240. 4. *Suid.* v. Τρίμμα. *Ariſtoph. Nub.* v. 446. et σχ ad 259. TAYLOR.

26. τὶς μετεσία ἢ μὴ τοιάτων.] F. τὶς μετεσία; τῶν τοιάτων, ἢ μὴ τοιάτων, τὶς διάγνωσις; Aretinus: *aut honeſtorum, aut turpium, vlla cognitio?* Videtur legiſſe τῶν καλῶν, ἢ μὴ τοιάτων. Melanchtho: *Quod diſcrimen honeſtorum et turpium vnquam ſeruaſti?* Perionius: *Sed in Te, aut in Tuis, vt virtutis ſit aliqua particula? vt honeſta a turpibus internoſcas?* WOLFIVS.

Ibid. μετεσία;] Lege μετεσία; ἢ καλων η μη τοιάτων τὶς διάγνωσις; Dixit enim nuperrime, ἢ τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρὰ διαγιγνώσκεται. Ita edidit *Aldus*, ita fere *Morelius.* Commendant etiam Codd. praeſtantiores, *Aug. Harl. Vindob. Lindenb.* praeterquam quod in eorum primo, κακων ἢ τοιάτων. Quod eodem recidit. TAYLOR.

27. λαβόντι.] Deeſt in plerisque, *Guelph. Obſop. Harl. Vindob. Lind.* et *Regg.* α. β. γ. η. TAYLOR.

p. 270. 4. τοιάτοις.] Recte credo. Contra tamen ſtant MSti plurimi. τοσατας *Ven.* τατοις *Guelph.* τατας *Vindob.* τοιατος MSS. *Ald.* τοιατας denique MSS. *Felician. Obſop. Ital. Regii* α. ε. TAYLOR.

270. 8.

270. 8. χοίνικας παχείας ἔχων καὶ ξύλον.] Aretinus: *Compedes ferens et baculum.* Melanchtho: *Compedibus vinctus docuit literas.* Perionius: *Apud Elpiam, quo is tempore ad Theſei docebat, nexus ſeruierit?* Meletus: *Craſſis pedicis et lignis vinctus.* WOLFIVS.

9. καὶ ξύλον] Deſunt in *Guelph.* et *Vindob.* TAYL.

Ibid. μεθημερινοῖς γάμοις.] F. καθημερινοις. Omnes interpretantur quotidianas nuptias. Τὸ μεθημερινὸν et νυκτερινὸν, ὥσπερ τὸ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν opponuntur. Perionius: *Cum noua coniugia quotidie iniret.* WOLFIVS.

10. ἐν τῷ κλισίῳ.] Aretinus: *In clauſtro.* Melanchtho: *In tugurio.* Perionius: *In porticu Cleſio.* Meletus: *In Cleſio.* Eſt annotatum, legi ἡλισίῳ τῷ προςῴῳ ἥρωϊ. WOLFIVS.

Ibid. κλισίῳ.] Inſignis eſt differentia in MStis: Κλεισίῳ *Ven. Oxſop. Ital. Lindenb.* Κλησιω *Aug. Vind.* Ηλισιῳ MSS. *Ald.* et *Felician.* Σικλεῳ *Reg.* ε. Interea non vulgaria habet de hac re, licet fortaſſe non vbique laudanda, S. *Petit. de Legg. Attic.* VI. 5. cuius verba deſcribo: „Solenne fuit bonis iſtis mercibus, vt proſtarent, et quotidianos haberent concurſus ad illuſtria ciuitatis loca, Ceramicum, SCIRVM, et τὴν ἀγοράν. De Ceramico iamdiu monuerunt alii. Quod ad Scirum attinet, elegans eſt *Demoſthenis* locus, ſed corruptus, de *Aeſchinis* matre: ἣ ὡς ἡ μήτης σᾶ τοῖς μεθημερινοῖς γάμοις ἐν τῷ κλισίῳ πρὸς τῷ Καλαμίτῃ Ηρωϊ χρωμένη. neque quidquam, qui laudant, iuuant, *Heſychius* et *Suidas*, quin contra factum, vt alterum inſuper mendum occuparet; Ηλισιῳ quippe legunt lapſu facili, ἀντὶ τᾶ Κλησιῳ, quod eſt genuinum. Heſychius: Καλαμίτης, Ηρως τῷ ἡλισίῳ πλησίον. Suidas: Καλαμίτης. κύριον ὄνομα. καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ τᾶ στεφάνε· ἐν τῷ ηλισιω τῷ πρὸς Καλαμίτῃ Ηρωϊ. Nos legendum coniicimus ἐν τῷ κλησιῳ τῷ πρὸς τῷ Κυαμι-

Κυαμιτη Ηρωϊ. Intelligit Orator τὸ Κλήσιον, vt puto, Lycomidarum, (familia erat Athenis Λυκομίδαι, γένος Ιθαγενῶν, inquit *Hesychius*) cuius meminit *Pausanias* in *Messeniacis*, c. 1. Hoc Κλήσιον non puto longe abfuisse a templo Cereris Eleusiniae, cuius sacris gens illa dedita; vnde Orphei siue Onomacriti ὕμνος εἰς Δήμητρα Λυκομίδαις ποιηθεὶς, inquit *Pausanias*. Quare etiam colloco iuxta aediculam Κυαμίτε Ηρωος. Cyamites hic Heros erat, non Bacchus, et a Baccho distinguit *Pausanias Atticis*, c. 37. scribitque, fuisse hanc aediculam ἐν τῷ χωρίῳ Σκιρᾳ, quod erat inter vrbem et Eleusinem. Atqui ἐν τῷ Σκίρῳ, vt legitur apud *Stephanum*, αἱ πόρναι ἐκαθέζοντο. Praeterea inter lenonias personas recensetur Λυκομίδειος a *Polluce*, lib. 4 cap. 19. quia scilicet ad hoc τῶν Λυκομιδῶν κλήσιον prostabant hae publicae libidinis victimae: etli forte Vox Κλισιον retinenda, quam *Hesychius* interpretatur πανδοχεῖον, et *Eustathius* ad *Iliad.* A. pag. 78. δελικὸν εὐτελὲς οἴκημα. Ita enim *Apollonius* ἐν τῇ εἰς Αἰσχίνην ἐξηγήσει· μητρὸς δὲ ἦν ὁ Αἰσχίνης Γλαυκοθέας, ἢ, ὡς ἔνιοι, Γλαυκίδος, ἣν Φασι τὴν πρώτην ἡλικίαν ἑταιρηκέναι, καθεζομένην ἐν οἰκήματι πρὸς τῷ τῦ Καλαμίτε ἡρῴῳ. Sed hic quoque legendum est πρὸς τῷ τῦ Κυαμίτε ἡρῴῳ.» Tantum Vir doctissimus. Contra haec omnia militat, et strenue quidem, *Tourrellius* in notis ad hanc Orationem, quas iuuabit consulere: Itemque *Kuster.* ad *Suidam* v. Καλαμίτης. Κλίσιον ergo retineo, et *lupanar*, *fornicem* intelligo. Eam vocem *Vlpianus* noster in scholio interpretatur προσῶον. Κλισίῳ] τῷ προσῴῳ. Itemque *Amerius* apud *Eustath.* ad *Homer. Odyss.* Ω. 207. Tale fere σχόλιον deprehendi in textu Auctoris mei. Codd. enim *Lindenb.* et *Regius* α. pro τῷ πρὸς τῷ legunt τῷ προσῳῳ. Et similiter MSS. *Ald.* κλισίῳ τῷ προσῳῳ Ηρωϊ, omissa voce Καλαμίτη. Quid hic fiet? Sane

Sane qui ita legunt, gloſſam inſinuant, eoque forte facilius inſinuauere, quia et verba ipſius Textus viam quodammodo ſternunt. Ecce enim! ἐν τῷ κλισίῳ τῷ πρὸς τῷ [προσῳῳ] Καλαμίτῃ ἥρωϊ. Statuo demum fuiſſe Herois cuiu-dam, (Calamitem vocabant) ſiue Statuam, ſiue Sacellum, ſiue Monumentum: iuxta vero porticum ſiue fornicem, eoque pro lupanari vſas fuiſſe, quae Athenis proſtabant. De Calamite iſto Heroe magnum eſt ſilentium. Attingunt h. locum *Valeſius* ad *Harpocrat.* et *Victor.* XXI. *Var. Lect.* 3. locum ſane nouum et delicatulum. Denique μεθημερινὰς γάμας, quas voces *Wolfius* interpretatur *quotidianas*, atque vt id ſalua conſcientia facere poterat, μεθημερινὰς in καθημερινὰς prius mutauerat, eas, inquam, alii per *diurnas nuptias* exponunt: *Ferrus* ita: *Che tua madre facendo nozze* fra il giorno *nel portico, ch' è appreſſo la ſtatua di Calamite, alleuò queſta bella figura.* Cicero *ad Herenn.* IV. 34. *Cuius mater quotidianis nuptiis delectatur.* TAYLOR.

270. 13. ἀλλ'] Ante hanc vocem excuditur a *Morelio*, ἐξιθρεψέ τε; ἀλλα παντες ισασι ταυτα, καν εγω μη λεγω. ἀλλ' ὡς — Bene eſt. Ita *Aug.* etiam et *Vindob.* et, mendo vno atque altero excepto, Cod. *Venetus.* TAYLOR.

19. ἐδὲ γὰρ ὧν ἔτυχεν ἦν] ἀ τῶν τυχόντων εἰς ἦν. εἰρωνείᾳ ἔοικεν ὁ λόγος καὶ απροσδοκήτῳ. Aretinus: *Num erat, vt quiuis? ſed vt ii, quos populus deteſtatur.* Melanchtho: *Non enim erat ex eo genere, cui ſe ingerit, ſed ex talibus, quos exſecratur populus.* Perionius: *Et ab iis, quae geſſit, initium ſumam. Neque enim fuerunt obſcura, aut vulgaria, ſed eiuſmodi, vt ea omnes exſecrentur.* Meletus: *Non enim fuit de iis, quos populus deuouet.* Videtur innuere, eum nothum eſſe et peregrinum, qui falſo ſe ex ciue Athenienſi et matrimonio legitimo procreatum affirmet. WOLFIVS.

270. 19.

270. 19. ὧν ἔτυχεν] *Non vnus de multis, non forte fortuna oblatus homo.* Ita vertit *Lambinus.* Qui si non bene, peius tamen *Wolfius*, quem ne intelligo quidem: *Neque enim eorum fuit, quorum fuit.* Schema est, quod παρὰ προσδοκίαν dicitur. Adduxit *Hermogenes*, in cap. Περὶ τῆ Κωμικῶς λέγειν. Quem vide. Ait Demosthenes: *Non ille est ex plebecula, aut e vulgari sorte: Non ignotus vobis, non hospes*, (quo pacto fere laudationes et encomia instituere solent,) *non ita: Sed ea est prosapia, ea generis claritudine, vt — P. A. maiores eius saepius essent exsecratus: Illene ignotus? immo nimis notus.* Vti Italus: *Percioche egli non è stato vno della plebe, ma vn di quelli, a' quali il popolo priega male.* Codex est vnicus, scil. *Regiorum η.* qui pro ὧν, ὡς habet. Miranda sane Versio *Rutilii Lupi*, quam adduco in nota sequenti. *Tourrellius* sudat in harum vocum interpretatione, neque tamen valde feliciter rem gerit. TAYLOR.

20. οἷς ὁ δῆμος καταρᾶται] Non tam fortasse proditores et planos, qui populum pro Concione decipiunt, quam seruos et nothos et peregrinos, qui se pro ingenuis et germanis ciuibus venditant, intelligit. WOLFIVS.

Ibid. ὀψὲ] Laudo *Vlpianum*: Δεῖ λαβεῖν τὸ μὲν πρῶτον ὀψὲ, ὥσπερ διηγεμένε, τὸ δὲ δεύτερον ὡς καλ' ἐρώτησιν. Atque ita distingui iubeo: ὀψὲ γάρ ποτε· ὀψὲ λέγω; χθὲς μὲν ἦν καὶ πρώην. Confirmat *Rutilius Lupus*, *de Fig. Sentent.* lib. I. cuius interpretationem subiungo. *Nunc quoniam de me, vt volui, cognouistis, iudicium per ipsius vitia constituam. Nam dum opus est, parentes appellat, quos scitis non ignotos fuisse, sed huiusmodi, vt omnes hos exsecrarentur. Sed hic bonus vir, grandis natu, atque sero, sero loquor? immo vero nuper, atque his paucis diebus, simul et Athenienſis, et eloquens est factus.* TAYLOR.

270. 22.

270.22. δύο συλλαβὰς] Hic *Vlpianum* non laudo, neque laudare poſſum: μίαν μὲν εἰς τὸ ὄνομα τῦ πατρός· μίαν δὲ, εἰς τὸ τῆς μητρός. Abſurdiſſimum longe, quod vidi vnquam. Nam Aeſchinis Pater, qui *Tromes*, iam *Atrometus*, dicitur, duabus ſyllabis additis. TAYLOR.

Ibid. δύο συλλαβὰς προσθεὶς] Laudat hunc locum *Hermogenes* περὶ μεθ. δεινότ. pag. 438. Ed. Criſp. Τούτοις δὲ πᾶσι χρῆται Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῦ Στεφάνυ, ἔνθεν δηλῦται, ὅτι κωμῳδεῖν ἐπίσαται· τῇ μὲν παρῳδίᾳ ἔτως, τὸν μὲν πατέρα ἀντὶ Τρόμητος ἐποίησεν Ἀτρόμητον. Latet huius viri nomen apud *Lucian.* in *Rhet. praecept.* nunc tandem protrahendum dias in luminis oras. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα φήσας, ἀλαζὼν καὶ ἀρχαῖος ὡς ἀληθῶς, καὶ κρονικὸς ἄνθρωπος, νεκρὸς εἰς μίμησιν παλαιὸς προτιθεὶς, καὶ ἀνορύττειν ἀξιῶν λόγυς πάλαι κατορωρυγμένυς, ὥς τι μέγιστον ἀγαθὸν, μαχαιροποιῦ υἱὸν, καὶ ἄλλον ἀτρομήτυ τινὸς γραμματιστῦ ζηλῶν ἀξιῶν. Vbi ineptiſſime Benedictus: *ac ſi gladiaru fabri vel intrepidi grammatiſtae filium vellet imitari.* Scribendum Ατρομήτυ. Nimirum intelligit *Lucianus* illud *nobile par fratrum*, Demoſthenem et Aeſchinem; quorum hic γραμματιστῦ ſiue ludimagiſtri erat filius, cui nomen Tromes, vel Atrometus. Elegan-ter *Demoſthenes pro Cor.* de Aeſchine: πᾶις μὲν ὢν μετὰ πολλῆς ἐιδείας ἐτράφης, ἅμα τῷ πατρὶ πρὸς τῷ διδασκαλείῳ προσεδρεύων, τὸ μέλαν τρίβων, καὶ τὰ βάθρα σπογγίζων, καὶ τὸ παιδαγωγεῖον κορῶν, οἰκέτυ τάξιν, ὐκ ἐλευθέρυ παιδὸς ἔχων. Ille vero, Demoſthenes ſcil. patrem habuit μαχαιροποιόν. vid. *Suid.* in v. Cultellos venditaſſe dicit *Vaier. Max.* III. 7. *Quam matrem Euripides, aut quem patrem Demoſthenes habuerit, ipſorum quoque ſaeculo ignotum fuit: alterius autem matrem olera, alterius patrem cultellos venditaſſe, omnium pene doctorum literae loquuntur.* I. TOVP.

270. 25.

270. 25. Εμποῦσαν] Vide Βατράχους *Ariſtophanis.* WOLFIVS.

Ibid. Εμπεῖσαν] *Vlpianus, Etym. M. Harpocr. Valeſius ad Harpocrat. Ariſtoph.* Ran. v. 295. 307. *Kuſter.* et *Spanheim. ad loca. Meurs.* III. *Attic. Lect.* 17. TAYLOR.

pag. 271. 6. τὸν ἀποψηφισθέντα] τῇ διαψηφίσει ἐμβληθέντα τῶ δήμω καὶ τῆς πολιτείας. WOLF.

Ibid. ἀποψηφισθέντα] Vox ea generaliter, et quaſi proprie, ſumta, *abſolutionis* vim obtinet; verum in cauſa peregrinitatis, vbi quaeritur, an Ciuis ſit, necne, *condemnandi*, vel eiiciendi: Ideo vero, quoniam, cum ciuium Recenſio fieret, quae Διαψήφισις vocatur, qui ex eo cenſu deiiceretur, αποψηφισθηναι recte dici potuit. Οὗτος ὁ Αντιφῶν Αθηναῖος ἐδόκει εἶναι τὸ πρότερον, γιγνομένων δὲ τῶν καλεμένων διαψηφίσεων, ὅ ἐστιν ἐξετάσεων, ἐν τοῖς δήμοις, ὡς ἔθος, εἰ ἄρα φύσει Αθηναῖος ἦν ὢν ἐνέγραψεν ἑαυτὸν, ἢ σπεδῆς τινων εἰς τὸς ἀστὸς, απεψηφισθη δὲ, ἀπεδοκιμάσθη, ὡς ἦν ὢν αὐτὸς. (f. αστος) καὶ ἐκβέβληται, λυπηθεὶς ᾤχετο πρὸς τὸν Φίλιππον, καὶ ὑπέσχετο αὐτῷ λάθρα τῆς Αττικῆς ἐπιβὰς ἐμπρήσειν τῆς Αττικῆς τὰ νεώρια. Vlpian. ad h. locum. Εἴ τις ξένος ἔδοξεν εἶναι, καὶ ἐ πολίτης, τοῦτον ἐν ταῖς διαψηφίσεσι τῶν δήμων ἀπεψηφίζοντο οἱ δημόται, καὶ ἐλέγετο απεψηφισμενος. εἶτα εἰσήγετο εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ ἐκρίνετο ξενίας, καὶ εἰ μὲν ἑάλω, ἐπιπράκετο ὡς ξένος, εἰ δὲ ἐκράτει, ἀνελαμβάνετο εἰς τὴν πολιτείαν. ἕτω Δημοσθένης· Τίς γαρ ὑμῶν ἦν οἶδεν ἀποψηφισθέντα Αντιφῶντα; Suid. v. Αποψηφισθέντα. Adde eundem v. Διαψήφισις καὶ Αποψήφισις. Plura et diſertiora ad initium *Eubulideae.* TAYLOR.

9. λαβόντος.] καταλαβοντος *Guelph. Vindob.* TAYLOR.

271. 13. ἄνευ ψηφίσματος.] Dubito de ratione pungendi: vtrum ſcil. referamus duas has voculas ad ἀφεθῆναι, an ad priorem ſententiam, ἐπ' εἰκίας βαδίζων. In illa mente eſt *Wolfius*, vt vides; in hac Editores Pariſienſes. Item Etruſcus interpres: *andando alle lor caſe ſenza licenza del Senato.* Mecum dubitare videtur Scholiaſtes. TAYLOR.

23. Δήλῳ.] Vide praeſtantiſſimi *Doruillii Exercitat. de Delo*, Cap. 5. in *Miſcell. Obſeru.* Tom. VII. TAYLOR.

25. προσείλεσθε.] Ita *Wolfius* ſua ſola auctoritate fretus. Caeteri omnes προειλεσθε. TAYLOR.

vlt. βωμῷ.] Ita *Demoſthenes* c. Conon. 1265. 6. πρὸς τὸν βωμὸν ἄγοντες, καὶ ἐξορκίζοντες. Add. *Cicer.* pro C. Balbo §. 5. *Athenis aiunt, cum quidam apud eos, qui ſancte grauiterque vixiſſet, et teſtimonium publice dixiſſet, et, vt mos Graecorum eſt, iurandi cauſa* ad aras *accederet* — TAYLOR.

Pag. 272. 7. συνδικον υπερ του ιερου] Vide *Aeſchinem* de Amphictyonica legatione. WOLFIVS.

13. τᾶτο τοιᾶτο] Quaere, an horum alterutrum ſit varia Lectio. MARKLAND.

Ibid. τᾶτο καὶ τοιᾶτο *Reg.* α. Deeſt τοιᾶτο *Gue'ph. Vindob.* Vtrumque agnoſcit *Hermogenes* pag. 233. TAYLOR.

14. ὅμοιόν γε (ἀ γάρ;) οἷς ἐμᾷ κατηγορεῖ.] E. ουκ αρα. Etſi et illud bene habet. ὅμοιον οἷς pro τούτοις, ἃ ἐμᾷ. WOLFIVS.

19. τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ κ. τ. λ.] Huc reſpexit *Philoſtrat.* in *Praefat. ad Vit. Sophiſt.* p. 482. Edit. Olear. οἱ δὲ ἀπὸ τᾶ Βυζαντίᾳ Πύθωνος, ὃν Δημοσθένης μόνος Αθηναίων ἀνασχεῖν φησι θρασυνόμενον, καὶ πολὺν ῥέοντα. Vbi male Cl. Editor malit πολυ ῥέοντα. Horat. 1. *Sat.* VII. 28. ex emendatione praeſtantiſſimi *Bentleii*:

Tum

Tum Praeneſtinus ſalſo multoque fluenti
Expreſſa arbuſto regerit conuicia —

Atque hinc forſan corrigendus *Philoſtratus vit. Apollon.* VII. 37. Ὁ Πύθων ταῦτα δημηγορέων, ὥς φατιν. MSS. omnes ταῦτα ῥέων. Legendum cenſeo, ταῦτα πολυς ῥεων, quanquam et illud alterum ferri poſſit. Sed hoc elegantius. Quin et *Polluc.* VI. 35. corruptum puto: vbi legitur, λάβρος, πολλῷ ῥέων. Immo πολυς ῥέων, ex *Demoſthene.* I. TOVP.

272. 20. πολλῷ ῥέοντι] Vid. *Plin.* IX. *Epiſt.* 26. *Diodor. Sic.* XVI. 85. et *Caſaub.* ad *Athenaeum* II. 2. *H. Steph. Thes.* III. 679. *Weſſeling.* ad *Diodorum.* De *Pythone* alibi. TAYLOR.

Pag. 273. 8. επωμοσαντο επι των ςρατηγων.] *iureiurando adacti a ducibus*, Wolfius. *Dauanti i Capitani*, Ferrus. TAYLOR.

15. πολλὰ.] πολλὰ ἐγὼ (πολλ' αν ἐγὼ alii) επι τέτων ἔχοιμι δεῖξαι Cod. *Reg.* α. TAYLOR.

16. τέτων.] Nonne deeſt Adiectiuum aliquod, δεινότερα, vel tale quidpiam? MARKLAND.

18. παρ' υμιν.] παρ' υμων forte. TAYLOR.

20. ἔθει τινὶ φαύλῳ.] Verba haec commatibus includenda, vt recte Interpres Italus: *hauete, per vna cattiua vſanza, dato licenza.* — TAYLOR.

24. ἀνταλλαττόμενοι.] αντικαταλλαττομενοι MSS. *Ald.* et *Felician. Ven. Ital. Regii*, α. β. ε. αντικαταλλασσομενοι *Guelph. Vindob.* TAYLOR.

pen. πολεμεῖν, φανερῶς.] πολεμεῖν φανερῶς; ita diſtingue. MARKLAND.

pag. 274. 3. ἐπορεύετ' ἄνθρωπος,] ἐπορεύεθ' ὁ ἄνθρωπος. MARKLAND.

4. ἐκέτι κἂν.] ἐκέτ' ἐν ἀμφισβ. deleto κἂν, plurimi, et rectius. TAYLOR.

6. ἰαμβειογράφος.] Cedo, qui iſtos *ſenarios* Aeſchinis legerit, audiuerit, memorauerit. Non ita eſt:

non. Parum constat, eum Iambos scripsisse: recitasse vero in Scena, ore rotundo, liquet; et multum ad eum quaestum passim *Demosthenem* adlusisse. Scribe ergo, certissima emendatione, ιαμβοφαγος. Aliquoties notaui singularem fidem Cod. *Regii* ε. qui me in hac lectione adiuuit. Adiuuit etiam Etym. M. v. Ιαμβοφαγος, λοίδορος· ἐπειδὴ Ιαμβος ἔμμετρός ἐστι λοιδορία· ὁ φαγὼν ὃν ἐν τῷ στόματι, ὁ ἔχων τὸς ἰάμβους, τουτέστιν ὁ ἔχων διὰ στόματος τὴν φιλολοιδορίαν. μέμνηται Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου, ταχα καὶ παραπαίζων εἰς τὸν Αἰσχίνην, ὅτι τὰ ἰαμβεῖα τῆς τραγῳδίας ἔλεγεν, ὑποκριτὴς ὤν. TAYLOR.

274. 9. ἐπὶ τῷ ἐμῷ ὕδατι.] *Aqua mea ad hoc vtaris licet.* Cicero. MARKLAND.

Ibid. ἐπὶ.] εν plures et meliores, *Guelph. Aug. Vindob.* et α. TAYLOR.

16. ἀμενᾶν.] ἀ μὲν ην ᾶν *Reg.* ε. Illustrat *H. Steph. Thes. L. Gr.* Tom. II. col. 1532. TAYLOR.

20. ἀνάλωσε.] ανηλωσε *Ven. Guelph. Vindob.* α. η. TAYLOR.

Ibid. Αμφισσέων.] τῶν Λοκρῶν τῶν Αμφισσέων. WOLFIVS.

22. πολλᾶ γε δεῖ.] Desunt in *Reg.* η. et *Vindob.* TAYLOR.

27. πατρῷος] De Apolline Patrio, et de hoc loco, plura *H. Steph. Thes. L. Gr.* Tom. III. 94. et *Tourrellius*, praeter eos, qui de Diis gentilium agunt. TAYLOR.

vlt. καὶ εἶπον.] F. εἰ μὲν ἀληθῆ πρὸς ὑμᾶς εἴποιμι (καὶ εἶπον — ἔγνων) εὐτυχίαν μοι δόναι. MARKLAND.

275. 5. ποιῆσαι] γενεσθαι libri saniores. Restituet hic lector mendum operarum, et ἀνόητον pro ἀνόητον rescribet. TAYLOR.

275. 12. τὸν γὰρ κ. τ. λ.] Hexametrum hunc versum non inobseruatum praeterierunt Antiquiores. Vide σχ. *ad Hephaest.* pag. 76. et *Longinum.* Plura de hac re, ad initium Orat. *c. Neaeram.* TAYLOR.

14. ὃς.] ὁ *Felicianus.* Id quod necesse est: et iam *Wolfius* recte vertit. Mox τὰ τῶν Ἑλλήνων πραγματα *Guelph. Aug. Vindob.* et *Reg.* α. qui mire consentiunt in Auctore nostro emaculando: deinde τῶν μεγίστων αἴτιος κακῶν γεγενημενος iidem cum ε. et ζ. TAYLOR.

19. ἄγεις.] εισαγεις *Guelph. Obsop. Ital. Vindob.* cum *Regg.* α. ε. εισαγης *Harl.* TAYLOR.

21. κενὴν.] γρ. καινην α. ζ. κοινην ε. Vid. not. ad *Aesch. c. Ctesiph.* pag. 415. vlt. Adde modo 277. 17. TAYLOR.

27. ἰσοχίαν.] γρ. σωτηριαν *Regii* α. ε. TAYLOR.

pen. θεάσασθε.] θεασεσθε *Ven.* vt connectatur cum ὄψεσθε, ὠφελήσεσθε. Atque ad eam normam *Wolfius* interpretatur. TAYLOR.

pag. 276. 4. ἔπασχε.] Si credamus MSS. *Aug.* et *Lindenb.* hoc erat scholium, non e textu genuino: Ita illi: ἔσχε.] ἔπασχε. TAYLOR.

10. κρατοῦντι.] καιπερ κρατοῦντι. MARKLAND.

11. τὸ τόπῳ.] των τοπων. MARKLAND.

12. ὑπαρχόντων.] πραγματων addit God. η. nescio quo animo. TAYLOR.

15. ἀδέν' ἄν.] ουδενα. MARKLAND.

Ibid. ἀδέν.] Vulgo. ουδενα. WOLFIVS.

Ibid. ουδένα. ita scribunt *Guelph. Vindob.* et *Regg.* α. ε. TAYLOR.

17. παρακρέσασθαι.] παρακρεσεσθαι et παρακρουεσθαι MSS. TAYLOR.

21. τοῦτον.] τουτο. WOLFIVS.

276. 21. τουτο in quamplurimis, ſc. MSS. *Ald.* et *Felician. Ven. Guelph. Aug. Ital. Harl. Vindob.* et *Regg.* α ε. TAYLOR.

23. εἰτηγεῖτο.] εισηγοιτο. MARKLAND.

Ibid. εισηγοιτο Cod. *Aug.* TAYLOR.

25. φυλάξασθαι.] φυλαξεσθαι edidit optimus *Felicianus*, adſtipulantibus Codd. *Aug. Harl. Vindob.* et *Pariſienſibus*, ζ. η. TAYLOR.

pag. 277. 12. ἀδ' ἃ νῦν ἔτος λέγων προφασίζεται.] M. ἔτος προφασίζεται, λέγων ἐκ ἀληθῆ. Ελλειπτικὸν videtur, vt ſubaudias αἰτιωμένων. WOLF.

13. γνώσεσθε.] θεασεσθε *Guelph. Vindob.* TAYLOR.

14. προσκαλέσασθαι.] προκαλεσασθαι dedit *Morelius.* Ita *Ven.* et *Harl.* Sed perperam. Diſtinxi, et his verbis certiſſimos ſuos terminos aſſignaui, in notis ad Orat. *c. Theocrin.* pag. 1324. 8. TAYLOR.

15. συντελέσασθαι.] τελεσασθαι MSti *Guelph. Vindob.* et *Reg.* α. TAYLOR.

16. ἀπὸ ποίας ἀρχῆς;] τίνος ἄρχοντος, ἢ, τίνα ἀρχὴν ἄρχων; Aretinus: *Aut quando?* Melanchtho: *Apud quem magiſtratum citatio propoſita eſt?* Perionius: *Quando?* Meletus: *A quo magiſtratu?* WOLF.

Ibid. *Quo praeditus magiſtratu?* Wolfius. Non arbitror recte eſſe verſum. Credo, hanc eſſe e numero τῶν ἐκκλητῶν δικῶν, vt vocat *Plutarchus*, et alii, vbi inter duas nationes ſiue Reſpub. quae inter ſe diſceptarent, res non bello geritur, ſed prouocatur ad iudicium alicuius tertiae. *Age ergo: Cedo auctoritatem iſtius Reip. quae nos citauit. Non potes.* TAYLOR.

17. κενῇ.] γρ. καινῃ *Reg.* α. TAYLOR.

22. πρὸς τὲς Αμφισσεῖς ἐταράχθη.] Alii επαραχθη. WOLFIVS.

23. ἐταράχθη.] εταχθη *Guelph. Vindob.* et *Reg.* α. TAYLOR.

277. 26.

277. 26. ἡγεμόνα.] ηγεμονίαν *Lambin.* TAYLOR.
Ibid. ἦγον.] F. ανηγον. MARKLAND.

p. 278. 3. εὐθὺς.] καὶ μετὰ ταῦτ' ευθεως ο Φιλιππος *Vindob.* εὐθέως etiam alii, *Guelph.* et α. In quibusdam post εὐθὺς sequuntur haec vocabula, ὡς τᾶτο εἶδον οἱ. De qua varietate proxime agemus. TAYL.

5. ἐρρῶσθαι κ. τ. λ.] Vide notas ad *Demosth.* π. Παραπρεσβ. pag. 419. 12. et quae hic erudite congessit *Tourrellius.* TAYLOR.

7. εὐθὺς.] Ita legunt *Ven. Aug. Vindob.* εἰ μὲν ἦν μὴ μετέγνωτεν εὐθὺς, ως τᾶτο εἶδον, οι Θηβαῖοι, καὶ — Iis quoque Codd. accensendi sunt optimi *Guelph.* et α. ε. ex *Regiis*, in quibus Scriba voce εὐθὺς tam cito recurrente deceptus, posuit post εὐθὺς v. 3. Ni fortasse id debeamus *Variarum Lectionum* Excerptoribus. TAYLOR.

9. εἰσέπεσε.] ενεπεσε MSS. *Ald.* TAYLOR.
Ibid. τότε.] τᾶτο *Aug. Vindob.* Si retineatur τότε, tum operae pretium erit, *Tourrellium*, qui nonnulla non insita, aut iniucunda adtulit, de coniunctione istarum particularum νῦν et τότε consulere. Sed haec omnia optime expediuit et felicissime Vir ingeniosissimus, *Ier. Marklandus*, infra ad pag. 292. 27. Εἰ μὲν ἦν μὴ μετέγνωσαν κ. τ. λ. *Si igitur Thebani non mutassent sua consilia* — ex eo autem, quod mutauerint [νῦν], *tunc eum repressserunt.* TAYLOR.

15. ταράξασα.] Forte πραξασα. MARKLAND.

18. εαρινης πυλαιας.] Fortassis Amphictyones eodem anno saepius conuenerunt. Et [v. 23.] καὶ σπύλαις διαλαβεῖν τὲς ορθς. WOLFIVS.

19. Αμφικτυονων.] Sequitur in nonnullis καὶ τῳ κοινῳ των Αμφικτυονων. Sunt autem *Regiorum* ε. et *Ital. Harl.* cum *Lind.* TAYLOR.

23. ορθς.] Pro διαλαβεῖν τὲς ὄρκους [vti Editi omnes] antiquum ορθς, quae germana lectio est. Fa-

cilis autem fuit lapsus, et ὄρθς in ὄρκθς, literarum adfinitate. OBSOPOEVS. Ορους *V. en. Reg.* η. *Harl. Guelph. Ask.* TAYLOR.

p. 279. 1. καὶ τῷ κοινῷ των Αμφικτυονων.] Idem MS. *Regius*, qui supra insinuauit has voces, 278. 19. post vocem Αμφικτυόνων, hic deleuit. TAYLOR.

6. καὶ τον στρατηγον.] Vtrum ἐτραυμάτισαν, an vero ἔδοξε πρεσβεῦσαι τὸν στρατηγόν? Sed tum τὸ καὶ abundabit. WOLFIVS.

Ibid Scrupulosae et leui emendationi *Wolfianae* merito se opponit *Tourrellius*. Nimis enim arbitrarie et licenter hic se gessit *Wolfius:* neque scio, quid ei in mentem venerit. TAYLOR.

7. των.] εκ τῶν Αμφικτυόνων. MARKLAND.

11. καὶ διοτι.] ἀντὶ τῦ ὅτι. quod et in *Isocratico Archidamo* notaui. WOLFIVS.

18. επι δεκατη.] Infra 288. pen. Σκιροφοριῶνος ἕκτη επι δεκα. Vid. Not. ad *Demosth.* π. Παραπρεσβ. 359. 17. TAYLOR.

19. ὑπήκοον.] Post hanc vocem deficit Cod. *Harleyanus* per plurimas paginas. TAYLOR.

25. ποιεῖν.] ποιεῖ habuit *Benenatus*, quod restituit *Lambinus*. TAYLOR.

p. 280. 3. τοις δημιεργοις.] Τοῖς ἄρχουσιν, ἢ δημαγωγοῖς. Nam Magistratibus apud alias ciuitates alia et nomina fuerunt. WOLFIVS.

5. οι καλεμενοι Οζολαι.] ὅτι ὅλοι ὄζουσιν. Alii Επιζεφύριοι, alii Επικνημίδιοι. WOLFIVS.

10. συναντατε.] μοι inseruit sua auctoritate *Lambinus:* συναντᾶτέ μοι μετὰ τῶν ὅπλων. TAYLOR.

11. επισιτισμον.] Iuuabit conferre hos senarios *Eubuli* ab *Harpocratione* adductos, a *Valesio* autem scite admodum emendatos:

Ημεῖς

Ημεῖς ποτ' ἄνδρας Κεκροπίδας ἐπείσαμεν
Λαβοντας εἰς Υμηττον ἐξελθεῖν οπλα,
Καὶ σιτον ἐπὶ μύρμηκας ημερων τριων,
Ως χρυσοτεύκτε ψήγματος πεφηνότος.

TAYLOR.

280. 13. Βοηδρομιωνος.] Iterum *Corsinius, Fast. Attic. Dissert.* III. §. 21. 22. et *Agonist.* in *Nem.* §. 14. Videamus autem primo Mensium seriem disertissimam, atque eam Anni portionem, quam Vir ille doctissimus his rebus assignat:

Anthesterio. Cui respondet *Februarius* praeterpropter.

Elaphebolio.

Munychio.

Thargelio.

Scirrhophorio.

Hecatombaeo.

Metagitnio.

Boëdromio. circa *Septembrem.*

Videamus porro Rerum gestarum consequentiam.

ANTHESTERIONIS die XVI. Aeschines Pylagoras factus. *Demosth.* 279. 15.

Delphos proficiscitur.

Bellum Amphissense, siue Amphictyonicum, concitat.

Eapropter Graecorum Imperator desideratur.

Id Imperium, Aeschinis astutia, ad Philippum defertur.

Philippus, eam potestatem nactus, socios, hac Epistola, conuocat quasi contra Locros Amphissenses.

Iam robustior factus totius Graeciae dominationem meditatur.

Elateam occupat.

Trepidatur Athenis.
Thebanorum Societas consiliis Demosthenis comparata.

METAGITNIONIS die VII. pugnatum est ad Chaeroneam, atque actum est de libertate Graecorum. *Plutarch.* in *vita Camilli.*

Igitur, vt concludit Vir doctissimus, necesse est, vt exararet Philippus hanc Epistolam inter *Anthesterionis* diem XVI. et *Metagitnionis* diem VII. Non contigit *ante* istam Aeram, quia haec scripsit iam Imperatoris Amphictyonici munere fungens. Neque rursus *post* bellum et infortunium Chaeronense: Non potuit enim eos inuitare ad commune bellum inferendum, Societatis iure, quos iam ipse debellauerat, et libertate fortunisque exuerat. Itaque Epistolam *Boëdromione*, qui *Metagitnionem* mensem, clademque Chaeronensem sequitur, non dedit. Potuit fieri, vt *Hecatombaeone* scripserit; eumque igitur mensem, rationibus quibusdam ad eam rem ductus, in *Demosthenis* Textu reponit. Verum certissimis argumentis euincam, hanc rem contigisse etiam ante mensem *Hecatombaeonem*, qui anteuenit infortunium Chaeronense. Ecce:

Philippus, Amphictyonici belli Imperator factus, primum occulte agit cum Sociis, simulans, se Amphictyonicae causae studere.
Bellum parat contra Locros.
Phocide conuentum statuit.
Subito conuersus, Amphictyonico bello valere iusso, contra Graecos nec opinantes arma vertit, atque Elateam, arcem munitissimam, occupat.

Iam ergo ante captam Elateam, ad Peloponnesenses atque socios literas dedit Philippus. *Demosthenes* enim disertissime scribit, eum, cum haec scripserit, dissimula-

mulatis insidiis, quas Graeciae struxerat, videri Amphictyonica mandata exsequentem: Ταῦτ' ἐπὶ τὴν Ελλάδα, καὶ τὰς Θηβαίας, καὶ ὑμᾶς πράττειν ἀπεκρύπτετο, κοινὰ δὲ καὶ τοῖς Αμφικτύοσι δόξαντα ποιεῖν προσεποιεῖτο. 279. 22. Atque eadem pariter ex literis ipsis Philippi colligimus. Iam autem ELATEA CAPTA EST ANTE MENSEM HECATOMBAEONEM. Nam cum nuncius Athenas de ea re esset perlatus, et tanta facta Ciuium Consternatio, Senatum Coss. indicunt. Deliberantibus visum est consultissimum, vt Thebanos, si qua ratione id fieri potuisset, in societatem contra Philippum adsciscerent. Quae res immortale istud Decretum peperit, vbi Demosthenis Fides et Prudentia explorata est maxime, de mittendis Thebas legatis, conseruatum in hac oratione, verbis expressis, pag. 288. et sequentibus. Id autem S. C. aperte dicitur esse latum *Scirrhophorionis die* XVI. Ergo ante eum mensem, vel saltem eo ineunte, capta est Elatea, adeoque ante *Hecatombaeonem*, qui *Scirrhophorionem* sequitur, exarata haec Philippi Epistola. Nihil hac argumentatione certius esse possit. Itaque non hic reponemus Εκατομβαιωνος, loco τῦ Βοηδρομιῶνος, vt voluit Vir ille clarissimus. Proximum est, vt dispiciamus, vtrum necesse est, vt facesseret, atque e loco suo cederet, *Boëdromio.* Ego omnino aliter statuo. Hae res, non, vt rem reputauit *Corsinius*, intra spatium VIII. Mensium sunt concludendae. Non. Nimirum intra Aeschinis munus Pylagoricum, et res infeliciter Chaeroneae gestas, non VIII. sed XX. Menses intercedebant. Nam Theophrasto Archonte Olymp. CX. 1. missus est Pylagoras; Archonte autem Chaeronda, Olymp. CX. 3. pugnatum est Chaeroneae.

Olymp.

	Olymp.
Theophraſtus	CX. 1.
Lyſimachides	2.
Chaerondas	3.

OLYMP. CX. 1.

Ἐπὶ Θεοφράστου Ἄρχοντος, Πυλαγόρας ὑμεῖς εἵλεσθε Μειδίαν τε ἐκεῖνον τὸν Ἀναγυράσιον καὶ Θρασυκλέα τὸν Λέσβιον, καὶ τρίτον μετὰ τούτων ἐμέ. Aeſch. *c. Cteſiph.* pag. 505. vlt.

OLYMP. CX. 2.

Lyſimachide Praetore captam eſſe Elateam diſertiſſime teſtantur *Dionyſius Halicarnaſſenſis* et *Diodorus Siculus*. Ille *Epiſtol. ad Ammaeum*, hic XVI. 84. Id vero contigit, vt vidimus, iuxta *Scirrhophorionem* ſiue *Iunium*, menſem Anni poſtremum; et eadem aeſtate, anno autem vertente,

OLYMP. CX. 3.

Chaeronda Praetore, pugnatum eſt Chaeroneae: vt omnes norunt.

Ergo menſe *Boëdromione* Olymp. CX. 2. exarari potuerunt literae Philippi, ea nempe aeſtate, quae conſecuta eſt vernum illum conuentum Amphictyonicum, in quo Aeſchines imperium Philippo comparabat, et diutius, antequam Elatea occuparetur, et Philippi conſilia patefierent. Eo igitur errore, ſi fas mihi ſit homini doctiſſimo atque accuratiſſimo erroris dicam ſcribere, eo tamen abreptus eſt *Corſinius*, quod m nus *Aeſchinis* Pylagoricum Olymp. CX. 2. non Olym CX. 1. vt debuit, aſſignauerit.

Attamen diſputatur, *Loum*, Macedonum menſe non *Boëdromioni* reſpondere Atticorum, ſed, qu *Corſinius* voluit, *Hecatombaeoni*. Ecce enim: Na

eſt

eſt Alexander iuxta *Plutarchum* in vita, pag. 7. Edit. Bryan. ἱσαμένῳ μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, ὃν Μακεδόνες Λῶον καλοῦσιν, ἕκτῃ. Et memoriae etiam proditur, quo tempore de filio nato, eodem de victoria quoque Olympica nuncium Philippo adferri. Menſis autem *Olympicus* erat *Hecatombaeo*. Et proinde conſtat, non alium potuiſſe, ſi vellet, *Plutarchum* menſem Atticum Macedonico *Loo* opponere, praeter ipſum *Hecatombaeonem* Sed mihi videntur bene agere ſuperiores illi, aut Dii, aut Diis ſimiles, Chronologi, *Scaligerum*, *Petauium*, *Vſſerium*, *Dodwellum* intelligo, qui diſtinguunt inter Lunares Macedonum et Solares Annos; cuius diſtinctionis ratione habita, fieri potuit, vt *Lous* Macedonicus hac ratione *Hecatombaeoni*, illa *Boëdromioni*, adinuicem reſponderet. Praeterea cum non adeo diſtent *Hecatombaeo* et *Boëdromio*, (vnicus enim Menſis, *Metagitnio*, interſeritur) crediderim ſane, tum ob imperitiam Veterum in rebus Chronologicis Aſtronomicisque, adeoque frequentem intercalandi neceſſitatem, tum vere propter hoc, quod non neceſſe eſt, vt ſupputemus vtrosque Menſes, Athenienſium Macedonumque, pariter, id eſt, eodem die, incipere, et pariter finire (immo contingere videmus in Kalendario Romano, Atticoque, vt vnius Gentis Menſes ordirentur, μεσάντων τῶν τῆς ἑτέρας) his rebus, inquam, adducor, vt crederem, non eſſe opus, vt in Textum *Demoſthenis* grauius aliquod ſtatuamus. Vno Menſe, vel Attico, vel Macedonico, protruſo et promoto, ob accuratiorem calculum introducendum, *Lous*, qui modo *Hecatombaeoni*, iuxta *Plutarchum*, obuertebatur, iam aliquot dieculas cum *Boëdromione* haberet communicatas. Ille ipſe *Plutarchus*, qui in *vita Camilli* Boeotorum *Panemum Metagitnioni* Atticorum adglutinat, pag. 305. Edit. Bryan. Tom. I. idem rurſus, in *Ariſtide*, pag. 315. Tom. II. *Boëdromioni* iſtius Populi

puli reſpondere ait. Verba eius merentur, vt hic a me deſcriberentur: Ταύτην τὴν μάχην (Plataïcam nempe) ἐμαχήσαντο τῇ τετράδι τῶ Βοηδρομιῶνος ἱσαμένῳ κατ' Αθηναίους, κατὰ δὲ Βοιωτὸς, τετράδι τῶ Πανέμῳ φθίνοντος; maxime autem, propter id, quod ſequitur — την δε των ημερων ανωμαλιαν ου θαυμαστεον, οπου και νυν διηκριβωμενων των εν αστρολογιᾳ μαλλον, αλλην αλλοι μηνος αρχην και τελευτην αγουσιν.

Antequam meam Orationem finiam, tria ſunt, quae lectorem admonitum eſſe velim. *Primum* ſit: Cum celeberrimo *Corſinio* miror, perſpicaciſſimos illos viros, quos modo memoraui, arbitrari potuiſſe, Epiſtolam hanc Philippi quidquam cum bello Phocenſi ſiue Sacro habere commune, quod octo ad minimum ante annos confectum erat et concluſum. *Deinde*, cum *Corſinius* duabus contra *Boëdromionem* rationibus pugnet, tum quod Computo Macedonico aduerſetur; tum quod vltra Menſem *Metagitnionem* produci non potuit aut debuit ea Epiſtola, ideoque arbitrabatur, eam Philippum conſignaſſe menſe *Hecatombaeone:* Ego autem *Hecatombaeone* exarari non potuiſſe demonſtraui, verum ante eum menſem, *Scirrophorione* putaſſis, *Thargelione*, *Munychione*, aut demum *Elaphebolione:* Cum haec, inquam, ita ſe habeant, non tamen interea nego, potuiſſe dari menſe quidem *Hecatombaeone*, verum menſe Hecatombaeone anni Olymp. CX. 2., non iſtius, quo res ad Chaeroneam infeliciter erant geſtae. Ego enim Negotio iſti Amphictyonico (idque Monumentorum fide certiſſima) ſpatium annum vltra aſſigno, quam aſſignauerit *Corſinius*. A quo tamen ſemper inuitus diſcedo, quod hominis iſtius inſignem modeſtiam, humanitatem, caeterasque virtutes valde ſum admiratus; tum quod illi ſolertiam incredibilem, atque in his rebus peritiam, longe ſupra meam ſortem modum-

modumque, contigisse videam. *Denique*, (namque erat *Tertium*, quod obseruatum volui) Constat totum hunc computum a nobis esse institutum atque initum, iuxta Aeram Athenienſium *antiquam* et *primaeuam*. Nam Anthesterione, *Februario*, proficiscitur Aeschines ad conuentum *vernum* Delphis celebrandum: *Scirrhophorione*, Philippus Elateam occupat, Metagitnione dimicat, id est mensibus *aestiuis*, *Iunio* scil. et *Augusto*. Ergo Monumenta, quae hic occurrunt, non adripuerunt eum *vulgarem* computum, de quo plura disserui ad pag. 235. 2. et quem ibi adduxi ad has et similes discordias sedandas. Noluerim sane dici, *solerter* admodum tale commentum a me esse excogitatum, et machinam esse vtrinque aptissimam, siue eam adplicuero, siue ab ea adplicanda abstinuero. Verum lector meus bonus et aequus potius et hoc quoque adponet iis rationibus, quibus me olim adductum esse confirmaui, vt existimarem, hanc *Demosthenis* Editionem, qua vtimur, e duabus esse consutam et concinnatam. Adeo saepe, adeo vehementer sibi ipsi contrariatur. TAYLOR.

p. 280. 14. τοις δε μη συναντησασι κ. τ. λ.] Conuerti ex coniectura: *Qui se autem nobiscum non coniunxerint, eos hostium numero habebimus: eos vero, qui consiliis nostris non paruerint, mulctabimus.* Siue pro παυδημεὶ legas πολεμιοις, siue pro κειμένοις, χρωμενοις, ἢ, πειθομενοις, non satis intelligo. Neque etiam placet τοῖς δὲ συμβολοις, *qui nostris* tesseris *vsi non fuerint*. Melanchtho: *Si qui non venient, omnium rebus, vt hostium, vtar: auctores vero, ni ad nos accedatis, mulctabo.* Perionius: *Qui nobis non occurrerint, iis passim vtemur: qui nobis auctoribus communis consilii non assentientur, eos mulctabimus.* Ego me hunc locum non intelligere fateor. Sed si *Scrimgeri* emendationem sequaris, quae eiusmodi est: τοῖς δὲ ημιν συναντήσασι παυδημεὶ,

δημεὶ, χρησόμεθα συμβέλοις· τοῖς δὲ μὴ προσθεμένοις, ἐπιζημίοις, aliquis ſenſus elici ex his verbis poteſt, etſi nec τὸ πανδημεὶ, nec τὸ συμβέλοις, ſatis placet. WOLFIVS.

280. 14. τοις δε ημιν κ. τ. λ.] Edi ſolebat: Τοῖς δὲ μὴ συναντήσασι, πανδημεὶ χρησόμεθα· τοις δε συμβελοις ημιν μη κειμενοις ἐπιζημίοις. Ita *Aldus* et *Benenatus*. Ita *Felicianus* quoque, niſi quod χρωμένοις, loco τῆ κειμένοις. Et MSti ſimiliter, omnes fere, *Ital. Regii*, *Lindenb.* etc. In nonnullis deeſt, vti ſolet, tota Epiſtola. *Dionyſius Lambinus*, dum hariolationi indulgebat, in vno loco non longe aberat: in altero ineptit plane. Τοῖς δὲ μὴ συναντήσασι πανδημεὶ, χρησόμεθα συμβέλοις· τοις δε μη συγκειμενοις, ἐπιζημίοις. Wolfius, *Scrimgeri* auctoritate fretus, primus ſuſtinuit euulgare id, quod, licet longe diſtet a recepta lectione, ad veritatem tamen prope accedit. Certiſſimum eſt tamen, diu inueteraſſe eam, quam damnat *Wolfius* et eiecit. *Vlpianus* enim, dum exponere voluit, ita: Τοῖς δὲ μὴ συναντήσασι] τοῖς μὴ συνελθοῦσι, κολάσομεν κοινῇ συναθροισθέντες. Interea Interpretes: Etruſcus: *E di quelli, che non ci verranno incontro, ne prenderemo partito inſieme con tutto il conſiglio.* Anonymus: *His quidem, qui obuiam ire noluerint, paſſim vtemur: conſiliarios autem, qui a nobis non ſtabunt, damno afficiemus.* Lambinus ſane noluit a ſua coniectura recedere: *Eorum igitur, qui non manu facta et multitudine armata, ſe tamen nobis adiunxerint, conſilio vtemur: qui vero ab hac ſocietate refugerint, eos male mulctabimus.* Denique ſic ſe habebat vetus *Wolfii* Tralatio: *Qui ſe autem nobiſcum non coniunxerint*, etc. vt modo vidimus. Haec ſunt fere, quae lectori ob oculos ſiſterem, vt intelligat, quid omnes, quos conſulere potui, de hoc loco ſtatuerint, ſiue adnotando, ſiue interpretando. Nemo erit, qui dubitet de redintegratione prioris membii,

bri, inuitis *Vlpiano* et Codd. Attamen in posteriori, illud προσθεμενοις nimis audax et temerarium esse crediderim, aliquid tamen erat istiusmodi. Hoc saltem profecimus, vt animum Philippi, qualis fuerit, iam certissime deprehendamus, (quem enim fugere potest?) licet de vocula vna aut altera restiterit lis et dubitatio. TAYLOR.

280. 18. ἄν.] ην *Reg.* ε. Forte vtrumque. τίς αν ην ὁ ταῦτα παρασκευασας; Nam ita scribunt, non συμπαρασκευάσας, *Guelph.* et *Vindob.* TAYLOR.

20. μάλιστα αἴτιος; ἐχ ἕτος; Et [281. 10.] τὰ Φιλίππε πραττοντων. Hoc malo, quam ταραττόντων. Et [19.] καὶ περὶ μεν τῶν ἄλλων πολλάκις ἀντιλέγοντας ἑαυτοῖς, τοῦτο δ' ὁμογνωμονοῦντας ἀεί. WOLF.

pen. ἕτος.] Iterum ην habet idem Cod. ε. Οὗτος ην τῶν φύντων κακῶν αἴτιος. Neque detrimento nostro abest a MSS. β. η. vox ista κακῶν. TAYLOR.

pag. 281. 1. σκόπας.] [Vt *Aldus*] Manifestus error est, cum legendum sit vetusti exemplaris testimonio σκοτος. Quod etiam verborum Sensus requirit. Ait enim, *multis tenebris veritatem Athenienses esse obscuratam.* Fortasse nonnulli Codd. habuere σκεπας, quae lectio esset tolerabilior priore: *multis tectoriis inuolutam veritatem.* OBSOPOEVS. σκεπας *Ask.* TAYLOR.

6. ἀκούσαιτε.] Ita *Wolfius* tacite, renitentibus Editis, qui ακουσετε. Interea *Guelph.* cum *Regg.* α. ε. ακουσατε. TAYLOR.

10. πραττόντων.] φρονεντων MSS. *Ald. Guelph. Aug. Vindob.* et *Regii* α. ε. TAYLOR.

15. γενήσεται.] γενησηται *Reg.* γ. γενηται ε. Quorum hic proxime habet βελευομενος. TAYLOR.

21. τοῦτο.] ως τοῦτο *Regii* Codd. α. ε. ζ. cum *Aug.* et *Vindob.* TAYLOR.

281.22. κίναδος.] κιναιδος *Guelph. Aug. Vindob. Regiorum*que ε. Vide notata ad *Aeſchinem* p. 557. TAYL.

Pag. 282. 22. Ευθυδημος Φλιασιος.] Reſcribe Φιλασιος. Nam Φιλαιδαὶ fuit demus Aegeidis tribus: at Φλιὰς, vrbs Peloponneſi, a qua formatur Φλιάσιος, ea nihil ad Remp. Athenienſium pertinebat. PALMER. Vide *Memor. Coſſon.* pag. 32. TAYLOR.

27. αλλοτριοτητα.] αλλοτριοτατος *Ven.* et *Reg.* ε. Tum erat fortaſſe praeterea ως. Nempe ὡς ἀλλοτριωτάτος. Aliter non bene procederet. TAYLOR.

28. παρεσκευασται.] παρασκευαζεται MSS. *Ald.* et *Felician.* TAYLOR.

p. 283. 5. ενδεχομενως.] ενδεχόμενον *Ven. Ital. Regg.* ε. ζ. η. TAYLOR.

6. και γαρ νυν ὁ κεκριπε βοηθειν εν ὀδενι των μετριων.] Vtrum Philippus, an Populus? Et quid eſt, ἐν ὀδενὶ τῶν μετρίων? Vtrum ὀδαμῶς μετρίως? An hoc vult, *ſi Philippus moderate ſe geſſerit, populum ei non aduerſaturum?* Aretinus magnum fructum cepit ſui codicis, qui neque Leges, neque Decreta, neque Epiſtolas vllas videtur habuiſſe, in quibus non minimum eſt difficultatis. Melanchtho: *Nunc enim eum non decreuiſſe opem ferre in vlla re moderata.* Perionius: *Praeſertim cum ipſe hoc tempore nulla ex parte aequum auxilium ferre cenſuerit.* Meletus: *Nam nunc in nulla re mediocri opem ferre decreuit.* WOLFIVS.

Ibid. Ferrus: *Percioche l'andare hora a dar ſoccorſo, non lo reputa in niun conto per coſa modeſta.* Anonymus Venetus: *Cum adhuc non ſtatuerit, an ſalua modeſtia auxilium ferre poſſit.* Lambinus: *Nam nunc quidem non cenſuit, ne mediocre quidem auxilium eſſe mittendum.* Alius: *Etenim nunc non iudicauit opitulari in vllo mediocrium.* De Interpretibus tantum. In Cod. ε. deeſt εν ante ὀδενὶ, ſcil. ὁ κέκριπε βοηθεῖν ὀδενί. *Tourrellius* non inſcite ratiocinatur de ſenſu huius commatis.

tis. Attamen deploratus valde eſt Textus; neque verba, prout exhibentur, aut illius ſenſum, aut cuiusuis eorum, quos adduximus, interpretationem admittunt. TAYLOR.

283. 9. εκ τ8 δημ8.] Deſiderantur in MSto γ. Potius deſiderari video poſt has voces. Nam vt recenſuit nomina eorum, quos propoſuit Senatus, hic ſequi debuerunt eorum, quos Populus. Sed Acta publica in MStis valde lacera eſſe ſolent. Annon id, mi lector, experti ſumus his pauculis paginis? TAYLOR.

10. αποκρισεις.] αποκρισις. Et rurſus v. 26. MARKLAND.

13. προς ημας αιρεσιν.] προαιρεσιν. WOLFIVS.

20. πεπληγμενοι.] πεπλημμελημενοι *Ven. Regg.* ε. ζ. η. cum *Altemps.*

p. 284. 7. τα.] την iidem MSS. TAYLOR.

12. προθεσεως.] πιτεως MSS. *Ald.* et *Felician.* προαιρεσεως *Reg.* ε. TAYLOR.

17. ὡς ἂν ἂν, εἴ τι γένοιτο.] S. τῶν προτρεπόντων ἐπὶ τὴν ὁμόνοιαν. Aretinus: *Putans fieri nullo modo poſſe, vt cum Thebanis poſthac conſpiraretis.* Melanchtho: *Sperans nequaquam fieri poſſe, vt rurſus vos et Thebani coniungeremini.* Perionius: *Quaſi nunquam, ſi omnia faceret, iam cum Thebanis vnum et idem ſenſuri eſſetis.* Meletus: *Quaſi, ſi quid noui tentaret Philippus, non amplius conſpiraturi eſſetis vos et Thebani.* WOLFIVS.

Ibid. Adiungam et noſtros quoque. Ferrus: *Come che voi e' Thebani, ſe foſſe auuenuto qualche coſa, non aueſſe hauuto a far lega inſieme.* Anonymus: *Quaſi, ſi quid fieret, non amplius Vos et Thebani eſſetis conſpiraturi.* Lambinus: *Proinde, quaſi ſi quid rerum nouarum moliretur, ne tum quidem Vos et Thebani conſenſuri eſſetis.* Tourrellius: *Bien perſuade qu' à quelque entrepriſe qu' il ſe portaſt, Vous et les Thébains vous ne conſpire-*

11. παρωτάμενοι.] Dele punctum post hanc vocem, legendo παρωτάμενοι τὴν Αμφικτυονίαν: *ius Amphictyonicum a Thebanis eripuisse:* vel, *Thebanos iure Amphictyonico priuasse.* Wolfius longe errat in vertendo. Hoc Auctor noster vocat Πυλαίαν, dum infra

de hac ipsa re loquitur, sc. pag. 443. 17. [Θετταλοῖς] τὴν Πυλαίαν συγκαταξήσειν. TAYLOR.

334. 12. τῶν ἐν Δ. ἱερῶν ἱδρυμένην.] ἱδρυμενων. Sed cum vnum Delphicum templum celebretur, aut legendum (κοινῶς) τα ἐν Δελφοῖς ιερα ἱδρυμενου, aut (Αττικῶς) το ἐν Δ. ιερον ἱδρυμενον. WOLFIVS. Nostri tamen Editique omnes constanter, των ιερων — ἱδρυμενων, vel saltem id voluerunt. Nam ἱδρυμένην impressorum quorundam est error tantummodo typographicus. Cod. optimus *Vindob.* sine litura, ἱδρυμενων. TAYLOR.

335. 2. οἰκείαν.] Forte delendum. Et infra, 7. pro ἄλλα rectius πολλα. MARKLAND.

Ibid. ἀδειαν.] Sic fere *Demosth. de Pace*, init. Νεοπτόλεμον, τὸν ὑποκριτὴν, τῷ μὲν τῆς τέχνης προσχήματι, τυγχάνοντα ἀδείας. Vide Orat. *Eubulideam* pag. 1304. 8. TAYLOR.

7. ἄλλα.] Duriusculum istud πρὸς τοῖς αλλοις χρήμασι, καὶ αλλα — παρεῖχεν. Quare doctissimo *Markland.* omnino assentior legenti πολλα. TAYLOR.

8. μελλόντων.] αἰσθόμενος δὲ, οτι μελλοσι πρεσβεύεσθαι πρὸς αὐτὸν Φωκεις, καὶ Θετταλοι, καὶ Θηβαιοι. Ita Codd. meliores *Vindob.* et *Reg.* α TAYL.

14. ἀγωνιστόμενος ἢ θεασόμενος.] Videtur per α scribendum, Aoristo primo medio, quia praecedit ἀπιὼν Ολυμπιάσιν. WOLFIVS.

Ibid. Miror, has turbas dedisse hominem non ineruditum, et sollicitasse lectionem, quae vnice est vera, et ab omnibus, credo, Codd. confirmata. Tum autem bella est argumentatio, quare nimirum sollicitaret. *Quia praecedit* ἀπιὼν Ολυμπιάσιν. Illud est scitissimum. Mi homo! Απιὼν est *Profectus*, non *Regressus*, neque coniungi debet cum Ολυμπιάσι, verum hoc potius cum ἀγωνιστόμενος. Verto igitur liberius: *Phryno Athenis profectus, vt Olympicum vel certa-*

certamen iniret, vel ſpectaculo intereſſet, caetera. TAYLOR.

16. *ἱερομηνίᾳ.*] Feſti praefinitum tempus, non neceſſario menſtruum, vt erudite explicat Cl. *D'Orvillius* ad *Chariton. Aphrodis.* VI. 2. et *H. Steph. Theſ. L. G.* T. I. col. 1647. TAYLOR.

18. *ὅπως.*] *ἵνα* Codd. duo e praeſtantioribus, *Reg. α.* et *Vindob.* Et viciſſim iidem pag. 336. 4. pro *ἵνα, ὅπως.* TAYLOR.

pen. *εἰρήνην ἄγειν.*] *pacem ſeruare.* WOLFIVS. Immo, *pacem redintegrare.* Nam adhuc bellum erat. IVRIN.

336. 6. *καὶ εἰ ἀληθὲς ἐστιν, ἐνέγκαι.*] Forte, *ἥκειν, venturos eſſe legatos.* Sed videtur poni pro *ἀγαγεῖν πρέσβεις*, quo verbo paulo poſt vtitur. *Quod verum ſi eſſet*, (ſc. eum pacem velle facere) *vt legati Athenienſium legatos illius adducerent.* WOLFIVS.

Ibid. Rurſus contra Codd. militat *Wolfius.* Cum in nullo iſtud *ἥκειν* reperiatur, et *ἐνέγκαι* eſt vox ſatis proba in eo ſenſu, quem idem hic aſſignauit. Ni legendum potius *ἐνεγκωσι*, cum *Bodl.* et *Ital.* Sc. *ἵνα μάθωσι — καὶ, εἰ ἀληθὲς ἐστιν, ἐνεγκωσι παρ' αὐτῶν πρέσβεις.* Num potuit apertius? TAYLOR.

7. *ἀπελθόντων.*] Απελθόντων non de *regreſſis* dicitur, vt iterum ceſpitat *Wolfius*, ſed abeuntibus. Quid enim, mi Adnotator? Annon, cum infra v. 16. dicitur *εἰς τὴν Θράκην ἀπερχομένων*, Tu interpretaris *nobis in Thraciam abeuntibus?* Porro autem hic non intelligo huiuscemodi ſyntaxin, *ἀπελθόντων τῶν δέκα πρέσβεων, ἦγαγον κ. τ. λ.* Mirum, ni aliqua exciderint in priore membro Sententiae. TAYLOR.

8. *ὧν.*] *ὧν εις ἦν*, Cod. *α.* et *Vindob.* et deinde *ὧν εἰς ἦν Δημοσθένης*, ſine *καὶ*, *Regii* cum eod. TAYL.

18. *ἰστέον δὲ, ὅτι Δ. ἐκ ἀπῆλθεν.*] Τὸ *ουκ* delendum eſſe conſtat, quod [pag. 394.] ipſe Auctor ait,

se ad redimendos Captiuos denuo cum legatis iuisse. WOLFIVS.

336. 18. Haec tam sicco pede *Wolfium* transire non oportuit. Mire enim in his turbatum est. Constat ex infinitis fere locis, ea legatione functum esse *Demosthenem*. Et ea, quae hic sequuntur, aliter non possunt aut sibi constare, aut rite intelligi. Interea tamen aeque liquet, negatiuam istam particulam in omnibus Codd. tam scriptis, quam prelo excusis, (solo *Reg.* α. forte excepto) solenniter et obstinate exstare, atque ea quidem constantia, vt cedere velle non videatur. Sed de ea re essemus otiosi, nisi maius esset aliquid, quod nos commouere possit. In oratione π. Στεφ. p. 234. exstat disertissimis verbis Demosthenis de hac re Decretum: in quo tam explicate dicitur, quam dici potuit maxime, ad hoc negotium electos esse *quinque* legatos, quorum nomina in decreto continentur: sc. Eubulus Anaphlystius, Aeschines Cothocides, Cephisopho Rhamnusius, Democritus Phlyensis, Cleo Cothocides. De Demosthene altum silentium. Et quidem, quicunque legit *istam* Orationem, fere sentiet, Demosthenem legatum *non* fuisse. Dum ex *Aeschinis* aduersaria contrarium facillime erui posse video: πρὶν ἐπὶ τὴν ὑστέραν ἀπαίρειν πρεσβείαν, τὴν ἐπὶ τὰς ὄρνεις, Δημοσθένην. Ὁ γὰρ μισαλέξανδρος καὶ μισοφίλιππος ὑμῖν ἔτος ἤδη δὶς ἐπρέσβευεν ἐν Μακεδονίᾳ. Aeschin. *c. Ctesiph.* 462. 10. Ita Demosthenes ipse in hac Orat. ὥσπερ ἐπρέσβευσα δὶς, ἔτω καὶ λόγον ὑμῖν δοῦναι δίς. (loquitur de prima et secunda legatione.) Pag. 406. 24. Ita loca fere sexcenta. Vix meum est adserere, aut abiisse eum in ea legatione, aut domi mansisse. Sed pene teneo, quid de hac patientia Codicum, adeo incredibili, et inaudita, sit statuendum. Quod alibi exponam liberius. Interea de hac re cogitent Eruditi. Nec solus sum, quem ea discrepantia in

nume-

numero Legatorum perculit. Iam enim video, iſtis locis in Exemplari *Altempſiano* crucem eſſe affixam: et de ea inconſtantia nonnulla diſputaſſe *Contarenum*, *Var. Lect.* Cap. XVII. TAYLOR.

336. vlt. ἐκάθησαν.] εκαθισαν, παρὰ τὸ καθίζω. Quod cum Actiuum potius, quam Abſolutum, videatur, (neque vero moror deprauatos Codices. Quoties enim Librarii η et ι, et alias cognatas literas permutant?) malim εκαθητο. Et paulo poſt [337. 2.] ἐν οἷς καὶ Κερσοβλεπτην. Et [4.] ηυτρεπισε. Et [18.] παραφυλαξωνται. WOLFIVS. Edebatur enim παραφυλάξονται. Si bene intelligam virum hunc eruditum, nam praeter ſolitum eſt paulo obſcurior, ἐκάθησαν, lectionem inſinceram, ſed ab omnibus confirmatam, propter facilem deprauationem in ἐκάθισαν retrahi iubet: deinde autem, quia vox Actiua huic loco non conueniat, εκαθητο iubet. Non male, quod εκαθητο. Ipſe namque *Demoſthenes* in hac eadem hiſtoria: βραχὺ φροντίσαντες οἱ χρηστοὶ πρέσβεις ἔτοι καθητο ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλας μῆνας. *De* Cor. pag. 235. 21. Caeterum *Wolfium* de Grammatica ſua non oportuit eſſe tam ſollicitum. Εκάθισαν enim tam *Abſolute*, (ſi per hoc *Neutrum* intelligit) quam *Actiue* dicitur. Et ea, propter Codicum quaſi auctoritatem, eſt lectio huius loci. TAYLOR.

337. 2. ἐν οἷς καὶ Κερσοβλέπτης.] Wolfius, *ac praeter caetera, ipſo etiam Cerſoblepte capto.* Rectius, *Cerſoblepte ditione exuto.* IVRIN.

5. στρατιὰν.] Infinitum eſſet recenſere, quot in locis permutentur hae voces Στρατεία et Στρατιά. Idque ante me adnotarunt plurimi. Hic tantum admoneo, vtramuis hic bene conſtare poſſe. Nam, me iudice, et εὐτρεπίζειν στρατειαν, et εὐτρεπίζειν στρατιαν, recte dicitur. Sed illud fortaſſe commodius: Nam *De Corona*, pag. 236. 11. legitur, ἕως ἂν τὰ

τῆς στρατειας τῆς ἐπὶ τὸς Φωκέας ευτρεπη ποιήσαιτο. Vbi minus bene legeremus στρατιας, quanquam et id ſcribitur quoque. Attamen hic *Wolfium* video parum recte alteram in textu, alteram ſignificationem in verſione exhibere. TAYLOR.

337. 16. ταῦτα εἶπε.] Elegantius paulo Cod. *Vind.* ὅτι ταῦτα μεν ελεγε Φίλιππος — ἐμοὶ δὲ εἶπεν κ. τ. λ. TAYLOR.

20. πεισθέντες.] Male *Wolfius* interpretatur, ac ſi tertiam legationem *ſuadebat* Aeſchines. Suadere quidem potuit, ſed non ex his verbis colligitur. Tantum dicitur, quod, dum *Demoſthenes* acta legatorum de pace ineunda improbaret, defenderet autem *Aeſchines*, *vicit huius cauſa et ſententia*, *vnde factum eſt*, *vt tertio mitterentur legati*. Diſtant haec inter ſe plurimum. TAYLOR.

22. Φυλάττει.] Rectius Φυλαττοι cum *Vindob.* Et mox, v. 26. πεισῃ. TAYLOR.

338. 22. ἐξέβαλον.] i. e. Iudices. Εξέβαλον o. l. s. *Bodl.* interea εξεβαλεν, quaſi ad *Aeſchinem* referre voluit. Atque ita *Wolfius* legit et interpretatur, lectore ſuo, id quod minime decuit, non admonito. TAYL.

24. λέγεσι.] ζητεσι. *Lambinus*. TAYLOR.

339. 6. δεύτερον ἐνέκυψε] [vt Editi] ανεκυψε lego. Et [paulo ante] πρὸς σύγκασιν δε τέτε. [Aberat enim] WOLFIVS.

8. τεκμήρια δ' ἐστὶ κ. τ. λ.] Poſt haec verba deeſſe videntur *ea ſigna*. Sequitur enim mox, δι' ὧν ἅμα. Sed ea ex iis, quae ſequuntur, poſſunt intelligi. Paulo poſt [14.] ἄνευ Φωκέων γράφοντι. Et [17.] ἐνέδωκε Φιλίππῳ χρόνον lege. Et [22.] μιᾷ μὲν, ὅτι Θηβαῖοι ἀπολῶνται. Et [25.] σώσειν γὰρ αὐτὸς χάριν τῆς πόλεως, vt habet *Felicianus*, aut, σώσειν γὰρ αὐτῶν τὰς πόλεις ἐπηγγείλατο. Et [340. 2.] πρεσβευσαμέ-

βευσαμένων περὶ αὐτῆ τῶν Αμφικτυόνων. Et [8.] ἁλόντων Φωκέων μετὰ τὴν ἐξωμοσίαν. WOLFIVS.

339. 8. Quid hic praeſtitit *Wolfius*, melius diſcetur ex VARIIS LECTIONIBVS, ad calcem operis. Quaedam tamen ſunt hic dicenda. Voces illae 339. 10. δι' ὧν — συγγνώμην cum Cl. *Marklando* parentheſi ſunt includendae; quod difficultatem huius loci aliquatenus leuabit. Ita enim quodammodo fluet Oratio: τεκμήρια δὲ (ſc. ſigna, ſiue argumenta prioris Quaeſtionis) — τὰ μὲν ἐκ τῶν παρειμένων — τὰ δὲ etc. Deinde 17. pro χρόνῳ, accuratiores Editiones, *Manutii* ſc. et *Feliciani*, vti reſtituit cum *Lambino Wolfius*, diſerte χρονον. Proxime autem, [25.] neque cum *Aldo* et *Benenato* σώσειν γὰρ αὐτὸς τῆς πόλεως, neque cum *Feliciano* et *Manutio* χάριν τῆς πόλεως, neque cum *Wolfio*, σῶσειν γὰρ αὐτῶν τὰς πόλεις, verum cum *Bodl.* Cod. *Reg.* α. *Ital.* et *Vindob.* σώσειν γὰρ αὐτὸς τη πολει ἐπηγγείλατο. Demum [340. 8.] μετα rectè, non ἐπὶ, cum Codd. et Impreſſis emendationibus, *Lambino* ſimiliter ita coniectante. Nihil agunt illi, qui παρα ſubſtituunt. TAYLOR.

18. στρατείαν.] Lege στρατιαν, vti pag. 337. 5. πυτρέπιτε τὴν ἐπὶ Φωκέας στρατιαν. Mox [19.] lege εξεπιτηδες. MARKLAND.

20. Θηβαῖοι.] Deeſt in Impreſſorum plurimis. Reſtituerunt cum *Wolfio* Codd. *Reg.* α. *Altemps.* aliique. TAYLOR.

27. εἵληφεν.] ὅτι χρηματα εἵληφεν *Reg.* α. et Cod. *Vindobonenſis*. TAYLOR.

340. 9. ὅτε καὶ φυλάξασθαι αὐτὸν ἐχρῆν.] E verbis *Demoſthenis* legendum videtur ὅτε καὶ φιλος εναι αυτω εφη. WOLFIVS.

Ibid. Quid hoc, mî homo? Cur hortaris, vt tuam fidem ſecuti tam longe a Codd. atque a Veritate ipſa aberraremus? *Metuendum eſſet Aeſchini*, inquit Scri-

ptor, *a Thebanis, praesertim si iter susceptisset sine auctoritate publica.* Olim enim, eo tempore, quo legationem suam renunciauit, aiebat, se, propter fidem patriae suae praestitam, a Thebanis fuisse proscriptum et proclamatum. Πάνδεινον igitur est, (vt ait *Demosthenes*, pag. 380. 8. de hac ipsa re, quae hic tractatur) ἀπηγγελκότα, ὡς ἐπικεκήρυκται χρήματα αὐτῷ ἐν Θήβαις, ἐπειδὴ Θηβαῖοι πρὸς τῷ τὴν Βοιωτίαν ἅπασαν ἔχειν, καὶ τῆς Φωκέων χώρας ἐγκρατεῖς γεγόνασι, τηνικαῦτα εἰς μέσας τὰς Θήβας, καὶ τὸ τῶν Θηβαίων στρατόπεδον βαδίζειν. Iam iudicet aequus lector, vter e *verbis Demosthenis* (nam ad verba *Demosthenis* prouocauit) veram lectionem stabiliuerit, Ego, an Professor Francofurtensis? TAYLOR.

340. 10. λόγε.] Incaute scribitur ab *Vlpiano* (nam haec *Vlpianus*) λόγε, qui prius scripserat, ζητήματος. *Accusatio* haec, siue *Oratio*, duas continet *quaestiones*. Vid. pag. praeteritam, v. 6. Mox cum MSto *Vindob.* restituas τὸ ισχυρωτατον. TAYLOR.

11. ἐπαγγελία.] Permiscerī saepissime a Librariis, inter describendum, voces Απαγγέλλειν et Επαγγέλλειν, id quidem adnotatur a multis. Vid. Cl. *D'Orvillium* ad *Charitou. Aphrodis.* pag. 413. *Albert.* ad *Act. Apost.* XXIII. 21. Nihil potest istius rei illustrius proferri exemplum, quam quod occurrit in *Vlpiano*. Dum commentatur ad pag. 359. 2. huiusce Orationis, επαγγελλομενου καὶ ὑποσχομένε τὴν σωτηρίαν Αἰσχίνε, haerebat ibi in *Lutecianorum* primo απαγγελλομενου. Haerebat, inquam, et ita credere fas est. Nam *Benenatus*, dum eam varietatem lectionis in margine adnotare voluit, (adeo procliue erat in his vocibus describendis errare) pro varia, istud Επαγγελλομένου Auctoris sui iterum repraesentauit. Cum autem per totam hanc Orationem potissimum in cognatis his vocabulis et peccatum est maxime, et tamen quam minime

nime oportuit, venia dignus cenſebitur, qui id vtique negotii diligentiſſime et accuratiſſime excutiet: praeſertim cum ea varietate referta ſunt Exemplaria non ſolum ex imperitia deſcribentium, qui in ductu literarum hallucinabantur, verum etiam aliquando ex temeritate ſanare meditantium: vti accidit *Brodaeo*, quem vide ad *Aeſchinem* in *Defenſione ſua*, pag. 292. Not. 85. απαγγελλειν igitur, vox intra limites vnius fere ſignificationis contenta et concluſa, nihil dicit, niſi *Renunciare*, id eſt, *ſimpliciter enarrare*, *quae geſta ſunt*, *et quo modo*. Οὐδὲν ἔᾳον, vt ſcribitur apud *Aeſchinem*, p. 231. 4. ἢ πρεσβείαν απαγγειλαι. Sic, εἶναι ταῦτα ἀληθῆ, ἃ ἔτος απηγγειλε πρὸς ὑμας, infra pag. 358. 3. Et pag. 346. 20. πάντα τἀληθῆ πρὸς τὴν βουλὴν απηγγειλα. Et pariter, p. 359. 1. ἁπάντων ἐναντίων, ὧν πρὸς ὑμᾶς ἔτος απηγγειλεν. Adde p. 342. 16. ib. 20. 361. 2. et 7. etc. Infinitus enim eſſem, ſi exempla coaceruarem: neque opus eſt multis. επαγγελια interea (I.) de eo dicitur, *qui aliquid in ſe praeſtandum ſuſcepit*, *qui ſponte agit*, *non coactus*, *aut inuitus*. Ita *De Corona*, pag. 271. 7. Αντιφῶντα, ὃς επαγγειλαμενος Φιλίππῳ τὰ νεώρια ἐμπρήσειν. Sic *adu. Leptin.* p. 460. 27. ὁρῶν — σπανίζοντα τὸν δῆμον χρημάτων, τάλαντον ἔδωκεν αὐτὸς επαγγειλαμενος, i. e. *vltro*, *ſponte ſua*. Vid. *Wolf.* ad locum. Similiter fere *De Corona*, 263. pen. ὧν μέντοι γε ἐκ τῆς ἰδίας ἐσίας επαγγειλαμενος δέδωκα. Inde aliquoties, cum quadam plenitudine dicitur, αυτεπαγγελτους, ἐθελοντὰς, vt *De Coron.* 247. 24. Et profecto non ſolum modo cum plenitudine, ſed tanta ſimilitudine etiam, vt nonnulli poſteriorem vocem, pro Gloſſa damnatam, eiicere non dubitarent. (II.) Deinde ſignificat *Polliceri*, *Fidem dare*, et *Se obſtringere ad aliquid praeſtandum*. Ita Noſter in hac Oratione, p. 356. 9. ἐπαινέσαι Φίλιππον, ὅτι επαγγελλεται τὰ δίκαια ποιήσειν·

ἀλλ' ἀδὲν ἐκεῖνός γε επηγγελλετο, ἀλλὰ τοσάτε γε ἔδει επαγγελλεσθαι, ὥστε — Ita in *Argumento Philipp.* II. διαβάλλεσιν αὐτὸν — ὡς επαγγελλομενον αὐτοῖς πολλὰ καὶ μεγάλα, ψευδόμενον δέ. Atque iterum ibid. Οὔτε γὰρ ταῖς ἐπιστολαῖς ἐνέγραψεν ὁ Φίλιππος επαγγελιαν ἀδεμίαν ἀδὲ διὰ τῶν ἰδίων πρεσβειῶν ἐποιήσατό τινα ὑπόσχεσιν. Sed pergo ſuſtinere Lexicographi perſonam. επαγγελλεσθαι in III. et leuiter inflexo ſenſu, eſt *operis formam proponere; rem ſeu argumentum futurum delineare;* et *rationem inſtituere iſtius, quod eſſet exſequendum.* Οἶμαι τοίνυν (inquit Noſter Philipp. I. p. 44. 13.) ἐγὼ ταῦτα λέγειν ἔχειν, μὴ κωλύων, εἴ τις ἄλλος (lege αλλο) επαγγελλεται. *Unleſs ſome one has another Plan.* Exemplum eſt ſatis notabile in *Hermogene* III. *de Inuent.* his verbis: εὗρον τὸν ῥήτορα, εἰ μὲν ἀπατήσειν μὴ μέλλοι τὰς δικαστὰς, ἀλλὰ πληρώσειν τὴν επαγγελιαν καθαρῶς — τῆς μνήμης οὔσης ἐναύλε τῆς κατὰ τὴν επαγγελιαν, μηδὲν ψεύδεσθαι δοκεῖν, ἀλλ' ὡς επηγγειλατο τιθέντα τὴν κατασκευὴν, ἕτως — δοκεῖν δικαίως μὲν επαγγελλεσθαι, τὴν επαγγελιαν δὲ παρ' ἀδὲν τίθεσθαι — εἶθ' ἕτω — ἐξελθόντα τὴν επαγγελιαν — καὶ ὅλως τὴν τάξιν τῆς επαγγελιας συγχέας, ἀχ ὡς επηγγειλατο, κατεσκεύασεν. Porro autem επαγγελλεσθαι (IV.) eſt *Petere*, ſiue *Rogare.* Dubitare nos non ſinit *Vlpianus:* Τὸ μὲν Επαγγέλλεσθαι αἰτειν σημαίνει. Rurſus ille: Επαγγελίαν] Πρόταξιν, ἢ αἴτησιν. Et rurſus: Επαγγείλασθαι] ἀντὶ τῦ αἰτησαι. Quae Gloſſae reperientur omnes ad hanc ipſiſſimam Orationem, in qua verſamur. Et notauit *Suidas*, eo ſenſu reperiri iſtam vocem in Cauſa π. παραπρεσβ. ſed locum non memorat. Oſtendam: Pag. 401. 15. ἐξιῶν [Philippus] αὐτὸς — ἤρετο Σάτυρον τετονί, — τί δὴ μόνος οὐδὲν επαγγελλεται; *cur ille ſolus nihil poſtularet* — εἰ πᾶν δὲ φασι Σάτυρον — ἃ ἂν αὐτὸς επαγγειλαιτο ἡδέως.

ἐᾶτα

ῥᾴξα μέν ἐσι κ. τ. λ. Et forte in ea ſignificatione eſt vox accipienda rurſus in hac Oratione, pag. 354. 11. κἂν ἄρα εἴπητε καὶ προαχθῆτε ὑμεῖς ἐπαγγείλασθαι: vt plenius confirmaui ad locum ipſum. Et praeterea ita ſumi debere exiſtimauit *Vlpianus* in his quoque verbis, pag. 350. 17. δὸς δέ μοι τὸ προβέλευμα, ὃ πρὸς τὴν ἐμὴν ἐπαγγελιαν ἐψηφίσατο ἡ βελὴ, cum interpretatur πρόταξιν, ἢ αἴτησιν. Ibi tamen rectius ſcribas ἀπαγγελιαν, vt pariter mihi confirmaſſe videor. Vltimo denique (V.) ἐπαγγελια eſt Vox Iuridica: Δοκιμασίαν, inquit *Aeſchines c. Timarch.* pag. 56. 12. ἐπαγγειλατω Αθηναίων ὁ βελόμενος. Plurimis expoſuit Scriptor eruditus ad *LL. Atticas* Lib. III. Tit. III. Sed hoc extra oleas. Iam ſi haec adeo diſtincta ſint, in ſuo vnumquodque ſignificatu, quid, inquiet aliquis, Te monitore opus eſt? Vel coecus viderit, vbi τῷ Απαγγέλλειν locus ſit, et vbi τῷ Επαγγέλλειν viciſſim. Cui Ego: Mane, inquam, nondum ea res tranſacta eſt et expedita. Accidit enim, vt *Aeſchines* in *renuncianda* legatione, qua functus eſt, dum απηγγειλεν ea, quae geſſerat, Philippi quoque nomine *ſponderet*, *polliceretur*que, (επηγγελλετο) quae ille alter erat praeſtiturus. Vnde factum eſt, vt non ſolum enaſcerentur iſtae turbae, quas in initio huius Notae memoraui, ex ſimilitudine harum vocum in MSS. verum etiam aliquando eſſet difficile, vel ſummo homini et acutiſſimo, diiudicare, vtram poſtularet loci ſententia. Verbi gratia, cum in pag. 357. 22. dicitur: οἱ μὲν Φωκεῖς, ὡς — τὴν απαγγελιαν ἐπύθοντο τὴν τότε, καὶ τὰς ὑποσχέσεις — Ecquis eſt, qui hanc lectionem aſſerturus eſt contra membranas *Vin.* et *Harl.* contra Impreſſores, *Aldum* et *Morelium*, quorum vterque excudit επαγγελιαν? Quod ex iis, quae dixi, aeque commode intelligi poteſt: quoniam iſti *Renunciationi* Aeſchinis inerant quoque quaedam *Pollicitationes*. Ita quando-

que

que coniunguntur επαγγελια et υποσχεσις, vt in loco prae manibus: ἔστι δὲ — ἃ μάλιστα ἀντέχεται, ἡ επαγγελια, καὶ ἡ υποσχεσις Αἰσχίνης. Et similiter pag. 349. 3. huiusce Orationis: μεμνημένοι τὰς υποσχεσεις — καὶ τὴν επαγγελιαν. Vt pag. 397. 3. ταῖς υποχεσεσι καὶ τοῖς επαγγελμασι τοῖς τότε καταληφθέντας τότε. Ita etiam recte coniungi posse videntur, Απαγγελια et Υπόσχεσις: vt exeunte fere Oratione, pag. 445. 15. ἕτοιμοί εἰσι τοιαῦτα απαγγελουσι παρ' ἡμῶν, καὶ υποσχήσονται. Legimus etiam p. 363. 27. πάντων τῶν πεπραγμένων ἐκστάντα, ὧν ἀπηγγειλεν, ὧν υπεσχετο, caetera. Statuere igitur non semper erit facillimum, (id enim agebam) quonam modo scribendum fuerit. Duo insigniora loca proferam. Dicitur p. 346. 21. ἀπὸ τῶν πρώτων ελπίδων ἐκείνων, ὧν ὁ Κτησιφῶν καὶ ὁ Αρισόδημος απηγγειλαν πρὸς ὑμᾶς. Duriuscule quidem *Spem* aliquis *renunciare* posse videtur: Renunciamus enim ea, quae gesta sunt, non ea, quae ventura. Interea ἐπαγγέλλειν, *spem polliceri*, *spondere*, aut *mentibus auditorum subiicere*, paulo esset elegantius. Et tamen Codd. obstinate et morose defendunt lectionem receptam. E contra in illa *De Corona*, p. 238. 19. Αρ' ἐπὶ ταύταις ταῖς ελπισιν ἐποιεῖσθε τὴν εἰρήνην, ἢ ταῦτ' επηγγειλαθ' ὑμῖν ὅστις ὁ μισθωτός; Vide, mi lector, in vtroque loco, cum res sint prope *pares*, constantiam Codd. in *diuersa* locutione. Verum extra ea, quae recitaui, generaliter quidem neminem paulo attentiorem fugere potest Lectio vnice vera. Exempli gratia: cum scribitur 364. 10. ὁ γὰρ ὡς εἰ μὴ διὰ Λακεδαιμονίους — ἐχ ἕτω τότε απηγγειλεν, quisquamne est, qui Cod. vnius *Veneti* auctoritate moueretur, vbi exaratur επηγγειλεν? Vicissim cum *Morelius* et *Wolfius*, p. 396. 11. dederunt, λαβὼν ἐξιόντα ἐκ τῆς Φιλίππου σκηνῆς, ἐμοὶ τὸν παῖδα ἐκέλευσεν επαγγελλειν, ecquis erit, qui non Editorum, MStorumque,

que, exceptis forte *Parisiensibus*, omnium auctoritatem adriperet — τὸν παῖδα ἐκέλευσεν ἀπαγγελεῖν? Atque haec hactenus. TAYLOR.

340. 17. ὡς ἐν ἀληθείᾳ συνδραμόσης.] Forte, εἰς ἓν ἐγκλημα συνδραμόσης. WOLFIVS. Audacter sane: feliciter, necne, non possum dicere. TAYLOR.

18. δύο λαβόντες.] Forte δύο ὑπολαβοντες εἶναι ἐγκλήματα. WOLFIVS.

23. Post νόημα nonnulla leguntur in Codd. *Regg.* et *Ven.* et prelo dedit *Benenatus*; quae repetuntur initio Scholiorum. Nam cum iis hoc Argumentum, ab eodem nimirum Auctore profectum, olim connectebatur. Et sane satius esset, vt Argumentum desineret saltem in voce τεθαῤῥηκότα. Certe non in νόημα, sensu imperfecto. Mens enim haec est Vlpiani: συγκρυσικὸν ἂν εἴη τὸ νόημα ἐκ διαβολῆς τῆ τε αἰτιδίκῃ καὶ τῶν συνηγόρων, etc. vt in scholiis continuatur. TAYL.

WOLFII ET TAYLORI ANNOTATIONES AD ORATIONEM DEMOSTHENIS ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΠΡΕΣΒΕΙΑΣ.

Λογος.] Titulo addunt κατ' Αισχινῃ Cod. *Lind.* et *Aug.* Hic destituimur ope et auxilio *Vindobonensis*; in quo seruatur solummodo Argumentum cum scholiis, Oratio ipsa deficit.

Pag. 341. 2. παραγγελία.] Vid. p. 432. 11. *Harpocrat.* et *Vlpianum.* Hanc vocem et hunc locum satis illustrat *Chrisloph. Rufus* in *Antexegem.* apud *Gruter. Thesaur. Crit.* Tom. II. TAYLOR.

341. 9.

341. 9. ἐνθυμέμενος.] Ita *Benenatus* incorrecte: ενθυμεμενες caeteri plerique, vt *Man. Fel. Harl. Cant. Bodl. Obſop. Ital.* Nimirum ea conſtructione, quae dixit *Aeſchines* in eadem cauſa, iuxta init. Δέομαι υμων — ἐθελῆται — υπολογιζομενους κ. τ. λ. Vid. IND. LYSIAE, ANTIPTOSIS, et Cl. *Marklandum* ad finem huius ce Orationis. Sic ſcribunt plerumque: Δέομαι — υμων — εὐνοϊκῶς ἀκροᾶσθαι — προσεχοντας τὸν νῦν. Noſter *c. Macart.* init. Aliquando laſciuiunt: Ita *De Coron.* pag. 289. 25. δέδοκται τῃ βουλῃ καὶ τῳ δημῳ — ευξαμενες καὶ θυσαντας τοῖς θεοῖς — καὶ ενθυμηθεισι τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς — διανοίας ναῦς καθέλκειν. Si locus iſte ſanus ſit. TAYLOR.

15. ἀεικλογίαν.] Vox iſta *Demoſthenica* fere. Nam ſecundum *Genethlium*, qui fuit inter antiquos *Demoſthenis* Commentatores, σπανίως εὑρίσκεται παρ' ἄλλῳ. Occurrit iterum in *Eubulida*, pag. 1306. 27. Vide *Harpocrat.* et *Suid.* in v. TAYLOR.

Ibid. προτεινομένους.] *Suid.* v. Προβάλλεσθαι, hunc locum Auctoris noſtri reſpiciens, προβαλλομενες legit, et exponit per προτεινομένες. Προβάλλεσθαι — ὁ ῥήτωρ. Τὴν ἀεικλογίαν ἐρῶ προβαλλομένους, ὅπερ ταὐτὸν τῷ προτεινομένες. Vnde ſuſpicantur, vocem veram, προβαλλομένες, a gloſſa ſua hic eſſe loco auito excluſam, vt ſolet aliquando fieri. Sed hic in Codd. altum vbique ſilentium. TAYLOR.

16. τάτων.] Vel fortaſſe τατε cum *Ven. Obſop. Ital.* et MSS. *Felician.* TAYLOR.

18. ἀνήρηκε.] Vide modo, quae protuli, vt confirmarem, hanc vocem, etiam latiſſime ſumtam, nimirum de vltimo ſupplicio, bene conſtare poſſe cum ea *Infamia*, qua ſola plectebatur Timarchus. Sed non neceſſe eſt tam inclementer et rigide interpretari, verum de *exſilio* fortaſſe, aut poena leuiori. Atque id cautum a *Suida* video, ſi hunc locum reſpexerit.

Reſpe-

Reſpexiſſe autem credo: Ἀνήρηκεν, ἀντὶ τοῦ ἐκποδὼν ἐποιήσατο. Δημοσθένης. καὶ ἀντὶ τοῦ ἐφόνευσεν. Id eſt, Ἀνήρηκεν eſt aliquando Ἐφόνευσεν, ſed non in illo loco *Demoſthenis*. Adiicere liceat σχόλιον ad marginem Exemplaris *Altemps*. Ἀνήρηκε] Ὑποποιησάμενος ἐπεξόμισεν. TAYL.

341. 20. ἀσυμφορώτατον.] βαρυσυμφορωτατον marg. *Bene i. Vlpianus* item in σχ. vbi ἀσυμφορώτατον pro varia lectione. TAYLOR.

342. 6. ἀποκρύψομαι.] Similiter *Philipp.* II. verſus finem: ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐκ αποκρυψομαι. Sed, neſcio quo conſilio, ſaepiſſime in Codd. manu exaratis vocem iſtam praefocauit illa altera ἀποτρεψομαι: Vti hic in optimo *Reg.* α. in *Harleiano* itidem, a manu ſecunda, quaſi a cura ſecunda. *Vlpianus*, γράφεται γὰρ καὶ αποκρυψομαι. Proinde quaſi ius et Poſſeſſio commendaſſet ἀποτρεψομαι. Plura ad initium *Timocrateae*. TAYLOR.

11. ἐμπεποιήκει.] F. ἐμπεποιηκεν. MARKLAND. Et *Lambinus* quoque. TAYLOR.

13. σκέψαισθε.] Pro εἰ σκέψαισθε, etc. σκεψασθε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς — καὶ λογισασθε Codd. *Regii* α. ε ζ verbis imperatiuis. Accedunt alii, λογισασθε *Obſop.* λογισεσθε *Harl.* Receptam lectionem tuetur *Hermogenes de Inuentione*, T. III. non longe ab initio. TAYL.

19. τούτων.] τί δή ποτε τούτων εκαστα; *Regg.* α. β. ε. ζ. η. *Aug.* et *Harl.* TAYLOR.

23. τὰς δὲ συμβολίας κ. τ. λ.] Secundum iam hoc caput, et reſpondet ſuperioribus, δεύτερον, ὧν ἔπεισε, v. 16. Quod non animaduertens *Wolfius* inficete perquam vertit: *legatorum* enim *conſilia veriora eſſe putatis*. TAYLOR.

pen. προσήκει διωκηκέναι.] Poſt haec verba Ratio tertiae huius Propoſitionis reddi debuit, quemadmodum in caeteris quatuor factum eſt. Sed haec incuria Scribae excidit. MARKLAND.

342. pen.

342. pen. Neque quinque iſta membra, (Vid. v. 16. et ſqq.) in quae diuiditur Criminatio *Demoſthenis*, ſatis recte aut accurate recenſentur a *Quintiliano* IV. 4. his verbis: *Singula ex pluribus colliguntur: vt cum Legatio male geſta obiicitur Aeſchini, quod mentitus ſit, quod nihil ex mandatis fecerit, quod moratus ſit, quod munera acceperit.* TAYLOR.

343. 5. ἢ μὴ.] Melius Interrogatiue, ἀλλὰ μὴν ὑπέρ γε τῶ προῖκα, ἢ μή; Ita modo 342. vlt. antecedens caput adduxit ſimiliter; τῶν δὲ τῶν χρόνων διατί; Interpres interrogatiue quaſi dedit, ſed non ſatis accurate. TAYLOR.

Ibid. τὸ μὲν.] F. ὅτι τὸ μὲν. MARKLAND.

12. τῇ πόλει.] Codd. duo, ε. et η. μένειν ἐν τῇ πόλει. Quod facile excidere poterat, Verſio Etruſca: *non puo piu eſſer ſicuro giudice di quel che gioui alla citta.* TAYLOR.

27. τὰς πολλὰς.] Reſcribe εὖ οἶδ', ὅτι πολλὰς, ſine articulo: vt ſaepe alibi loquitur. Verbi gratia, infra p. 346. 17. in ſimili ſenſu ſcripſit, ταυτὶ πολλοὶ συνίσασιν, ἃ μέλλω λέγειν, non οἱ πολλοί. Quod alia res eſt. Et deeſſe video articulum in optimis fere exemplaribus, *Reg.* α. et *Harl.* TAYLOR.

344. 7. Ισχανδρον.] Ambigue, ni diſtinguatur poſt Ισχανδρον, h. m. ἔχων Ισχανδρον, τὸν Νεοπτολέμῳ δευτεραγωνιστὴν, etc. MARKLAND.

Ibid. *Harpocr.* v. Ισχανδρος, *Mauſſacus*, aliique de Iſchandro multa; qui tamen omnes locum hunc non expediunt. Credo quidem, Iſchandrum fuiſſe hiſtrionem, Neoptolemi, non filium, ſed miniſtrum, τὸν Νεοπτολέμῳ, Aeſchinis vero δευτεραγωνιστὴν, ſc. qui Aeſchini ſuccenturiabatur, et in hac quaſi Fabula ſecundas partes agebat: alluſorie ſcil. ad *Aeſchinis* artificium et quaeſtum, vt *Demoſthenes* frequenter hominem exagitat, et *Lipſianus* diſerte adfirmat hic eum exagi-

exagitasse. Pungeigitur, si haec vera sint, ἔχων Ισχανδρον, τὸν Νεοπτολέμε, δευτεραγωνιςὴν, etc. Neque interea sum nescius, *Aeschinem* ab *Harpocratione* dici Ischandri succenturiatorem, non Ischandrum Aeschinis. Sit ita sane. Sit Aeschines secundarum vel etiam tertiarum partium Actor in Fabula, sub Ischandro. At constat ex pag. 438. 11. Aeschinem hunc hominem ex Arcadia duxisse, quem Ciuitati amantissimum venditabat, eique secundas partes in *Rep.* detulit, nimirum quas in *Scena* agebat ipse. Neoptolemus Histrio erat ea aetate celeberrimus. Vid. Argumentum *Vlpiani* huic Orationi praemissum, *Demosth. de Pace*, rursus *c. Eubulid.* p. 1304. 8. TAYLOR.

344. 10. τὲς βελευομένες.] Videtur deesse Ελληνας inter has voces, vt pag. 348. 3. et passim in Orat. *c. Ctesiph.* MARKLAND.

11. ἀπαγγέλων.] Notabilis est lectio, non tamen verissima, quam repraesentauit, huius loci, *Dionys. Halic.* exscribens in *Arte Rhetor.* VIII. 6. per binas fere paginas Editionis nostrae: scil. πείσας ὑμᾶς — καὶ ἀπαγγέλων. Μετὰ ταῦθ' ἥκων ἐξ Αρκαδίας, τὲς καλὲς ἐκείνες καὶ μακρὲς λόγες ἐν [sine ἓς] τοῖς μυρίοις κ. τ. λ. Concoquere ista potuerunt homines parum sagaces. Sed tum, quid de *Megalopoli* statuendum est, cum *iam* res *Athenis* agi videtur? Nimirum ista ἐν Μεγάλῃ πόλει dissimularunt hoc pacto, sc. ἐν τῇ μεγάλῃ βελῇ. Istud est sapere! TAYLOR.

Ibid. Ita distingue: καὶ ἀπαγγέλων μετὰ ταῦθ', ἥκων ἐξ Αρκαδίας, τὲς καλὲς κ. τ. λ. MARKLAND.

13. μυρίοις.] *Harpocratio* in v. Μύριοι, iterumque in Ιερώνυμος locum hunc illustrabit. Hieronymus iste Arcas erat, a Philippo corruptus, et, vti ex *Vlpiano* hic discimus, e Schola *Isocratis*. Μύριοι erat Concilium Arcadicum, sub quo Resp. gerebatur. Constitutum autem erat, vt ex *Diodoro Sic.* discimus,

Olymp. CII. 3. Plura *Valeſius* ad *Harpocr.* et *Kuſter.* ad *Suid.* TAYLOR.

344. 21. Κτησιφῶντος.] Forte Κηφισοφωντος. Anonymus quidam in Argumento ſcribit, Cteſiphontem Phrynoni legatum adiunctum fuiſſe. Vtcunque ſit, videtur alius ab eo fuiſſe, cuius decretum defendit Demoſthenes. WOLFIVS.

Ibid. Cteſipho quidem nomen erat huic homini, et quidem alius ab iſto Cteſiphonte, in quem poſtea inſurgebat *Aeſchines.* Haec *Wolfium* docere poterat *Harpocratio* in v. qui conſuli debuit. Hic cum Ariſtodemo et Neoptolemo coniunctus, non tamen Hiſtrio fuit, vt *Vlpianus* recte praecaueri voluit. TAYLOR.

25. πεπιστευκότων.] εμπολησοντων Lambinus. ἀχ ὡς τῶν ἀποδωσομένων τὰ ὑμέτερα, ἀὸ ὡς τῶν εμπολησοντων τῷ Φιλίππω. Quem non recte intelligo. Scholiaſtes quidem noſter in gloſſis: Αποδωσομένων] ἤγαν ἐμπολησόντων. Atque id credo voluiſſe *Lambinum.* TAYLOR.

345. 7. τῇ προτεραίᾳ τῶν ἐκκλησιῶν.] Sub. ἡμέρᾳ. *Pridie Concionum: eo die, qui Pop. conuentum anteceſſit.* Sed, quia additur ἀναστὰς, et non fit mentio Curiae, aut alterius publici loci, videtur legendum τῇ προτερᾳ, vt ſit τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ, *priore concione;* in qua fuit aſſertor Aeſchines publicae dignitatis, quam eandem poſteriore oppugnauit. WOLFIVS.

Ibid. προτερᾳ εκκλησιᾳ.] Cod. *Reg.* α. vt voluit *Wolfius.* Et ſimiliter in aliis credo obtinuiſſe, in quibus mox pro ἐν ὧις, εν η ſcriptum deprehendi: ſc. *Lind.* et *Ven.* In ſequentibus v. 17. pro προτεραίᾳ, *Aug.* προτερᾳ. TAYLOR.

9. ἐν ὑμῖν.] Ita diſtinguendum: ῥήμασι — τοῖς αὐτοῖς, οἷσπερ ἕτος εἶπεν ἐν ὑμῖν, ἀπομνημονεύσειν, *verbis — iisdem, quae ille dixit apud vos, commemorabo.* MARKLAND.

345. 12.

345. 12. τῇ εἰρήνῃ.] Forte τῇ πολει. Nam pacem ſuaſiſſe et Philocratem adparet, ſed parum honeſtam. WOLFIVS.

Ibid. Excidit forte vox: ἐναντιωθείη τῇ πολει εἰρήνη, *pax noceret Reip.* MARKLAND.

Ibid. Wolfius, *reipublicae.* Immo, paci. Nimirum, cum Philocrates pacem iniquiſſimis conditionibus ineundam ſuaderet, eo ipſo paci aduerſari cenſendus erat. IVRIN.

18. εἰς τὴν ὑςεραίαν.] S. τῶν ἐκκλησιῶν. Sequitur longa ἐπεμβολὴ, ἐν ᾗ — ἀναςὰς ἐδημηγόρει etc. Malim et hic, εἰς τὴν ὑςεραν, pro ἐν τῇ ὑςέρᾳ ἐκκλησίᾳ, potius, quam εἰς τὴν ὑςεραίαν ἡμέραν, *in poſteriore Concione.* WOLFIVS.

346. 2. ἐφεξηκότων πρέσβεων.] Repete articulum, ἐφεξηκότων των πρέσβεων. Et ita Aeſchines in π. παραπρεσβ. pag. 236. 4. τὰς γὰρ λόγας τάτους ἐναντίον φησὶ των πρέσβεων, ἃς ἔπεμψαν πρὸς ἡμᾶς οἱ Ἕλληνες. Ex hoc loco. MARKLAND.

Ibid. των πρέσβεων *Schol. Ald. Ven. Lind.* ἐφεξηκότων ετι των πρέσβεων *Regii* α. β. δ. ε. η. et *Harl.* ἐφεξηκότων ετι πρέσβεων ſolus *Auguſtanus.* TAYLOR.

13. τῶν.] τῶν υποτετε — λεχθέντων. *Hermog.* §. περὶ περιβολῆς. TAYLOR.

15. καὶ τάτων ἕτερ' αὖθις αὖ πεπρακοτων. Απιπράσκω, non a πράττω. Mox, pro παρὰ τὸ alii habent παρ' αυτο τὸ ψήφισμα. Et [v. 20.] καὶ απηριθμησαμην. WOLFIVS.

Ibid. *vendidiſſent.* Immo *feciſſent*, πεπραχότων. *Vendidiſſent* eſſet πεπρακότων. MARKLAND.

Ibid. Wolfius, *cumque iſti rurſus alia vendidiſſent:* Immo, *cumque iſti rurſus alia omnia feciſſent*, alia nempe, quam quae plebiſcito imperata fuerant. IVRIN.

Ibid. πεπρακοτων *Manutius* quoque et *Felicianus.* Vtraque ſane lectio tolerabilis: licet aliquanto potior

 ſit ea,

sit ea, quam reiecit Wolfius. *Hauendo cosloro altre cose in contrario fatte.* Ita *Ferro.* Admonendus es, Lector, istud αὖθις abesse ab *Harleiano*, et παρ' αὐτο τὸ ψήφισμα reperiri in *Man. Fel.* Editorum, et inter MStos in Regg. α. ε. η. *Harl. Bodl. Obsop. Ital.* TAYLOR.

346. 16. προσῆμεν.] προσηειν *Ven.* προσηειμεν *Regg.* α. ε. et σχ. *Aug.* item et *Harl.* TAYLOR.

17. πολλοὶ.] πολλοί μοι συνίσασιν. *Lambin.* TAYL.

20. ἀπηριθμησάμην.] Hic grassatur *Wolfius* contra Codd. vniuersos. Nam in omnibus ἀνηριθμησάμην. TAYLOR.

24. προήχασι.] A προάγω. Dicunt etiam Attici προαγηόχασι. WOLFIVS. MS. ζ. προηγαγον. Vid. praestantissimum *Iac. Phil. D'Oruillium* ad *Charit. Aphrodis.* V. 8. Not. ad *Demosth. c. Aristog.* I. pag. 772. ς. TAYLOR.

26. μηδὲ ταῦτα παθεῖν.] Lego ταὐτὰ, vt *Olynth.* I. WOLFIVS. Correcte etiam legunt Codd. ε. ζ. TAYL.

Ibid. μηδ' ἀναρτωμένους κ. τ. λ.] Consulatur Cl. *D'Oruillius* ad *Chariton. Aphrodis.* III. 9. TAYLOR.

27. ὑποσχέσεσιν.] Exspectassem καὶ ὑποσχέσεσιν ἐξ ὑποσχεσεων. Vid. pag. 349. 4. MARKLAND.

347. 2. πειρᾶσθε συνδιαμνημονεύειν.] *Date operam, vt vna mecum memoriae infigatis.* Wolfius. Potius, *date operam, vt vna mecum memoria repetatis.* Agitur enim de verbis olim factis in Concione. IVRIN.

3. ἂν ἀληθῆ λέγω.] ει ἀληθῆ λέγω Cod. *Reg.* ε. Et modo pro ὑμῶν, υμας MSS. α. et δ. Quasi hic locus ita esset intelligendus, sc. πάντα ταῦτα τὰ πράγματα λυμηνάμενά ἐστιν ὑμᾶς. TAYLOR.

6. περὶ] Facessere iubet *Lambinus*, tanquam minus necessarium. TAYLOR.

7. εἰ ἄρα ἠμφισβήτει κ. τ. λ.] Sententia est: Aeschini inprimis, et acta legationis renuncianda, et orationem

tionem Demoſthenis in ſenatu habitam refutandam fuiſſe. Verum ille pollicitationibus illis maiorem iniit a populo gratiam. WOLFIVS.

347. 8. ἀπέσχεν.] απειχεν *Reg.* ε. απεξη ζ. TAYLOR.

9. ὥστ' ἅπαντας ὑ. λ. ᾧ.] ἀντὶ τῦ ἔπεισι ταῦθ' ἕτως ἔχειν. WOLFIVS.

Ibid. Similiter ſcripſit infra, pag. 356. 14. Πρὸς τὲς παρὰ τέτε λόγες ὠρμηκότας ὑμᾶς λαβων ὁ Φιλοκράτης — Nonnulli Codd. hic λαθων. Sunt autem ex *Regg.* α. et δ. non ſane contemnendi. „Neſcio, cui incidit λαχων," ait Vir doctiſſimus ad *Chariton.* III. 7. „non adeo neceſſarium. Alioqui obuia permutatio horum vocabulorum." TAYLOR.

15. ἀπελογίζετο.] Vtrum ἀπελογίζετο ἐκ, an ἐκ τῶν πεπρεσβευμένων ἀκέσεσθαι δυεῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν? WOLFIVS.

Ibid. F. υπελογιζετο. MARKLAND.

Ibid. Recte. Auctoribus et fideiuſſoribus etiam *Harl.* (ita tamen vt ἀπελογ. — ſic illic a manu ſecunda) *Bodl.* et *Reg.* ε. Supputabat, computabat, *intra triduum vos audituros ea, quae maxime velletis fieri: Adeo ſtrenue ſe munere ſuo eſſe defunctum.* Tametſi et hunc ſenſum non inuite admittat Vox altera: Et neſcio ſane, annon hic ſit locus, quem reſpexit *Suidas* v. Απολογίζομαι. TAYLOR.

17. μένοντας οἴκοι κ. τ. λ.] Dubito, an ea mente ſcripſerit *Demoſthenes*, vt ea, quae hic ſequuntur, Conditio eſſet ab Athenienſibus praeſtanda. Scil. *Haec omnia vobis promitto, ea tamen lege, vt domi maneatis*, etc. Ita quidem *Wolfius*: ita alii quoque interpretantur. Et eſt ſententia ſatis proba. Ego tamen ſemper aliter accepi: Nempe, *curaui ſedulo, vt omnia, quae velletis, efficerentur, ſine veſtro labore, ſumtu aut ſollicitudine*, μένοντας οἴκοι, καὶ ὑ πρατευομένους. TAYL.

347. 22. *τῶν βελευσάντων τὴν κατάληψιν*] Ex Hiſtoria non conſtat: ac potius abſurdum eſt, Thebanos id conſilii dediſſe Phocenſibus hoſtibus, vt templum occuparent: ſed cum ipſi pecunia egerent, Phocenſibus anteuertere voluiſſe, cum fuerint poſteriores. WOLF. Conſule *Vlpianum.* TAYLOR.

23. *διδάσκειν.*] Putarem *διδαξαι*, quod (non *διδάσκειν*) eſt *docuiſſe.* Alia ratio eſt *τὸ ἀκοῦσαι*, quod mox ſequitur. MARKLAND.

25. *χρήματα — ἐπικεκηρυχέναι.*] Proclamare pecuniam contra aliquem proprie ſignificat, ſiue is viuus adducatur ad ſupplicium, ſiue interficiatur. Q. Curtius, lib. 3. *Darius mille talenta interfectori Alexandri daturum ſe pronunciari iuſſerat*, id eſt, *ἐπεκεκηρύχει τῷ Ἀλεξάνδρῳ χίλια τάλαντα.* WOLFIVS.

Ibid. Moneo, vt conferantur, quae habet *Harpocratio* v. *Ἐπικεκηρυχέναι*, cum *σχ.* ad haec verba *Demoſthenis.* Quod ſane Scholium ſcitiſſime et ſolerter emendatur a viro doctiſſimo, *Animadu. ad Aeſchyl.* I. 19. Interea de more iſto et ritu proſcribendi nonnulla habet non inſcita aut iniucunda doctiſſimus *H. Valeſius* ad *Harpocrationem* in voce, iterumque ad pag. 179. *Notar. Mauſſaci.* Hominem tamen miror, qui in vtroque loco exiſtimare potuit, Thebanos hic caput Philippi pretio deuouiſſe. Non enim iſtius, ſed Aeſchinis, licitatum; ſi quid Ego videre poſſim. TAYL.

Ibid. *αὐτῷ.*] *αὑτῷ.* Vid. pag. 364. 18. vbi eſt, *χρήμαθ' ἑαυτῷ.* MARKLAND.

Ibid. *χρήμαθ' ἑαυτῷ* Cod. *Ital.* noſtrique *Ven.* et *Lind.* TAYLOR.

28. *τὴν πρὸς τ. π.*] F. *διὰ τὴν πρὸς τὴν πόλιν.* MARKLAND.

Ibid. Aliter ſane inſolentior videri poſſet Structura. Interea tamen vide, quae mox adnotamus ad p. 366. TAYLOR.

347. vlt.

347. vlt. καὶ λεγόντων.] Ex Editione *Lutetiana*, MSS. *Aug.* et *Harl.* Desunt in caeteris. TAYLOR.

348. 4. εἶναι μέντοι καὶ διωκημένον αὐτῷ.] S. τὴν τῆς Εὐβοίας παράδοσιν. Sed puto legendum μεν τι, *esse quidem aliquid a se iam instructum et confectum.* WOLF.

Ibid. Rectius fortasse Ed. *Benenati*, cum *Ald. Felician. Manut. Ven. Harl.* εἶναι μέντοι καὶ ἄλλο διωκημένον αὐτῷ, omisso τι post διωκημένον. Et fortasse etiam rectius αὐτῳ Vir longe doctissimus ad *Chariton. Aphrodis.* pag. 36. veram lectionem esse reputat εἶναι μέντοι καὶ ἄλλο τι διωκημένον αὐτῷ. Cod. *Aug.* εἶναι μέντοι τι καὶ ἄλλο διωκημένον. TAYLOR.

5. καὶ γὰρ etc.] καὶ γὰρ νῦν τινὰς αὐτῷ φθονεῖν τῶν συμπρέσβεων. Ita verba ordinat Cod. *Harl.* Quod vix esset monitu dignum, nisi vt inde intelligeretur auctoritas quaedam accedere coniecturis *Lambini*, qui locum iuxta Cod. nostrum complanauit, cum in Edit. *Paris.* pessime repraesentaretur. TAYLOR.

7. πᾶ] Restitue mecum, ὑπηνίττετο δ' ἔτω μου, καὶ παρεδήλα τὸν Ὡρωπόν. Dixerat enim immediate *Aeschines*, quosdam e Collegis sibi inuidere, *alludens* procul dubio, sed tecte et tacite, ad *Demosthenem*. TAYLOR.

10. ταῦτά τε.] ταῦτά με ἐκ ἔθην εἰδέναι. MARKL.

11. ἐπειρώμην] καὶ αμα ἐπειρώμην Cod. *Reg.* e. TAYLOR.

17. εἰκός τι παθεῖν.] Plane effert *Aeschines* π. παραπρεσβ. pag. 193. l. εἰκός τι πραγμα πάσχειν δόξω. MARKLAND.

22. ὑποκειμένων.] Notatur legi et υποκρινομενων. Malim προκειμενων. WOLFIVS.

Ibid. κρινομενων marg. *Paris.* υποκρινομενων MSS. *Ald.* Et ita *Harl.* a manu prima. TAYLOR.

Ibid. οἱ δ' ἀντιλέγοντες ὄχλος — κατεφαίνετο.] Ετέρωσις ἀριθμῶ, ἀντὶ τῶ κατεφαίνοντο ὀχληροὶ μά-

την καὶ βάσκανοι. WOLFIVS. Vid. Cl. *D' Orvillium ad Charit.* pag. 596. TAYLOR.

348. 23. *ὄχλος ἄλλως.*] Inutile iſtud *ἄλλως* valde mihi diſplicet: nec tamen prae manibus habeo, quod reponam melius. Niſi Tu mauis *ὀλως*. Codd. *Harl.* et *Reg. α. αλλος.* TAYLOR.

vlt. *τῶν πεπραγμένων.*] *τῶν πεπραγμένων, ἀπιςῆ, καὶ δοκῆ* lege. WOLFIVS. Nam edebatur *δοκεῖ*. Quod cum *Wolfio* reſtituunt MSS. *Felician.* et *Bodl.* Vox autem *ἀπιςῆ*, quae ab omnibus abeſt, ex *Wolfiano* penu eſt ad ſententiam ſuffarcinandam. Vide, vt belle procedat Oratio in Verſione Etruſca, ſine iſto adiumento: *Prima e principalmente, accioche a niun ai voi, poſciache m' harà vdito parlato, paia graue et eſorbitante coſa, ch' io habbia accuſate le amminiſtrationi paſſate, e ſe ne marauigli, dicendo: e perche alhora incontanente non ci diceui tu, e ci moſtraui queſte coſe?* Redonabit lector meus *Wolfio* praeclariſſimum ſuum inuentum, *τὸ ἀπιςῆ*. TAYLOR.

349. 1. *αὐτῷ.*] An *αυτο*? MARKLAND.

2. *εἶτα τότε ὐκ ἔλεγες.*] *μιμητικῶς.* Hoc in Orat. *περὶ Στεφάνε* Aeſchini ipſe obiicit, quod non refragatus ſibi fuerit, ſocietates, leges et bella ſuadenti. WOLFIVS.

Ibid. F. *εἶτα το, τι ὐκ*, etc. MARKLAND.

Ibid. Vel, *εἶτα, τι τότε ὐκ ἔλεγες — θαυμάζῃ.* TAYLOR.

4. *ἑκάςων.*] Melius fortaſſe cum *Regg. α. δ. η. ἐφ' ἑκαςῳ ποιέμενοι τῶν καιρῶν.* TAYLOR.

5. *ἐξέκλεισον.*] Neſcio, an Variae ſint Lectiones, an Gloſſae potius, quas ex MSS. proferimus. *εξεκρεσον Reg. β. εξεβαλλον ζ. εξελαβον* (vitioſe, pro *ἐξέβαλον*) *ἢ εξεκρεσον Ven.* Haec certe poſtrema gloſſam ſapiunt et interpretationem. TAYLOR.

349. 6. ἐπαγγελίαν.] F. απαγγελιαν. Vid. p. 357. 24. et passim. Infra v. 18. ὅσα απηγγειλε πρὸς ὑμᾶς. MARKLAND.

Ibid. Nollem sane: et istam coniecturam, quae mihi cum viro eruditissimo communis erat, etiam nonnullis Codd. commendatam, (sunt autem *Bodl.* marg. *Benenati*, cum Editt. *Manut.* et *Felician.*) nunc penitus reiicio. Voces, ὑποσχέσεις, v. 4. et ἐπαγγελίαν recte coniunguntur. Dixi nuper; neque eam sententiam muto. Licet nescius non sim, aliquando stare bene posse απαγγελιαν, etiam vbi vox υποσχεσις simul sequatur, vt p. 357. 25. et p. 363. 28. Iterumque p. 445. 15. Supra ad pag. 340. 12. TAYLOR.

9. πυνθάνεσθαι.] Anne distinguendum cum *Wolfio* Interprete, ἡνίκα ἔδει, πυνθάνεσθαι διεκωλύθητε? Sed non magni refert. TAYLOR.

11. ἔπερ.] Forte legendum σπερ, vt adnotauit, qui Cod. *Italicum* in *Wolfii* gratiam contulit. TAYL.

13. ἢ τότε.] Forte delendum ἤ. MARKLAND.

15. προβεβλημένη.] πεφυλαγμένη καὶ ὠχυρωμένη. ὥσπερ πρόβλημα καὶ ἀσφάλειαν ἔχουσα τὴν ἀπιστίαν. WOLFIVS.

Ibid. Wolfius, *quam munitum.* Potius, *quam proiectum: quanto ante cacteros omnes praecipitatum.* IVRIN.

Ibid. Mallem sane cum *Wolfio* interpretari, pace Viri doctissimi: et credo, metaphoram a munitionibus esse deductam. Cum autem, ne id praetermittam, *Vlpianus* vocabulum προβεβλημένη exponat εὐλαβῶς ἔχουσα, etc. id sane malim, quam *Suidae* et *Harpocrationis* interpretamentum amplecti, qui habent ἐλαφρῶς. Quod certe vitiosum est. Adducitur hoc Comma ab iis in v. Προβαλλομένους. Adducitur etiam ter a *Prisciano*, et bis quidem in ead. pag. sc. col. 1175. 1176. sed in priore loco, errore membranarum. TAYLOR.

349. 17. εἶτα εἰ μὲν.] Ita lege. WOLFIVS. Debetur etiam Particula εἰ ſinceritati boni Cod. *Reg.* α. TAYLOR.

23. ἔχει.] F. εἶχε, vt πέπρακται. Sic in *Androt.* pag. 616. 9. ἃ ζῆλον πολὺν εἶχε καὶ φιλοτιμίαν τῇ πόλει. MARKLAND. Ita dedit *Benenatus*, inuitis tamen Codd. *Ven. Harl. Aug. Reg.* α. *Ital.* TAYLOR.

Ibid. τὴν τάτε.] διὰ τὴν αἰσχροκέρδειαν σαυτε. *Ven. Lind. Ital. Obſop.* Quod notatu dignum iudicaui. TAYLOR.

350. 5. εἶθ' ἕτος, εἴπερ ὥσπερ ἕτος.] Delendum videtur τὸ εἴπερ, cum ſuperuacaneum ſit, praecedente εἰ verſ. 3. et inſuper conturbet ſententiam. IVRIN.

Ibid. Recte ſane, et in ea mente ſemper fui. Contra tamen ſtat *Vlpianus*, neque quidquam in MSS. praeſidii. Aliquam tamen aſperitatem tollunt probi MSS. *Harl. Aug.* et *Reg.* α. qui ita legunt, ἐποιήσατε κύριον, ετος δε, εἴπερ, ὥσπερ ἕτος κ. τ. λ. TAYL.

8. ὃ γὰρ κ. τ. λ.] Lubens conſentio *Vlpiano*, qui palam profitetur, τοῦτο τὸ χωρίον τῶν ἀπαφῶν εἶναι, atque illud etiam adiungo, poſteaquam eius ſcholium pertractaui, eſſe τῶν ἀσαφεςάτων. Nam, conſulto eo oraculo, vt verbis vtar *Terentianis*,

Incertior ſum multo, quam dudum fui. TAYLOR.

11. ὀδὲ πολλῷ δεῖ] Sub. λόγῳ. Alii ἀντὶ τοῦ πολλῷ γε καὶ δεῖ, *multum abeſt, vt res ita ſe habeat.* WOLFIVS.

Ibid. Sic pag. 370. 1. et 404. 18. quod pag. 399. 10. exprimitur per ὀδ' ὀλίγῳ γε δεῖ, *multum abeſt:* vſitatiſſime πολλῷ γε καὶ δεῖ. Sed mirum eſt, vnde ὀδὲ πολλῷ δεῖ, Locutio, vti videtur, Negatiua, tantundem valeret, ac Affirmatiua, πολλῷ γε καὶ δεῖ. Non poſſum ſoluere hunc nodum, niſi aliter diſtinguendo, ὀ δέ. πολλῷ δεῖ. *minime vero: multum abeſt.* Notandum enim

enim est, in omnibus iis locis, vbi haec phrasis inuenitur, semper praeire negatiuam ἀ, vnde repetitio eiusdem vehementius *negat*. Sic pag. 370. I. οὐ γὰρ ταῦτ' ἀντ' ἐκείνων γέγονεν. Οὐ δέ. πολλῶ δεῖ. Quod eodem recidit, quo istud in *Midian.* pag. 524. 12. ἔχει δ' οὐχ ὅτω ταῦτα. οὐδ' ἐγγύς. MARKLAND.

350. 11. Reſcribendum videtur, ἀ. πολλῶ γε δεῖ. IVRIN.

17. πρὸς τὴν ἐμὴν ἀπαγγελίαν ἐψηφίσατο ἡ βουλή.] Ita lege. WOLFIVS.

Ibid. Recte, et vt Criticum decuit, noſter *Wolfius* απαγγελιαν pro ἐπαγγελίαν reuocauit, quod erat ex prelo *Aldino* et *Iuntino*. Cum *Wolfio*, *Bodl. Reg.* α. et *Harl.* Attamen *Vipianum* video aliter ſentire. Interea *Wolfius* non eo acumine reddidit, quo reſtituit: *quod me* referente *factum eſt*. Nequaquam. Hoc enim erat iſtius hominis, cuius teſtimonio iam eſt vſurus, τῶ γράψαντος ſcil. Iſtius enim erat *referre* ad Senatum, qui Decretum apud ſe habebat ſcriptum, paratumque, quod eorum ſuffragiis confirmari voluit — *et in acta referri*. Quod dicit hic *Demoſthenes*, eſt huiusmodi: *Profer S. Ctum, quod factum eſt eo tempore, vbi Ego* legationem renunciaui, *atque etiam hominis iſtius teſtimonium*, quo referente, factum eſt id S. Ctum. TAYLOR.

19. ἵν' εἰδῆθ'.] Verba ſic ordina: ἵνα εἰδῆτε, ὅτι ἐγὼ νῦν ἀφίεμαι τῶν πεπραγμένων, ſc. τοῖς συμπρέσβεσι, σιγήσας ἀδὲ τότε. WOLFIVS.

Ibid. Delendum vltimum iſtud ἀδέ. Vnde, et quare adderetur, obuium eſt. Praeceſſit nempe ἀδὲ τότε: putabant igitur ἀδὲ νῦν ſequi oportere. MARKLAND.

Ibid. Poſtulare videtur ſententia, vt reſcribamus, ἀδὲ τοτ' εσιγησα. IVRIN.

350. 19. Cod. *Harl.* et aliquatenus *Lind.* et *Aug.* fauent interpretationi et notulae *Wolfii*: ὅτι ἐγὼ μὲν ου τότε σιγήσας, νῦν μεν ἀφίξαμαι τῶν πεπραγμένων. Porro vltimum iſtud negatiuum neque agnoſcunt *Wolfii*, neque aliorum plurimorum Editiones. Primus, credo, inuexit *Benenatus*. TAYLOR.

21. κατηγόρεν.] Verbum augetur, non Praepoſitio: quamuis ἀγορεύω, non ἀγορέω, dicatur, vnde fit κατηγορέω. WOLFIVS.

Ibid. προεώρων.] *Ald.* habuit προωρώμην cum *Benenato*. Mecum *Regg.* α. β. δ. *Obſop. Ital. Askew.* TAYLOR.

25. Φησι.] Φησει rectius *Regg.* α. ε. *Aug.* et *Harl.* TAYLOR.

26. ἐδὲ Τιμαγόραν.] Hic legatus, Artaxerxe adorato, multis muneribus donatus eſt. Vide *Suidam*. WOLFIVS.

Ibid. De hoc Timagora vide *Plutarch.* in *Pelopida*, et in *Artaxerxe*. PALMER.

351. 10. ταύτης τῆς ἀτιμίας.] F. της αυτης ἀτιμίας. MARKLAND.

16. τῷ δὲ μηδὲν κ. τ. λ.] Sequitur δόξει κοινωνεῖν. Eſt Ἀντίπτωσις, ἀντὶ τῦ ὁ δὲ μηδὲν αὐτῷ συνειδὼς — δόξει. Ac potius, lapſus memoriae, ex eo, quod antecеſſit, τῷ μὲν ἠδικηκότι σιγᾶν ἐξήρκει. Niſi forte ſit locus hic mendoſus. WOLFIVS.

Ibid. Sana non ſunt: ſed opinor, *Demoſthenem* ſcripſiſſe: τῷ δὲ μηδὲν αὑτῷ συνειδότι δεινὸν, δεινον, εἰ σιγᾴη, πονηρῶν καὶ δεινῶν ἔργων δοξαι κοινωνεῖν τῷ σιωπῆσαι. Non repugnabo tamen, ſi velis eiicere prius illud δεινόν. Vtcunque ſenſus erit: *Sonti ſatis erat tacere, at inſonti graue erat tacere, cum ex ipſo ſilentio futurum erat, vt videretur particeps culpae.* IVRIN.

18. δεινὸν.] δεινὸν εισπει, εἰ σιγᾴη — δοξειν (vel δοξαι) κοινωνεῖν. *Lambin.* Iam autem pro δεινον, εἰ σιγᾴη,

γώη, Cod. *Aug.* εισηει, εἰ σιγώη. Forte, τῷ δὲ μηδὲν αὐτῷ συνειδότι δεινὸν εἰη, εἰ σιγώη, πονηρῶν — ἔργων δόξαι κοινωνεῖν, τῷ σιωπῆσαι. Vel fortaſſe, in hac inconſtantia ſcribendi, voces εἰ σιγώη irrepſiſſe poterant ex marginali gloſſa τὲ τῷ σιωπῆσαι. Vtcunque verba ordinentur, ſenſus periodi eſt ſatis manifeſtus. TAYLOR.

351. 18. τῷ σιωπῆσαι.] F. κοινωνεῖν το σιωπῆσαι. MARKLAND.

22. ἦν γὰρ τὲτο πρῶτον.] F. το πρῶτον, vt p. 430. 16. καὶ τὲτ' ἔϛι τῶν ἐγκλημάτων το πρῶτον.

26. δόξαι.] δοξῃ *Aug. Harl.* δοξει α. ε. TAYLOR.

Ibid. ἅμα ἀκέειν.] ἅμα υμας ἀκέειν. MARKLAND.

Ibid. ἅμα ἀκέειν συνεβη *Ven. Harl.* Et in eorum priore etiam aliter, α ἀκέειν συνεβη: atque etiam ἀκέειν συνέβη, ſuppreſſo iſto ἅμα: Quae ſane varietas non eſt negligenda. TAYLOR.

pen. πρὸς δὲ τέτοις.] Malim πρὸς δὴ τέτοις: Alioqui erit ἀνανταπόδοτον. WOLFIVS.

352. 4. αὐτῷ.] αὐτῳ. Vid. pag. 364. 18. MARKLAND. χρήμαθ' εαυτω *Ital. Ven.* TAYLOR.

8. τινὸς.] Alii τεως, πάνθ' ὅσα βουλεσθε. WOLF.

Ibid. An μεχρι τινός? MARKLAND. Pro τινὸς Cod. *Reg.* η. habet τινας. TAYLOR.

17. Αλεᾶς.] Ita Cod. *Aug.* Alii Αλεις, accentu ad penult. retracto: Αλεας legit *Harpocratio*, cum hunc locum laudat. Vide, quae dixit *Mauſſacus* de ea re, atque de hoc populo. TAYLOR.

19. ὑπὲρ.] περι *Lind.* et *Ven.* Quod rectius. Vti infra p. 353. 9. Vbi ſimiliter περι Codd. plurimorum auctoritatem habet, et locum habet in Textu, quem et hic quoque occupare debuit. TAYLOR.

20. Φωκέων ἢ Θεσπιέων.] Poſt recitatam epiſtolam Philippi, p. 353. 9. vbi eadem repetuntur, (et repeti

peti ſolent, quae praemittebantur: nam in vno loco praedicit, quae erant ab epiſtola exſpectanda, in altero admonet, ea euenisſe, quae praedixerat) in eo, inquam, loco, nihil reperimus de *Th ſpie ſibus*, verum verba Oratoris ſunt, περὶ Θηβαίων, ἢ Φωκέων, ἢ τῶν ἄλλων, ὧν ἔτος ἀπήγγελε πρὸς ὑμᾶς, ἀδὲ γρύ. Plane vt in hoc loco, verbis iisdem. Et recte ſane. Nam in tota hac Tragoedia Theſpienſes ſecundarum tantum partium erant: primas vtique agebant Phocenſes et *Thebani*. Quibus, fat ſcio, beneuolus lector poſtliminium dabit. Similiter peccatum eſt infra, pag. 373. 25. Vbi vide *Lambinum*. TAYLOR.

352. 21. ἀλλ' ἀδὲ μικρὸν.] Τὸ αλλ' παρέλκει ἐμφατικῶς. WOLFIVS.

pen. ἐβάλετο.] εβουλευετο *Regg.* α. δ. TAYLOR.

353. 1. ἔχητε.] εχοιτε *Harl. Reg.* α. TAYLOR.

2. τοῖς.] F. εν τοῖς, vt εν ἐπιſτολῇ. MARKLAND.

3. τάτων ὄντων.] Forte, ενοντων τοῖς παρ' ἐκείνῳ, ſc. λόγοις, ἢ ἔργοις. Alioqui duriuſcula fuerit Ellipſis. WOLFIVS.

Ibid. Idem alibi coniecerat, ως παρ' ἐκείνῳ τούτων ὄντων. ενοντων quidem omnes fere ſcripti: *Ven. Harl. Cant. Bodl. Lind. Ital. Aug.* et *Regg.* α. ε. Quorum plerique των παρ' ἐκείνῳ κ. τ. λ. Ad has voces τάτων ὄντων adnotatur in Exempl. *Altempſ.* ἴσ. τῶν πρέσβεων. TAYLOR.

4. καὶ σκοπεῖθ' ὅτι.] Num ita ſe illa habent, vt ego expoſui. Malim, καὶ σκοπεῖτε, ει τᾶτον. WOLFIVS.

11. ἀδὲ γρύ.] Sic et *Ariſtophanes* [Plut. v. 17.] ἀντὶ τᾶ μηδὲ τἀλάχιſτον προσέγραψε. WOLFIVS.

14. τάτες.] τὲς πρεσβευτάς. WOLFIVS.

15. ἀνάξατος.] ανασπαξος *Ven. Ask.* marg. *Benen. Ital. Obſop.* et MSS. *Manut.* et *Felician.* ſed praeter rem. »Ἀνάσπαξος,» inquit Vir longe celeberri-

mus

mus ad *Chariton. Aphrodis.* III. 7. „ferri poſſet, ſi non „de Ciuibus iam praeceſſiſſet ἐξελήλαντο. Quare ἀνά„σατος, vt in pag. 446. 8. legitur ἀνάσατος χώρα, „praetulerim: vt apud *Sophocl. Trachin.* 244.„ A contraria tamen parte omnino ſtat *Valeſius*, pag. *Animadu. ad Mauſſacum*, 212. Vbi contendit, Halum euerſam non fuiſſe, ſed traditam Pharſaliis, eiusque Incolas abductos et in ſeruitutem redactos. Tales vocari ſolere ἀναστάσας multis et luculentis confirmat teſtimoniis Vir ille eruditiſſimus. Optauerim adductum eſſe vel vnicum ſaltem locum, vbi πόλις, Vrbs ipſa, aut χώρα, ανασπαστος dicitur. TAYLOR.

353. 21. ἀφαιρέμενος.] Malim, etiam tacitis Exemplaribus, υφαιρεμενος: quoniam fraude magis, quam vi, haec geri video. TAYLOR.

23. Plane delendum videtur γαρ. IVRIN. Vt in *Bodl.* deprehendi. TAYLOR.

Ibid. γράψας.] F. ἐγγραψας, vt pag. 356. 24. MARKLAND.

26. δὲ.] Abundat δὲ, vt in *Midian.* pag. 547. 6. Niſi hic legendum ἤδη, vt pag. 365. penult. Quod verius puto. MARKLAND. Vel δη cum emphaſi bene nota: γεγονυίας δη τῆς συμμαχίας — *is, conflata* demum *ea, quam dixi, ſocietate* — Atque ita video in *Bodl.* et *Ital.* Deſideratur quidem δε in *Harl. Lind.* et *Regg.* α. β. δ. ε. η. TAYLOR.

27. ἀδ' ὃ αὐτὸς ὑπέσχετο.] S. εἰδέναι. *Se neſcire, quidnam promiſerit.* Hoc eſt, negat, ſe quicquam eſſe pollicitum Athenienſibus. Hoc malo, quam, *negat, ſe ſcire id, quod vobis promiſit.* Videtur enim ad Philippum ὑποθετικῶς, non ad Demoſthenem ἀποφαντικῶς referendum. WOLFIVS.

22. ἐδαμῶ γὰρ κ. τ. λ.] *Nullam eius fuiſſe auctoritatem.* Ita interpretatur Wolfius. *Percioche non mai egli à far queſto da per ſe ſolo ſi ſarebbe iſcoperto, ſe non haueſſe hauuti alcuni compagni.* Ferrus. *Naſquam enim ille per ſe ſolus viſus fuiſſet, niſi aliquos ex his adiutores habuiſſet.* Anonymus. Quod pene ridiculum eſt. Senſus eſt: *Non ille palam et publice haec agere ſuſtinuiſſet, niſi aliquid adiumenti ſocii eius occulto ſubminiſtraſſent.* TAYLOR.

23. εἰ μὴ τὲς συναγωνιζομένες.] M. εἰ μὴ συναγωνιζομένες: niſi placeat inuertere ordinem, εἰ μὴ τέτων τινὰς εἶχε τὲς συναγωνιζομένες. WOLFIVS.

25. τὸ πρᾶγμα αὐτὸ.] τα πεπραγμενα αυτα Codd. *Regii* α. δ. *Aug.* et *Harl.* Et mox, pag. 377. 2. iidem cum *Regio* ε. ταῦτα γαρ καὶ μνημονεύετε. TAYL.

377. 1. ποιήσαντα.] Lege ποιησοντα. TAYLOR.

377. 4.

377. 4. πρόφασις.] Plenius, et quidem valde vsitato genere loquendi, cuderunt *Parisienses*, ἔστιν ἑκάστῳ τις, ὡς ἐοικε, πρόφασις. Quibus consentiunt optima Exemplaria, *Aug.* et *Harl.* TAYLOR.

5. τῷ δὲ, κηδεστὴς ἦν ἐκεῖ.] Omnino legendum videtur ἐκεινος, nempe Philocrates. IVRIN.

Ibid. F. ἐκεινος, Philocrates. MARKLAND.

Ibid. Ego etiam lego ἐκεινος, cum viris doctissimis, verum aliter intelligo. Scilicet, τῷ δὲ [Phrynoni] κηδεστὴς ἦν ἐκεῖνος [Philippus]. Consule *Vlpianum* ad h. locum, iterumque *Demosthenem* p. 412. 24. et p. 413. 22. σχ. denique ad pag. 402. 25. et *Suid.* v. Φρύνων. TAYLOR.

10. ἐκείνῳ. ὥστε ἵνα.] Male distinguitur. Delenda est plena στιγμὴ post ἐκείνῳ, et ponenda minima. Nam ὥστε dependet ab ἕτω praecedenti; ἕτω πέπρακεν ἑαυτὸν — ὥστε — ἐδ' ἀφίησι. MARKLAND.

Ibid. μηδὲ ῥῆμα.] Deesse arbitror ante, vel post, has voces: ἵνα μηδὲν ἐναντίον μηδε * * * μηδὲ ῥῆμα. TAYLOR.

11. ἐδ' ἀφιέντων ἀφίησιν.] S. τῶν κατηγόρων αὐτόν· ἀφίησιν αὐτὸς, τουτέστι, τὴν ἡσυχίαν ἄγειν ἐᾷ. WOLFIVS.

Ibid. Ludit in duplici significatione Verbi ἀφίημι: *vt, neque si vos illum absoluatis, vos ille missos faciat. That, if you would euen acquit him, he would not let you alone.* Similiter in *Midiana*, pag. 580. 19. ἕτος δὲ ἐδ' ἀφιέντα ἀφίησιν. MARKLAND.

Ibid. αφιεται] Libri meliores, *Regg. α. δ. Obsop. Aug. Harl. Ask.* TAYLOR.

378. 3. ἀπόκριναι κ. τ. λ.] Huc spectat fortasse Comma istud *Suidae*: Ἀποκρίθητι. Δημοσθένης. Ἀπόκριναι δεῦρό μοι παρελθών. — ἀλλὰ καὶ Δημοσθένης λέγει ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνε, ὡς προείρηται. Adde *Harpocrat.* v. Ἀπόκρισις. Disertius aliquanto idem *Suidas* v. Δεῦ-

v. Δεῦρο. Certe ſpectat *Hermogenes* verbis diſertiſſimis: Ἀπόκρινai γὰρ δεῦρο ἀναγκάς μοι· ἐ γὰρ δὴ δι' ἀπειρίαν γε ἐ φήσεις ἔχειν, ὅ, τι εἴποις. pag. 179. Ed. Fr. Porti. TAYLOR.

378. 5. ὡς γὰρ ἀγῶνας.] Alludit ad accuſationem Timarchi, quae aeque eſt ἀμάρτυρος, atque haec *Demoſthenica*. WOLFIVS.

Ibid. Alludit ad multa: ad priſtinam artem quaeſtumque *Aeſchinis*: ad nouam et inſolitam criminationem Timarchi, iam ſenis, et cui per anteactam vitam inuſta non erat ea ſuſpicio: ad rudimenta fortaſſe et tyrocinium Aeſchinis, qui nemini vnquam, ante hunc Timarchum, diem dixerat: ad accuſandi denique licentiam, cum non ex teſtibus, ſed vulgi rumoribus, et incerta fama, nitebatur. Nonnulla hic Scholiaſtes, qui eſt conſulendus. Neque tamen vel eo magiſtro totam fabulam ediſces, aut huius ſcommatis leporem omnem plene exhauries. Non enim omnia, quae ab Antiquis alluſorie et vellicatim iaciuntur, Poſteritati datum eſt, vt probe intelligerent. Vid. *Aeſchin.* π. παραπρεσβ. pag. 297. *Brodaeum* ad loc. *Harpocrat.* v. Διαμεμετρημένη. *Mauſſacum*, *Victor.* IX. *Var. Lect.* 20. alios. Voces iſtae, ἀγῶνας καινὰς, ὥσπερ δράματα, lucem fortaſſe aliquam conſequentur ex iis, quae dicturi ſumus ad init. *Aeſchineae c. Cteſiphontem.* TAYLOR.

8. πάνδεινος εἴ τις.] *** Nonnulla opinor deeſſe. MARKLAND.

10. ὡς καὶ ὑμῖν οἶμαι δοκεῖν lege, vel δοκεῖ, vt habet *Felician.* pro εἶναι. WOLFIVS. Nam *Aldus* dedit εἶναι pro οἶμαι. *Felician.* quidem et *Manut.* δοκεῖ, vti *Pariſienſes* quoque, et *Scholiaſtes*, qui exponit per φαίνεται. Non male. Et tum obtineret punctuatio Textus noſtri. Aliter et ea reformanda fuerit. *Marg. Ask.* cum *Wolfio* conſentit. TAYLOR.

378. 12.

378. 12. ὅ, τι κ. τ. λ.] ὅ, τι μᾶλλον ἐπαυτοφώρῳ δεδωροδοκηκότα πάντα αὐτὸν ἐξελέγξει. Ita Cod. *Harl.* TAYLOR.

22. τίνα αὐτῇ καταλείψουσι.] *Quem ibi ſtatum rerum deprehenſuri eſſent.* Τὸ αὐτῇ, παρὰ τῷ Μακεδόνι, ἢ, ἐν τῇ Μακεδονίᾳ, accepi, et pro καταλείψουσι legendum cenſui καταληψονται. Sed agnoſco erratum, et emendo, *quemnam hic relicturi eſſent*, qui ſc. Demoſtheni aduerſaretur. αὐτῇ, ἀντὶ τῇ ἐνθάδε, ἢ ἐνταῦθα. WOLFIVS.

25. ἐγίγνοντο τότε.] Mallem diſtingui, — κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐγίγνοντο τότε ἐφοβοῦντο δὴ etc. MARKL.

26. σύγκλητος ἐκκλησία.] Huc ſpectat *Etym. M.* 753. 15. Τῶν Ἐκκλησιῶν αἱ μὲν ἐξ ἔθους καὶ κατὰ μῆνα ἐγίνοντο, εἰ δέ τι ἐξαίφνης κατεπείξειεν, ὥστε γενέσθαι ἐκκλησίαν, αὕτη ἐκαλεῖτο Σύγκλητος Ἐκκλησία. Δημοσθένης κατ' Αἰσχίνου. Huc *Harpocratio* et *Suidas* denique. Erant igitur Σύγκλητοι Ἐκκλησίαι Conciones *extraordinem datae*, proclamatae, vt vox ſonat, vbi aliquid necopinatum acciderit. Ad ſtatas enim et legitimas, vtpote notas, et periodice recurrentes, non opus erat *citare*, aut monere: vt vocabulum hoc rite explicat *Scholiaſtes* noſter, Attici Iuris ſaepe bene conſultus. Πλείους Ἐκκλησίας (inquit *Aeſchines* π. παραπρεσβ. pag. 251. 6. συγκλήτους ἠναγκάζεσθε ἐκκλησιάζειν μετὰ φόβου καὶ θορύβου, ἢ τὰς τεταγμένας ἐκ τῶν νόμων. Appoſite ad eam rem, quam velim. Vt ſunt etiam verba haec σχ. *Ariſtoph. Acharn.* v. 19. Κυρίας Ἐκκλησίας.] Ἐν ᾗ ἐκύρουν τὰ ψηφίσματα. Εἰσὶ δὲ Νόμιμοι Ἐκκλησίαι αἱ λεγόμεναι τρεῖς τοῦ μηνὸς Ἀθήνησιν, ἡ πρώτη, καὶ ἡ δεκάτη, καὶ ἡ τριακάς· (Illud fortaſſe minus accurate) εἰσὶ δὲ καὶ Πρόσκλητοι, ἐναγόμεναι κατά τινα ἐπείγοντα πράγματα. αἱ μὲν οὖν νόμιμοι καὶ ὡρισμέναι Ἐκκλησίαι Κυρίαι λέγονται, ὡς ἔφαμεν· αἱ δὲ πρὸς τὰ κατεπείγοντα συναγόμεναι, σύγκλητοι.

κλητοι. Adde *Petit. LL. Attic.* Lib. III. Tit. I. *Vlpian.* hic, et ad N. *De Coron.* 249. 12. et eruditissimum longe virum, *Valckenaerum Animadu. ad Ammon.* I. 16. TAYLOR.

379. 1. καὶ μικρὰν ὑπεφήνατε ἐλπίδα ἥντινῶν αὐτοῖς.] Omisit *Wolfius* in vertendo. Resarcias ex Anonymo: *et aliquam mediocrem spem eis praetulissetis.* TAYLOR.

3. μεῖναί τι.] Scribendum forte ετι pro τι. MARKLAND.

Ibid. Ita *Lindenb.* expresse: neque multum abludunt Editt. *Felic.* et *Manut.* ετι μεῖναι. TAYLOR.

8. μὴ ἐ χρόνῳ.] ἀντὶ τοῦ εἰ μὴ χρόνῳ. WOLFIVS. Idem fere adnotatur in marg. *Altemps.* TAYLOR.

11. ἐξομολογήσασθαι.] [Ita *Ald.*] Legendum ἐξομόσασθαι, vt est adnotatum [in MSS. *Ald.*] WOLFIVS.

16. Ἐξήκεσον.] Mirum, ni seruilem et peregrinam conditionem denotet, quod nomen ab Arte sumserit. Commune hoc et solenne apud Antiquos: Vbi PAVSILYPVS, SOTER, SOSTHENES, LYSIPONVS etc. conuenientissima Medico nomenclatura, vt *Reinesius* scribit ad hunc lapidem XI. 2.

P. CHAR M.
SOSTHE
MEDIC.
IIIIII VIR. AVG.
SIBI
ANCHAR.

Ex eadem nomenclatura est Medicus ille ex sepulcreto Domûs Augustae, *Bianchin.* p. 57.

M. LIVIVS
BOETHVS
MEDICVS DAT

M. LI-

M. LIVIO SPERATO ET IOLE L. SVAE.

Potuiſſem adiungere, Execeſtidem quendam nunquam ab *Ariſtophane* adduci, niſi vt dilaceraretur ob peregrinitatem:

Εἰ δὲ δῆλός ἐσι, καὶ Κὰρ, ὥσπερ Ἐξηκεσίδης,
Φυσάτω πάππας παρ' ἡμῖν, καὶ φανῆνται φράτορες.

Ex *Auibus* v. 765. TAYLOR.

379. 27. τειχίζειν.] Potius credo ἐπιτειχίζειν, cum Editt. *Felic.* et *Manut.* vt ſit *Reficere*, non *de nouo Aedificare*. TAYLOR.

pen. θύειν.] Tollenda eſt Diſtinctio plena poſt θύειν, et ponenda ὑποζυγμή. Adhuc enim pendet ſententia, quae incepit v. 18. Ἐπειδὴ δὲ ἀπολώλεσαν οἱ Φωκεῖς — καὶ ὁ Δέρκυλλος ἦκεν — καὶ ὑμεῖς ἐψηφίζεσθε τὰ Ἡράκλεια ἐν ἄστει θύειν· ἐπειδὴ ταῦτ' ἦν etc. MARKLAND.

Ibid. ἐπειδή.] A *Benenato* editur: ἐπειδὴ τοιαυτη ἦν καὶ τοσαύτη παραχὴ κ. τ. λ. TAYLOR.

380. 13. ἦν.] *Vlpianus* in 2. perſona: ἔτως ἔκφρων ει — ὥστε — ωχθ. Idem etiam pro πάντα τὰ ἄλλα habet ταυτα παντα. Quo fere modo legendum eſſe arbitror, nimirum iuxta membranas plurimas, ὥστε παντα ταυτα ἀνελὼν — vt MSS. *Felic.* et *Manut. Ven. Lind. Ital. Obſop. Harl. Reg.* ζ. et marg. *Ask.* TAYL.

Ibid. ὅλος πρὸς τῷ λήμματι lege, nominandi caſu. Etſi et ὅλως Aduerbium ferri poteſt. WOLFIVS.

Ibid. ὅλως.] F. ολος — TOTVS *in illis*. Horat. MARKLAND.

Ibid. *Wolfii* et *Marklandi* Coniecturam tuetur Cod. *Aug.* ολος. TAYLOR.

22. ἔτος εἰς τὰ ἐπινίκια.] Lege ἔτος ἐς τὰ ἐπινίκια etc. Id eſt, *hic* ſolus *epulatus eſt*, ſenſu plano.

Nam, vt ſcriptum eſt, nec bene hellenizat Oratio, nec bene procedit Sententia. PALMER.

380. 27. *συνεπαιώνιζε.*] Si *παρὰ τὸν παιᾶνα* fuit, malim *συνεπαιανιζε*, per ᾱ. Etſi paſſim per ω̄ ſcribi video. WOLFIVS.

Ibid. *φιλοτησίας πρὔπινε.*] *Familiariter propinauit*, Wolfius: *beneuolentiae poculo propinabat*, Alius: *Inuitaua a bere*, Etruſcus. Exſpectaſſem quidem *propinaſſe* Philippum, non Aeſchinem. Sed nihil hic omnino de *propinando*, aut *praebibendo*. Negligere enim nos iubent *praepoſitionem* in iſta compoſitione omnes, qui accuratius hanc rem tractant. Poſtulabit igitur a me Lector meus beneuolus informari, quid ea locutione contineatur; poſtulabit quoque, vt mentem meam etiam exponam de lectione MStorum in hac re, quorum nonnulli, neque infimae auctoritatis, exhibent *φιλοτησίας προτεινε*, vt MSS. *Ald. Felic. Manut. Lind.* et *Regg. α. β. δ. ζ.* Et, quoniam eo proceditur, rogabit, quid ſtatuam, de illa etiam locutione: Occurrit autem 334. 13. *ἐκπώματα ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ προτεινεν αὐτοῖς* [Philippus], cum MSti, quaſi vicem rependere vellent, ibi rurſus *ἐκπώματα — πρὔπινεν.* Eſt quaedam, inquam, inter haec duo loca quaſi neceſſitudo: Ita vt mihi erit expeditius, et lectori fortaſſe neque ingratius, neque incommodius, ſi vtrumque parietem eadem fidelia dealbarem. Neutro igitur in loco ſtare poſſe *προτείνειν* contendo, verum recte dici in altero *φιλοτησίας προπίνειν*, in altero *ἐκπώματα*, licet diuerſo ſenſu et proprietate, vt iam ſum dicturus. *Προπίνειν φιλοτησίας* eſt ſimpliciter *compotare*, vel, vt verbis vtar *Plautinis*, *Pſeud.* V. 1. 18. *Propinare amiciſſimam amicitiam.* Quod quoniam tractim fiebat, et per modum ſucceſſionis, vbi alter poculis praeiret et quaſi prouocaret, alter deinde exciperet, et per vices traderet, vſurpabant vocem com-

compoſitam προπινειν, et, quoniam Genio litabant, et Amicitiae, προπίνειν Φιλοτησιας. Ita Lucianus: Οὐ γὰρ ὅσιον ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἑσίαν τὲς ταῦτα διατιθέντας καλεῖν, καὶ Φιλοτησιας προπινειν, καὶ ὄψων τῶν αὐτῶν ἅπτεσθαι. Pſeudolog. §. 31. Et in *Somnio* rurſus §. 12. Καὶ τὸ δεῖπνον ἄρτι συνεκομίζετο, καὶ ὁ πότος συνεκροτεῖτο· ἐν τέτῳ ὄντα με, καὶ Φιλοτησιας προπινοντα ἐν χρυσαῖς Φιάλαις ἑκάτῳ τῶν παρόντων κ.τ. λ. Προπεπωκέναι δὲ παρὰ τὴν συνεσίαν πολλὰ μὲν ἀργυρώματα τὸν προειρημένον, πολλὰ δὲ χρυσώματα τῷ Περσίᾳ. Suid. v. Προπεπωκότες. Fragmentum hoc Valeſius Polybio tribuit. Vtile erit adhibere verba *Biſeti* ad *Ariſtoph. Lyſiſtr.* 203. Κύλιξ Φιλοτησία] Οὕτω καλεῖται ἡ Φιάλη ἡ διδομένη ἐν τοῖς πότοις. Εν γὰρ τοῖς συμποσίοις ΦιλοΦρονέμενοι ἀλλήλες ἐπεδίδοσαν οἶνε κύλικα, ἣν Φιλοτησίαν ἐκάλεν· ὡς Υπερίδης Φησὶ, καὶ Αλεξις, καὶ Ομηρος ἐν τῷ Δ. τῆς Ιλ.

Νέκταρ ἐωνοχόει· τοὶ δὲ χρυσέοις δεπάεσσι
Δειδέχατ' ἀλλήλες.

Καὶ αὖθις· Εγχείτω τις τέτῳ Φιλοτησίαν. Καὶ Φιλοτησίας, τὰς δεξιώσεις διὰ τῆς Φιλίας. Καὶ Φιλοτησιαν προπινειν ἐσὶν, ἡνίκα τις ἐν ἀρίςῳ ἀπὸ τῆς δοθείσης αὐτῷ Φιάλης πιὼν μέρος, τὸ λοιπὸν παράσχῃ τῷ Φίλῳ, καὶ τὴν Φιάλην χαρισάμενος. Horum magnam partem, et praecipue extremam, *Suidae* et *Etymol. M.* debet *Biſetus*. Quid ergo? *An poculum Aureum Argenteumue, quoties ſe pluſculum inuitarent, pro munere offerebatur? Num huiuſmodi liberalitas hic praedicatur in Aeſchine?* Ita quidem interpretantur haec verba, καὶ τὴν Φιάλην χαρισάμενος. Credo, hanc olim fuiſſe Regum, Magnatumque munificentiam: vt *Suidas* teſtatur in v. Προπίνειν. Immo clariſſimum Exemplum mox ſubiicitur in hac ipſiſſima Oratione, p. 384. 10. Vbi Rex Philippus comiter et laute excipiens Thebanorum legatos, ἐν θυσίᾳ τινὶ καὶ δείπνῳ πίνων, καὶ

φιλανθρωπευόμενος πρὸς αὐτὸς ἄλλα τε δὴ πολλὰ, οἷον ἀϊχμάλωτα καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ τελευτῶν, ἐκπώματα ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ πρετεινεν αὐτοις. Ταῦτα πάντα ἐκεῖνοι διεωθῶντο — αὐτοὶ μὲν ἂν ὑπάρχειν αὐτῷ φίλοι — καὶ ἄνευ τῶν δώρων τούτων. Atque ita *Vipianus* ad textum, in quo verſamur: πολλάκις καὶ ταῦτα τὰ ποτήρια χαριζεσθαι τὸν βασιλέα, οἷς προπίνει, χρυσᾶ ὄντα. Τοῦτο γὰρ ἦν τὸ προπινειν. ita quidem, ſed προπινειν ποτηρια, quod iam eſt illud diuerſum, atque aliud, quam προπινειν φιλοτησιας. Corrige ergo fidenter ex auctoritate MStorum optimorum (ſunt autem, praeter Editiones *Felician.* et *Manut.* Codd. praeſtantes, *Regg. α. β. δ. ε. η. Obſ. Harl. Lind. Ital. Aug. Ask.*) verba illa *Demoſthenis*, 384. 13. ἐκπώματα ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ πρεπινεν αὐτοῖς. Num haeſitas? num dubitas, neutiquam dici poſſe πρετεινεν, ſed vtrobique πρεπινεν? Annon demum cenſes, recte a me diſtingui προπίνειν φιλοτησίας, *amice et familiariter compotare*, et προπίνειν ἐκπώματα, *regio more, pocula aurea pretioſa dono donare?* Inerat Alexandro M. vt refert *Plutarchus* in eius vita, munificentia plane ſingularis, cum ſumma comitate coniuncta: cuius rei exemplum ſubiicit: Ὁ τῶν Παιόνων ἡγούμενος, ἀποκτάνας πολέμιον ἄνδρα, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιδεξάμενος αὐτῷ, τοῦτο, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, παρ' ἡμῖν ἐκπώματος χρυσοῦ τιμᾶται τὸ δῶρον· ὁ δὲ Αλέξανδρος γελάσας, κενόν γε, εἶπεν· ἐγὼ δέ σοι μεζόν ἀκράτε προπιομαι. Similis error, προτείνειν, ſc. loco τὸ προπίνειν, occupauit *Libanium Declam.* II. quem emaculauit doctiſſimus *Gatakerus* ad *M. Antonin.* XI. 13. dignus omnino, qui de hoc ritu *propinandi* conſulatur: praecipue autem *de hac largitione poculorum*, in *Aduerſar. Miſcell. Poſthum.* V. 5. Adde Cl. *Valeſium* ad *Harpocr.* v. Προπεπωκότες. Scio, eſſe apud Veteres nonnulla, quae milita-

militare videntur contra meam ſententiam, veluti illud *Ariſtophanis*, *Acharn.* v. 981.

Κἀμάχετο, καὶ προσέτι πολλὰ προκαλεμένε,
Πίνε, κατάκεισο, λαβὲ τήνδε Φιλοτησίαν.

Cui ſubnectitur ſcholion: Φιλοτησίαν ἔλεγον τὴν φιάλην τὴν διδομένην ἐν τοῖς συμποσίοις. TAYLOR.

381. 2. ἐφ' οἷς ὁ δημόσιος τέτακται.] S. οἰκέτης, ἢ δῆλος. WOLFIVS.

Ibid. Recte ſane *Wolfius*. Οἰκέτης ſubintelligitur, pro quo Scholiolum *Vlpiani* perperam habet Οἶκος. Vid. Cl. *D'Orvillium* ad *Chariton. Aphrodis.* pag. 292. TAYLOR.

3. περὶ τέτε τῦ ὀνόματος.] S. τῦ Αἰσχίνε ἐξομόσαντος τὴν πρεσβείαν. WOLFIVS.

4. ἐκεῖ.] εκειτε ελθων MSS. *Regii α. δ. Aug.* et *Harl.* TAYLOR.

12. αὐτοῖς.] Reſcribi iubet Cl. *Marklandus* αὑτοῖς, vti habet *Benenatus*. Mox cum eod. Editore, *Feliciano* pariter et *Manutio*, et Cod. *Harleiano*, καὶ τἀναντία τουτων τοῖς τῶν Φ. TAYLOR.

17. τέτων.] Sc. τῶν ἔργων. Forte τουτῳ, ſc. τῷ Αἰσχίνῃ. Sic enim ſolet leges ad reos accommodare. WOLFIVS.

Ibid. τέτων.] ſcil. τῶν οἰχομένων παρὰ τὸν νόμον, vel πραγμάτων. MARKLAND. Vox haec in *Harleiano* noſtro deſideratur. TAYLOR.

20. πεπρεσβευμένα ὑπὲρ τέτων.] τῶν νῦν γεγενημένων ἐν Φωκεῦσι, ἢ Φιλίππε καὶ Θηβαίων. WOLFIVS.

23. ἀδικημάτων.] πραγματων plurimi. MSS. *Ital. Regg. β. ζ. Lindenb. Obſop.* et marg. *Ask.* TAYL.

pen. δυσκόλως κ. τ. λ.] ὀργίζεσθαι τῷ Φιλίππῳ, καὶ ὑφορᾶσθαι αὐτόν. Mox 382. 4. τον ἁπάντων τῶν κακῶν αἴτιον lege, non τῶν ἁπάντων. WOLFIVS.

382. 6. τοιαῦτα.] F. ταυτα, sc. τὰ κακά. MARKLAND.

7. ἐγκαλέσει.] ὑμῖν αν εγκαλεσειε. Ita *Benenatus*. Quod confirmant *Aug.* et *Harl.* Mox iidem fere τῶν αλλων Ελλήνων. TAYLOR.

15. τάχα τοίνυν ἴσως.] σχ. non habet ἴσως. Sed vide Cl. *Marklandum* ad *Leptineam*, pag. 462. 6. TAYLOR.

17. τῶν πρεσβευσάντων τὴν εἰρήνην.] Vertit Wolfius, *pacis interpretes*. Potius, *pacis auctores*, vel, *legatos ad pacem conficiendam missos*. IVRIN. *Quegli, che hanno fatto la pace*. Ferro. Ad hunc locum adludit verbis aliquantulum consentientibus *Hermogenes de Invent.* pag. 151. Αλλ' ἀγανακτήσει Φίλιππος, ἐὰν τῶν πρεσβευσάντων τὴν εἰρήνην καταψηφίσησθε. Aut alios reperit Codices Rhetor ille, aut, quod nonnunquam fit, memoriter laudauit, de Figura et Sententia, quam de Verbis, sollicitior. TAYLOR.

21. τυχεῖν.] Plenius aliquando et expressius *Regii* MSti, α. et δ. ὥστε τυχεῖν αυτης. TAYLOR.

26. μᾶλλον.] στω μᾶλλον MSS. *Ven. Obsop. Aug.* et *Harl.* et marg. *Ask.* TAYLOR.

383. 5. ἀσταθμητότατον.] Explicant *Harpocratio* et *Suidas*, ad hunc locum respicientes. Eos etiam vide in v. Ασυνθετώτατον. Nam ita scribendum arbitror in linea sequenti, cum *Lambino*, cum MSS. *Ald. Felic.* et *Manut.* et optimo nostro *Harleiano*, non ἀσυνετώτατον, vti dedit *Wolfius*, neque ἀσύνετον, vt *Regii* Codd. α. δ. Verte autem, *rem omnium inconstantissimam et maxime infidam*. Sic *Horatius* habet *Vulgus infidum*. Oritur menda in libris *Demosthenis*, solito more. Cum enim antiquiores Glossographi ἀσυνθετώτατον quandoque per ἀσυνετώτατον exponerent, id quod fecit *Harpocratio*, adripuit scriba interpretamentum. Vel potuit similitudine vocabulorum esse dece-

deceptus. Sunt autem ſimillima. Interpretes interea ſecuri, hic, *res imprudentiſſima*, ille, *coſa pazziſſima*. Vterque praeter rem et veritatem. Nam mea lectio eſt vnice approbanda. Et confirmat Cl. *Valeſius* ad *Harpocrat.* TAYLOR.

383. 7. πνεῦμα.] F. κυμα, vel ῥευμα. Nam *Ventus* non magis inconſtans eſt in *mari*, quam *terra*. MARKL.

Ibid. Omnino recte. κῦμα margo *Benenati:* atque inſuper Editiones apprime bonae *Feliciani* et *Manutii*. Simile eſt illud *D. Iacobi*, I. 6. Ὁ γὰρ διακρινόμενος ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης, ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ. Vide Cl. *Wolfium Cur. Philolog.* ad *Act.* XVII. 13. Anne hunc locum *Demoſthenis* reſpexit *M. Antonius*, cum Octauio iuuene ſermocinans, apud *Appian.* II. *B. Ciu.* p. m. 271. Ὁ δὲ δημος ἐστιν, ὥσπερ καὶ σὺ τῶν Ελληνικῶν ἀρτιδίδακτος ὢν ἔμαθες, ἀστάθμητον, ωσπερ εν θαλασσῃ κυμα κινεμενον, ὃ μεν ηλθεν, ὃ δ' απηλθεν? Verum vtrum reſpexerit, necne, correctio noſtra eſt neceſſaria. Et retinerem ſane articulum ὁ: neque *genus* mutaſſem cum *Appiano* ὃ μὲν ἦλθεν — Ad *ciuem* enim refertur, τὸν δεῖνα ἐκ τῦ δήμυ, non ad *fluctum marinum*. Sc. *Alius accedit, alius abit: Nemini autem Remp. curae eſſe video*, vt recte Interpres. Vide *Lipſium* I. *Var. Lect.* 3. conferentem hunc locum *Demoſthenis* cum alio *Ciceronis*. TAYLOR.

11. αὐτῶ.] Non eſt pro nihilo, quod plurimi Codd. vt MSS. *Ald. Felician.* et *Manut. Aug. Harl.* habeant ετω. πράξοντας — ετω, καὶ διοικήσοντας, οἷον ἂν αὐτῷ δοκῇ. Et pene habeo neceſſarium. Quaenam enim eſt illa, Dii boni, ſcribendi negligentia: πράξοντας ἐν ὑμῖν αυτω — οἷον ἂν αυτω δοκῇ· καὖνπερ αυτω τῦτο κατασκευασθῇ —! Mox v. 13. melius fortaſſe διαπραξεσθαι. TAYLOR.

19. ὑμῖν.] υμων eſt Hariolatio *Lambini*, ſed inſcitior. TAYLOR.

383. 20. ἐδὲ τᾶ ζῆν ὄντα κύριον ἑαυτῷ βεβαιῶσαι.] S. αὐτό. Sed quid si ἐδὲ το ζῆν, vt referatur ad βεβαιῶσαι? WOLFIVS.

Ibid. An το ζῆν, *vitam?* Κύριον βεβαιῶσαι, vt κύριοι ζημιῶσαι, *contr. Aristocratem*, pag. 630. 16. Vide tamen pag. 642. pen. eiusd. Orat. MARKLAND.

Ibid. Legendum opinor τᾶ το ζῆν, vt sit sensus, κύριον ὄντα τᾶ βεβαιῶσαι το ζῆν (vitam) ἑαυτῷ. IVRIN.

Ibid. το ζῆν MSS. *Ital. Ven.* et *Harl.* TAYLOR.

23. καὶ γάρ τοι — φίλην ἔγραψεν.] Male, opinor, haec vertit *Wolfius*. Vertendum: *itaque primum quidem Amphipolim, vestram vrbem, imperio suo subiecerat, quam tunc* (Timagora nempe damnato) *in sociarum et amicarum vrbium catalogum retulit.* Legendum vero υμετεραν pro ημετεραν. IVRIN.

Ibid. πόλιν.] F. παλιν ἡμετέραν δᾴλην κατέσησεν. WOLFIVS.

Ibid. F. ην, πόλιν ἡμετέραν, δᾴλην κατέσησε, τότε etc. Male *Wolfius* coniungit Αμφίπολιν πόλιν, et peius vertit, ἡμετέραν δᾴλην κατέσησεν, *vestro imperio denuo subiecit*: et quae sequuntur, *quam hactenus sociam suam* etc. MARKLAND.

Ibid. Quicquid sit in ista coniectura *Wolfii*, auctoritatem aliquam nacta est ex scriptis Codd. *Ven. Ital. Lind.* et *Regg.* α. β. qui omnes praeferunt παλιν. Sed Viri doctissimi amicissimique Correctio est vnice vera. TAYLOR.

26. τοῦτ'.] F. τοτ' ἂν etc. cui mox opponitur νῦν. MARKLAND.

384. 9. ἃκ ἐδέξαντο.] F. ἃ ἃκ ἐδέξαντο. MARKL.

14. προὔτεινεν.] Omnino προυπινεν, vt nuper ostendimus. TAYLOR.

15. ἐδαμῆ. περίεντο ἑαυτές.] Verte, *neque se vsquam prostituebant.* Incautius hic *Wolfius*, et negligentius. TAYLOR.

384. 17.

384. 17. ὃν ἀχ ὑπὲρ Θ.] Delendum puto iſtud ον. IVRIN. Id tamen minus neceſſarium. Licet in *Harleiano* deeſſe videam. TAYLOR.

23. προθέντα.] Male Edit. *Benenati* προσθέντα. Quod vidit et vindicauit *Lambinus*. Confer pag. 361. 28. TAYLOR.

Ibid. αὑτᾶ.] Scr. αὑτᾳ. MARKLAND. Et recte. *Harl.* εαυτᾳ. Id quod voluiſſe credo *Regg.* α. δ. qui σαυτᾳ. TAYLOR.

26. καὶ τί συμβέβηκε.] Wolfius, *et quid vobis acciderit*. Immo, *et quid iis* (Thebanis) *euenerit*. IVRIN.

Ibid. Recte fortaſſe. Sed nonnulli Codd. *Wolfii* interpretationem confirmant. MS. enim *Harl.* cum *Aug.* et Editt. accuratioribus: τί τοῖς Θηβαίοις γέγονεν ἐκ τέτων, καὶ τί υμιν συμβέβηκε. Quam lectionem neque laudo admodum, neque improbo. TAYL.

385. 6. τῆς των Φωκέων χώρας, vt excudebant *Pariſienſes*, et confirmant MSti, *Lind.* et *Harl.* TAYL.

Ibid. ὅσην.] Rectius fortaſſe ὅσον, vti praeferunt MSS. οποτην βελονται *Lindenb.* TAYLOR.

8. τοῖς δὲ πρέσβεσι τοῖς τῶν Θ.] τι δὲ πρέσβεσι τοῖς τῶν Θηβαίων; τί; Cod. *Venetus*. TAYLOR.

12. ἀπέδοντο.] L. εκ ἀπέδ. — quod patet ex comparatione ſequenti. ἕτοι ſunt *legati Thebanorum*. MARKLAND. Ni ἕτοι fortaſſe in *Aeſchinem* et ſocios iaciatur. Quod eſt veriſimile. TAYLOR.

20. ἡγήσασθαι.] L. ηγησεσθαι, vt κωλύσειν. MARKLAND.

Ibid. Recte, vt Cod. *Reg.* α. et *Ital.* Verum in *Ven.* et in *Lindenb.* κωλύσειν non ſcribitur, ſed κωλύειν. TAYLOR.

25. καλέσαι.] F. καὶ μὴ καλέσαι. MARKLAND.

26. ἐκκρέσας ἕτος εἰς τὴν ὑςεραίαν.] *Re fraude in poſterum diem dilata*. Hoc malo, quam, *Iſte cauillationibus eludens, poſtridie perſuaſit*. WOLFIVS.

385. 28.

385. 28. ἑλέσθαι.] ἔπεισεν υμας ἑλέσθαι, cum *Lutecianis*, Membranae *Ven.* et *Harl.* TAYLOR.

386. 3. πάνθ'.] Distinguit Cl. *Marklandus* ita: τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ πάνθ', ὅσα ἑωράκατε. TAYLOR.

4. ἀλλ' ἃ ἐν τῇ.] Τὸ ἃ redundare puto. Nec enim verbum, ad quod referri possit, sequitur, aut subintelligitur. WOLFIVS.

Ibid. ἀλλ' ἃ Editt. *Ald.* et *Lutec.* Corrigunt nonnulli ἄλλα ἐν τῇ κ. τ. λ. Ita dedit *Felicianus.* Ita Cod. *Ven.* cuius lectio non recte repraesentari solet, aut intelligi, ἢ ἀλλὰ ἦν. Sed exaratur, si fides sit accuratius explorantibus, ἀλλ' ἐν, ἢ ἄλλα ἐν, i. e. ἀλλὰ, *sed*, *vel* ἄλλα, *alia.* Ita nonnunquam vexantur Exemplaria ex Scribis emendantibus. TAYLOR.

5. καὶ γεωργίαι παμπληθεῖς.] Sub. ἐγένοντο. WOLFIVS.

11. πόλει.] *Benenatus* τῇ μὲν ἐκπεμψάσῃ τῃ πόλει. Editio sane prae caeteris harum minutiarum prodiga. TAYLOR.

15. ἀπορίων.] Proba est Lectio, neque temere sollicitanda. Bene, vt mihi videtur, addit *Demosthenes*, ἀντὶ τῶν ἐσχάτων ἀπορίων, ad exprimendam istorum hominum subitam nouamque fortunam. *Ex summa rerum omnium inopia, et maxima egestate euaserunt beatissimi.* Simile est istud *Terentianum*, initio *Andriae:*

Feci, e seruo *vt esses libertus mihi.*

Simile etiam istud *Lysiacum, de Caede Eratosthenis*, p. 7. 3. ὅτε χρημάτων ἕνεκα ἔπραξα ταῦτα, ἵνα πλέσιος ἐκ πενητος γένωμαι. Ita *Olynth.* III. οἱ μὲν ἐκ πτωχων πλέσιοι γεγόνασιν, οἱ δ' ἐξ ἀδοξων ἔντιμοι. Ita *De rebus Chersones.* τέτων μὲν ἐκ πτωχων ἔνιοι ταχὺ πλέσιοι γεγόνασι· καὶ ἐξ ανωνυμων καὶ ἀδόξων, ἔνδοξοι καὶ γνώριμοι· ὑμεῖς δὲ τἐναντίον ἐκ μὲν ευδοξων ἄδοξοι, ἐκ δ' ευπορων ἄποροι. Ita *Philipp.* III. ὅτι μὲν δὴ

μέγας

μέγας ἐκ μικρᾶς καὶ ταπεινῆς τοπαταρχὰς ὁ Φίλιππος ηὔξηται. Ita infra, p. 434. pen. ἐξ ὧν ἀντὶ καλῆς αἰσχρὰν συνέβη γενέσθαι τὴν εἰρήνην. Item p. 289. 17. et 270. vlt. Ita *Herodot. Erat.* 32. Ἐποίευν ἀντὶ εὐναίης ἐνορχίας, εὐνέχες. Emphasin haec habere solent praecellentem. TAYLOR.

386. 16. εἰργάσθαι.] καθίσασθαι MSS. *Ald. Felician.* et *Manut.* TAYLOR.

17. τὰς Ὀλυνθίας μάρτυρας.] Quid Olynthiis extorribus cum Phocensi agro? Puto legendum Φωκέας. Etsi *Aeschines* meminit Olynthii cuiusdam, quem *Demosthenes* corrumpere non potuerit, vt pro testimonio mentiretur. WOLFIVS.

Ibid. Delendum opinor Ὀλυνθίας. MARKLAND.

Ibid. Ὀλυνθίων Cod. *Aug.* cum marg. *Benenati.* TAYLOR.

20. ὡς οὐκ ἦν καλὴν lege. WOLFIVS. Nam Editio *Parisina* vna cum *Vlpiano* habet καλη. Minime recte. TAYLOR.

24. τῆς αὐτῆς.] F. del. της, vt paulo post. MARK.

Ibid. Ita Cod. noster *Harleianus.* Atque ita *Maximus* Sophista (Vid. *Fabric. Bibliothec. Gr.* Tom. IX.) qui totum h. locum laudat, tali varietate: scil. ἀντερωτήσατε — πόλεως ᾤχετο πρεσβεύων — ταύτης αὐτῆς — τε τῷ πολέμῳ (vt *Regg. α. δ. ε. Ital.* et *Harl.*) — ἔχειν στρατηγὸς (vt *Lind.* et *Harl.*) — πόλις τῶν αὐτῆς ἀφέστηκεν. TAYLOR.

27. χρήματα.] F. χρηματ' αν. MARKLAND.

Ibid. εἰ δ' ἐκ ταύτης αὐτῆς.] εἰ δ' ἐκ της αὐτῆς MS. *Obsop.* et marg. *Ask.* TAYLOR.

387. 3. ἐγίγνετο.] Post hanc vocem, in quodam vetusto exemplari, quod *Vlpianus* adhibuit, vt et in *Harleiano* nostro, ita scribebatur: Νῦν δὲ ἡ μὲν πόλις τῶν αὐτῆς ἀφέστηκεν· ἔτος δὲ χρήματα εἴληφεν. Addit deinde homo satis sagax, non videri hoc comma profectum

profectum esse a *Demosthene*. Cui lubens assentior. Eadem porro vocabula retinet Cod. *Aug.* ex caeteris solus. In eo tamen apponuntur exaduersum p. 386. 28. ad haec verba: ἐφ' οἷς ἡ πέμψασα πόλις τῶν αὐτῆς ἀπέσχη, ἐπὶ τέτοις ἔτος δῶρα προσλαβὼν φαίνεται. Cuius nimirum textûs sunt vel Glossa, vel quaedam Chrestomathia. TAYLOR.

387. 9. ἐν Νέωτιν.] Νέωνα *Stephanus* vrbem Phocidis esse scribit, vnde fiat patrium nomen, Νεώνιος. Sed hoc plurale est, siue οἱ Νέωνες, siue τὰ Νέωνα, fortassis a noua emtione. Εἰς νέωτα, *nouo*, aut *altero anno*. Vnde Versus:

Αεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλέσιος. WOLFIVS.

Ibid. *Harpocr.* v. Νεῶσι hunc locum citat: apud quem *Androtio* in plurali habet Νεῶνας: licet *Herodotus*, vt discimus ex eod. *Harpocr.* et *Stephano Byzantino*, in singulari, Νεῶνα. MSti nostri Νεωτίνας, Ενγεωσίνας, etc. non quod librarii duplicem scripturam Ciuitatis inuenerant, vt male auguratur *Valesius* in *Notis ad Harpocr.* sed quod procliue fuerit, ex his vocibus καὶ τὰς εν Νεωσιν ἀπειλήφεσαν, oscitanti Scribae tale monstrum procudere. Sed *Valesii* existimationi melius esset consultum, si tota illa Adnotatio deleretur. Pessime enim cepit Auctoris nostri mentem in hac periodo, atque hic extra limites negotii sui diuagatur, vt id palam omnibus faceret. Eius tamen meritis hoc lubenter sum condonaturus. Locus *Herodoti* est VIII. 32. TAYLOR.

11. Ηδυλείῳ.] In Cod. *Augustano* σχ. ὄρος Φωκίδος. Plura de eo consignantur ab *Vipiano* et *Harpocratione*. TAYLOR.

Ibid. καὶ τρόπαιον ἐστήκει.] Malim εστηκεισαν. IVRIN.

Ibid. Dubito vehementer. Scriptum est Graecanico more. Infra, pag. 444. 5. ἐκρατῆντο Θηβαῖοι, καὶ

καὶ μάχη ἤττηντο, καὶ τρόπαιον ἀπ' αὐτῶν εἵστήκει. TAYLOR.

387. 12. κακῶν Ιλιὰς.] Miror, cur *Genethlio*, antiquo ſcriptori in *Demoſthenem*, diſplicuerit hoc Prouerbium: Φησὶ δὲ Γενέθλιος, ὅτι ἐνήλλακται (ita lege) ἡ πτῶσις. ἔδει γὰρ εἰπεῖν Ιλιαδος κακα. Vlpianus. TAYLOR.

13. ὑμῖν δὲ.] Codd. alii: ὑμῖν δὲ τοιῦτο ουδεν ἔτ' ἦν, ἔτε γένοιτο. Alii: ὑμῖν δὲ τοιῦτο μηδεν ἔτ' ἦν, μητε γένοιτο. TAYLOR.

17. ἔτι.] Malim τι. WOLFIVS. Deeſt *Harl.* TAYLOR.

18. τοσέτῳ.] L. τοσουτον: vt vidi in quodam Exemplari olim correctum. Atque ita MSS. optimi, *Aug.* et *Harl.* TAYLOR.

20. ἐγγέγονε.] Non eſt, vt muniretur Vox ea tali Praepoſito. Simplicius multo et melius MSS. *Ven. Lind. Aug. Harl.* cum duobus *Pariſ.* α. et ζ. γεγονε. TAYLOR.

21. ἃ τῷ πολέμῳ.] F. ἃ εν τῷ πολέμῳ. Pag. 371. 10. ἐπὶ τῦ πολέμε διασωθέντας. MARKLAND.

24. Αλλὰ, νὴ Δία κ. τ. λ.] Aut haec Obiectio abundare, aut Refutatio eius abeſſe videtur. Praeſtiterit enim, poſitam non fuiſſe, quam non euerſam. Neque enim facile bellum eſt ſine ſociorum auxiliis. Vlpianus εἰρώνειαν eſſe putat, quae κατ' ἀποδίωξιν refutatione indigna eſſe putetur. WOLFIVS.

Ibid. Αλλὰ, νὴ Δία — τῷ πολέμῳ.] Haec aliena eſſe arbitror, neque huius loci. Ita connectendum et legendum exiſtimo: ὅτι τὰ ἐκείνων μὲν ἐκ ἀπέδοντο οἱ πρέσβεις, τὰ δὲ ὑμέτερα ἔτοι πεπράκασιν. ὅτι γὰρ ταῦτα ἔτω πέπρακται, καὶ ἐκ τῶν etc. Πέπρακται, inquam, non πέπρακται. Nam cauſale γὰρ, et narratio, quae ſequitur, clare euincunt, *Demoſthenem* iam in eo

in eo esse, vt probet *venditam* fuisse rempublicam. MARKLAND.

387. 24. Mire aestuat *Vlpianus* in sordibus huius κακῆ κόμματος expurgandis. Et simile aliquid ei contigisse video ad eam, quae est *De Corona*. Adnotarunt hic Librarii in suis Exemplaribus: δοκεῖ λείπειν ἐνταῦθα πολλά. Nemo autem ante praestantissimum *Marklandum* vidit, infaustissimum id Incisum [Ἀλλὰ, νὴ Δία — τῷ πολέμῳ.] potius esse eliminandum. Veruntamen, vt meam exponam de ea re sententiam, vero est omnino simillimum, et talem obiectionem, (vel potius, talem defensionem Pacis male conciliatae) sc. *Socios belli diuturnitate fractos esse et defessos*, factam fuisse ab *Aeschine*, et a *Demosthene* alicubi animaduersam: Qua tamen in parte Orationis, neque liquet, neque fortasse vnquam liquebit. Per totam enim mirum in modum omnia sunt conturbata, vt in aditu Orationis admonui, et vt, ea progrediente, planius apparebit. TAYLOR.

pen. αὐτὴ.] F. αὕτη, *haec*. WOLFIVS. MARKLAND.

vlt. ἀπήρκεσαν.] ἀπέπλευσαν habet MS. *Aug.* loco scholii aut glossae. TAYLOR.

388. 6. ἐᾶσθαι] F. εασαι. MARKLAND.

Ibid. Ita Editi a *Benenato* et *Feliciano*. Et ita, sine litura, *Obsop. Cant. Harl.* et marg. Exempl. *Ask.* TAYL.

8. τι.] Τὸ τὶ videtur παρέλκειν, cum μηδὲν antecedat. WOLFIVS.

10. ἀμελήσασι.] μελλησασὶ *Aug.* et *Harl.* TAYL.

12. ἐγκαταλειφθέντων] τῶν προειμένων, καὶ ἠμελημένων. Postea coniungo ἠθέλησε πολεμεῖν ἐξαρχῆς. WOLFIVS.

Ibid. εγκαταληφθεντων maluit *Lambinus*. Nae ille aliquoties truculentus est Criticus, praeter aequum modumque. TAYLOR.

388. 12.

388. 12. ἐξαρχῆς.] Quaero, an significet *denuo*, et coniungendum sit cum ἠθέλησε πολεμεῖν, *denuo bellum gerere voluit*. Ita sumendum videtur apud *Aesch.* π. Παραπρ. p. 338. vlt. καὶ πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἰσχύσαντος — *atque iterum, denuo, viribus aucto*, sc. populo, vel, statu populari. MARKLAND.

Ibid. Recte: et corrige *Wolfii* versionem ad normam Etruscae: *vorra per qualche rimanente* di nuouo *guerregiare*. TAYLOR.

13. ἔχεσι.] Hinc illud in foederibus, ο εχων εχετω. WOLFIVS.

18. τέτε.] Satagunt MSti in substituendo εκεινου, *Aug.* nempe, *Harl.* et ex *Regiis*, α. δ. ε. η. Deest in *Lindenb.* TAYLOR.

19. ἀπαγγέλλειν.] F. απαγγελειν, vt ἀποδώσειν, ἀφέξεσθαι, πρεσήσεσθαι, etc. MARKLAND.

Ibid. Recte. Ita quoque MSS. et marg. *Benenati*. TAYLOR.

21. εἰδότας.] ιδοντας MSS. *Obsop. Ital. Aug. Harl.* et *Reg.* η. Accedit *Ask.* vbi scribitur εἰδώντας. TAYLOR.

389. 1. δικαίων.] Non *Ius*, vt reddit *Wolfius*, aut *Iura*. Τὰ Δίκαια sumuntur, vt τὰ δικαιώματα, nimirum *Postulationes. Claims or Pretences. Ea, quae* iuste *vobis concedi oportere existimatis.* Vide *De Coron.* 228. 12. et 230. 11. Mox v. 2. melius fortasse cum *Reg.* α. παριδετε, et v. 4. cum *Ven.* et *Harl.* εκεινου — τὰ ἐμπόρια. TAYLOR.

5. κλείσειν.] Sc. ἐμέλλετε, repetendum ex praecedenti ἔμελλεν. MARKLAMD.

7. δελεύσων.] δουλευων *Ital. Harl.* et *Reg.* η. TAYLOR.

15. τὴν βελὴν ποιήσαντος τῷ δήμῳ κυρίαν.] Alioqui Προβέλευμα τῆς Βελῆς ad Concionem fuisset referendum. Sic enim scribit *Aphthonii* Interpres: Οσα

ἐν τῇ Βελῇ ἔδοξε, ταῦτα ἐπὶ τὸν Δῆμον ἀνεφέρετο· καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων, τὰ ὑπὸ τῦ Δήμυ ψηφιζόμενα ὑπὸ τῆς Βελῆς ἐκυρῶτο. WOLFIVS.

389. 15. *hauendo dato il popolo la podestà al Senato*, Italus Interpres, paulo pressius, quam sunt Latina *Wolfii*. TAYLOR.

19. ὥσπερ.] *Lambinus* ita corrigit: γράψας, οισπερ νῦν λέγω, τοῖς ῥήμασιν αυτοις. Illud probo: hoc certe est minus necessarium. Οὕτως enim non semper ad comparationem adhibetur: sed est quoddam quasi intensiuum. Et ecce, ne nimis diuagari videar, v. 23. αὐτὸς ἐξήγαγον ουτως ἄκοντας, *full sore against their Will*; vt dicerent nostrates. Vbi Versionem *Wolfii* reformabis. TAYLOR.

23. ὅτως ἄκοντας.] Αντὶ τῦ πάνυ. Nisi forte ουτως legendum sit, *reuera inuitos*. Quod adnotatum est, ἀκόντας etiam legi, nullum habet sensum. WOLFIVS. ακουοντας erat in MSS. *Ald.* et *Reg.* δ. αλοντας in η. TAYLOR.

25. συνεμίξαμεν] συνεσμεν habet *Vlpianus*; et συνεμίξαμεν pro varia lectione. γρ. σύνεσμεν et συνετάξαμεν (sic) marg. *Paris.* TAYLOR.

390. 2. ὅλαις.] F. ολας. MARKLAND. Ita etiam *Lambinus* auguratus est, et vertit *Wolfius*. Sine litura denique ολας in *Harleiano* nostro, et *Ital.* TAYL.

Ibid. Δορίσκον, Θράκην, τὰ ἐπὶ τειχῶν.] Θρᾴκης τα ἐπὶ τειχῶν. Ita legendum arbitratur *Palmerius* ad *Scylacem*, p. 280. *Exercitat.* TAYLOR.

3. τὰ ἐπὶ τειχῶν.] Alias τῦ Ηραίυ τείχες meminit, de quo et *Stephanus* in Ηραῖον. WOLFIVS.

Ibid. ἱερὸν ὄρος.] Vid. *Strabon. Vales.* ad *Harpocr.* v. Εργίσκη, Not. ad *Aeschin.* p. 268. not. 61. TAYL.

7. ὡς ἀγνοῦντας.] F. ὡς αν ἀγνοῦντας, vt ante, et mox. MARKLAND.

16. αὐτὸν.] L. αὖτον. MARKLAND.

390. 17.

390. 17. αἰσχρὰ δεινὰ.] F. αἰσχρὰ καὶ δεινά. WOLFIVS. Decrat enim in Impreſſorum aliquibus. TAYLOR.

19. αὐτὰ δηλώσει.] S. τὰ πράγματα. WOLFIVS.

24. ὅσα κ. τ. λ.] Variatum eſt in Membranis. In hac autem lectione conſentiunt plurimae παρ' ἐδεμιᾶς ἄλλης πόλεως. TAYLOR.

26. παυδοκείῳ.] Illuſtrat *Brodaeus* IV. *Miſcell.* 17. TAYLOR.

391. 3. τήν τε γὰρ εἰρήνην ἐχὶ δυνηθέντων.] S. τῶν πρέσβεων. Ὑποθετικῶς ea, quae ſequuntur, accipienda ſunt, εἰ μὴ ἠδυνήθησαν etc. Quae cum e conuerſione mea plana et perſpicua eſſe confidam, nihil eſt, quod actum agam. WOLFIVS.

Ibid. Apage *Hypotheticam* iſtam et odioſam *Wolfii* obſcuritatem. Quanto praeſtantius ille, qui *Italice* vertit? *Percioche non poſſendo egli, come coſtoro haueano innanzi tentato — ſcriuer la pace, ma eſſendo ſtato forzato da noi Filocrate, che cancellaſſe queſto — non voleua che alcuno de' ſuoi confederati faceſſe queſto giuramento.* TAYLOR.

Ibid. εἰρήνην.] Additur in MStorum nonnullis, καὶ τὴν συμμαχίαν. TAYLOR.

7. Ἀθηναίες.] Rectius credo, quod *Lambinus* ſubmonuit, adſtipulantibus etiam Codd. *Harl.* et *Reg.* α. Ἀθηναιοις καὶ τοις Ἀθηναίων συμμαχοις. TAYLOR.

12. ἐδὲ κ. τ. λ.] marg. *Benenati*, ὅτε τοῦτο δειχθῆναι πᾶσιν, ὡς ἐκ ἄρα κ. τ. λ. TAYLOR.

16. ὥστε τυχεῖν.] αν τυχη quamplurimi Codd. *Aug. Ven. Reg.* δ. *Obſop. Harl. Lindenb. Ital.* et *Ask.* TAYLOR.

17. ᾤετο δεῖν αὐτὸς.] Vter? Philippus, an Aeſchines? WOLFIVS. Philippus procul dubio. TAYLOR.

18. μηδαμόσε βαδίζειν.] *Che eſſi* in niun luogo *andaſſero*, vt recte *Ferrus*. *A loco, in quo erant*, nus-

quam *pedes dimouere.* Quod omne peſſundat lectio Cod. *Reg.* α. ȣδαμως ᾤετο δεῖν τȣ́τȣς (ita enim etiam nonnulli) βαδίζειν. Sed in illo exemplari non ſincere exaratur. Voluit certe Scriba id, quod reperitur in *Lindenb.* et *Harl.* διὰ ταῦτα ȣδαμοσε ᾤετο δεῖν τȣ́τȣς βαδίζειν. Quod vulgatam lectionem tuetur, et eodem recidit. TAYLOR.

391. 20. ὅταν ἐξελέγχωνται πάντα.] S. οἱ πρέσβεις. Mox [v. 23.] πῶς ἔνεςι — τȣ́τοις σώζεσθαι; Poteſt et τȣτȣς legi. WOLFIVS. τȣτȣς *Lambin.* MSS. item *Ald.* Editt. *Felician.* et *Manut.* Recte fortaſſe. τουτῳ *Lind. Obſop.* et *Ask.* τȣτον *Harl.* et *Aug.* omnium fortaſſe optimi, et integerrimi, ſed qui hic vadimonium deſeruerunt. TAYLOR.

392. 14. ἀπήραμεν.] απηραμην *Lind.* απηρομην *Ask.* et ſimiliter Cod. *Obſopoei*, cui viſum eſt addere haec verba, *haud dubie emendatius.* Sed non teneo emendationem. Loquitur de toto grege Legatorum, *Nos omnes.* Et recte igitur modo v. 16. doctiſſimus *Iurinus* reſtituit ημιν. ὅςις ημιν, nobis legatis, σπείσεται. Iam autem vnde, aut quo artificio, delapſus eſt Noſter a prima perſona, ἀπήραμεν, ad tertiam in iſtis vocibus ἦλθον, ἀνέμειναν, ἐποίησαν, etc. vtile erit conſulere, quae habet ad locum σχ. noſter *Vlpianus.* TAYLOR.

18. ἐποίησαν.] ἐποίησαν τον χρόνον. Ita dedit *Benenatus.* Forte reſtituendum εποιησαντο χρόνον. Quod in margine exaratum eſt, γρ. ἀνήλωσαν, ἤγουν ἔτριψαν, vtrumque pro Gloſſa habeo, vti habebat etiam *Wolfius.* TAYLOR.

Ibid. Αλȣ δὲ πολιορκȣμένȣ lege, [Corrupte enim edi vidit, Αλλ' ȣ̓δὲ] et [v. 27.] ȣ̓́τε πλεῖν αὐτοῖς ἐπῄει, ab ἔπειμι, ἀντὶ τȣ̃ ἐπῆλθε, ἢ, εἰς νȣ̃ν ἦλθε. Et [p. 393. 1.] προ τȣ̃ τȣ̀ς ὅρκȣς ἀπολαβεῖν. WOLFIVS. Male enim πρὸς in exemplaribus *Aldinis.* TAYLOR.

392. 21.

392. 21. Παγασὰς.] Πηγασας *Reg.* Cod. ε. Forte πηγας appellatiue, notauit alicubi *Wolfius*. Qua mente et consilio, sane nescio. TAYLOR.

393. 1. διατριβῆναι.] διατριφθηναι MSti *Regg.* α. β. ε. η. *Lind. Obsop. Harl.* et *Ask.* κατατριφθηναι *Ven.* TAYLOR.

6. ἢ τὴν αὐτὴν.] Restitue, ἢ οι τὴν αὐτὴν ὁδὸν κ. τ. λ. Editt. *Felician.* et *Manut.* cum MSS. *Harl.* et *Obsop.* TAYLOR.

8. οὐ.] Quaere, annon vtilius esset ωδε βαδίζειν Codicum, *Aug. Ven. Ital.* et *Regg.* α. ζ. TAYLOR.

Ibid. πρὶν ἐλθεῖν τὸν κήρυκα.] Wolfius, *ante caduceatoris reditum.* Potius, *ante caduceatoris aduentum.* Nempe Athenis missus erat Caduceator, necdum legatos assecutus fuerat. IVRIN. Recte. Ita Italus: *prima che fosse* venuto *il trombetta.* TAYLOR.

9. καθήμεθα.] Hic locus, credo, designatur a *Polluce* III. 13. cum ait, apud *Demosthenem* reperiri καθήμεθα pro ἐκαθήμεθα. TAYLOR.

13. ἀξιῶν.] Melius non paulo ηξιων Cod. *Aug.* TAYLOR.

14. αὐτὸς δὲ.] Requirit Sensus, vt legatur ετος δὲ. Quod etiam reperitur in *Benenati* margine. IVRIN. Recte. Et conseruant plurimi, sc. *Aug. Ven. Reg.* δ. *Lind. Ital.* et *Harl.* TAYLOR.

17. διεκωδώνισεν.] Vide *Harpocrationem.* Codd' non moror, qui vocem hanc iactitant, διεκωδωνησεν' διεκωδωνιζεν. Scitius est, et felicius, quod locum desperatiorem nonnulli ex iis ita complanent, sc. ἐκεῖνος ἡμᾶς διεκωδώνισεν ἅπαντας· τίνα τροπον; ἑκάστῳ προσπέμπων ἰδίᾳ κ. τ. λ. Ita enim Cod. *Lindenb.* Cui accedit etiam *Cant.* Ita etiam voces constituunt *Ven.* et *Harl.* verum sine Interrogatiua. TAYLOR.

18. προσπέμπων.] πρσπεμπων *Ven. Regg.* α. β. δ. η. et *Harl.* TAYLOR.

393. 22. εὐθέως.] Ferri potest. Sed speciem habet Variae Lectionis τῷ εὐήθως. Quod male redditur *temere*. Significat *simpliciter, faciliter, sine scrupulo*. MARKLAND. Recte in σχ. εὐήθως. ἁπλέστερον. Scholiolon illud, quod in *Augustano* exstat, minus intelligo. Εὐήθως. ὃ λέγει μωρῶς, ἀλλὰ κακέργως. Porro, istud εὐθέως in Edit. *Parisiensi* non exstat: neque in *Harleiano* Codice. TAYLOR.

24. τῷ κοινῇ λ π. μετάσχοιμεν.] Huc, vt arbitror, respexit *Priscianus*, col. 1142. cum ex *Demosthene* citat τῶν ξενίων εἰ μετάσχοιεν. TAYLOR.

pen. ἔτε κατεπεῖν.] Periodi duo sunt membra, ἔτε κατεπεῖν — ἔτε φυγεῖν τὸ ἀναίλωμα. Quod interpositum est, ἀδ' εἰπεῖν — καὶ ὁ δεῖνα, Tu priori substitues, quasi interpretamentum: vt recte in versione distinxit *Wolfius*: Neque *opportunum illi fuit istos prodere*, (aut *dicere*, *illum vel illum accepisse*) neque *impensam fugere*. Verum quid erat dicturus Philippus, si dixisset? Sequitur, ὅτι ἀλλ' etc. Vbi ὅτι perinde est, ac SCILICET: Formula Graeca, vbi Persona mutatur, et Alius loqui intelligitur. Deinde, ἀλλὰ est quasi Negantis. IMMO *iam consumta sunt: In hunc et illum contuli*. Vid. 428. 10. Ita in minutis istis particulis volui et industrius videri et vtilis esse. TAYLOR.

394. 1. ὡμολόγησε κ. τ. λ.] Priorem horum partem omisit *Wolfius* in versione. Rescribendum, *assensus est igitur, sed eluisit*. IVRIN.

5. Μαρτυρια.] Μαρτυριαι. MARKLAND.

9. ὅσοιπερ ἦσαν ἐξηγγυημένοι.] *Qui sponsores dederant*. WOLFIVS.

15. λύσασθαι.] λυσεσθαι. MARKLAND. Ita *Harleianus* noster. TAYLOR.

16. οἷς αὐτὸς ἔχρησα τὸ ἀργύριον lege, παρὰ τὸ χρέω, τὸ χρήματα δίδωμι, ἄνευ τόκων ἀπολησόμενος. Nam τὸ δανείζειν vsuram complectitur. WOLFIVS.

Illud

Illud propter faeces *Aldinas* aliorumque, vbi ἐχρήσατο ἀργύριον ſiue ἀργύρια. TAYLOR.

395. 3. δεινὸν ἂν ἦν.] Scr. δεινὸν ἔν αν ἦν, *fuiſſet.* MARKLAND.

4. ἰδία.] Sic ordina: πλανᾶσθαι ἐκεῖσε ἰδίᾳ ἐξομοσάμενον (S. τὴν πρεσβείαν) ἃ πάνυ καλὸν, ἃδ' ἀσφαλὲς ἦν. Et poſt [v. 17] ὥστε χρήματα διδόναι ὑπὲρ τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμίας, ὁρῶν ἑτέρους λαμβάνοντας. Et [v. 27.] ἐπεχείρησαν, ab ἐπιχειρέω. WOLFIVS.

5. ἃ πάνυ.] Satius cum *Aug.* Cod. ἰδίᾳ δ' ἐξομοσάμενον ἃτ' αὐ καλὸν, ἃδ' ἀσφαλὲς κ. τ. λ. TAYLOR.

11. παρὰ ταύτην κ. τ. λ.] Lege cum *Aug.* et *Harl.* παρ' αὐτην τὴν ἀποδημίαν. Illud τὴν etiam in *Ald. Benenat.* et *Lind.* TAYLOR.

22. περιῆσαν ἔτοι μἐ.] F. περιῆσαν ἄν. Loquitur ex opinione ſua. Fruſtra, inquit, opinor, ſuſcepiſſem hanc tertiam legationem: nam iſti, vtpote plures, περιῆσαν ἄν μἐ, *ſuperiores me fuiſſent.* MARKLAND.

23. παρὰ] περι *Reg.* δ. TAYLOR.

24. παράπηλα.] Αντιτιθέμενα ἀλλήλοις, καὶ συγκρινόμενα. Schol. Cod. *Auguſtani.* TAYLOR.

25. Αλεις.] Αλεῖς. Circumflecti debuit, vt pariter fieret cum pag. 352. 17. Vbi de accentu iſto dixi. TAYLOR.

26. καὶ παρὰ etc.] Delent καὶ MSS. *Reg.* η. et *Harl.* Deinde in *Pariſienſi* exaratur: καὶ παρα τὰ πρὸς ὑμᾶς εἰρημένα. Quod melius. TAYLOR.

vlt. ἀνέγραψαν.] ενεγραψαν *Regg.* β. ε. *Obſop. Ask.* cum Editis *Felician.* et *Manut.* TAYLOR.

396. 3. ἀπέπεμψαν.] Correctius — μὴ πέμπειν — επεμψαν· vti ediderunt *Pariſienſes*, et exaratur in *Ven. Harl. Lind.* et *Aug.* TAYLOR.

7. διὰ τάτες.] μετα τετων. Ita *Lambinus* ſua ſola auctoritate, id eſt, nulla, legere voluit. TAYLOR.

396. 12. ἐπαγγέλλειν.] Legendum ἀπαγγελλειν. Ita *Ald. Manut. Bodl. Felic. Harl. Aug.* etc. Vide ſupra ad pag. 340. 11. TAYLOR.

14. ἀπελείφθη παρὰ Φιλίππῳ lege. WOLF. Περὶ enim nonnulli admodum inſincere. TAYLOR.

16. συγγραψάμενος.] Haec intelligenda ſunt de teſtimonio, quod Actor ipſe, magno ſuo periculo, perhibet in ſua cauſa. Ὁ κατὰ συγγραφὴν μαρτυρῶν, inquit *Vlpianus* ad locum, ἑαυτὸν ὑπεύθυνον κατηγορίᾳ καθίστησιν. Et rurſus: ὁ μαρτυρίαν συγγραψαμενος ἐδίδε ἑαυτὸν ὑπεύθυνον τῷ καταμαρτυρηθέντι. Bene eſt, et addit: ἐπεὶ ἄτοπον ἦν τὸν αὐτὸν κατηγορειν καὶ μαρτυρειν, ἔδωκεν ὑμῖν μεθόδες, προσθεὶς, καὶ εἰπὼν, καὶ συγγραψαμενος. Eiusmodi Teſtimonium videtur in *ſcripta* referri, et obſignari, (ideoque fieri dicitur κατὰ συγγραφὴν) vt aduerſarius, quandocunque vellet, litem falſi teſtimonii intendere poſſet aduerſario: et idcirco bene addit Scholiaſtes noſter — ὑπεύθυνον καὶ εἰς τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον. Singularis haec Iuriſprudentiae Atticae Formula non adeo ſilenti pede praeteriri debuit ab iis, qui Iuriſprudentiam Atticam illuſtrare voluerunt. TAYLOR.

22. Οἵοις.] Apparet, legatos aſpere Demoſtheni reſpondiſſe. WOLFIVS.

24. ὄντας.] Cod. optimus *Aug.* habet ovτος. Tu diſpicias. TAYLOR.

26. τοιαῦτα ποιῶσι.] Wolfius, *iſta deſignent:* Potius, *ita faciant.* IVRIN.

27. ἵνα — δείξω πεποιηκώς.] Elegans Graeciſmus, φαίνομαι πεποιηκὼς, etſi δείξω ἐμαυτὸν πεποιηκότα crebrius eſt. Latine dicendum eſſet, ἐμαυτὸν πεποιηκέναι. Multa enim Graecorum verba feruntur in Nominatiuum, aut Accuſatiuum Participii, vbi Latini Accuſatiuum cum Infinitiuo ponunt. WOLFIVS. πεποιηκέναι Cod. *Reg.* δ. TAYLOR.

397. 4.

397. 4. καταληφθέντας.] Vel potius προκαταληφθεντας, vt repraesentant Codd. *Regg.* δ. η. et *Harl.* TAYLOR.

18. ἐαλωκέναι.] Vno fere ore MSti ηλωκεναι, *Regg.* δ. η *Harl. Ask. Lind.* et *Obsop.* TAYLOR.

pen. μυρία.] Non bene conueniunt, μυρια ἂν εἴη λέγειν — οσοι κ. τ. λ. Tum superuacanea sunt illa in fine periodi, ἐ χαλεπὸν δεῖξαι. Neque interea bene opponuntur, καὶ ὅσοι — οἱ δὲ — vbi Cod. *Lind.* ως δὲ χρήματα — Quod *Harl.* habet, pro nihilo est, ει δὲ χρήματα κ. τ. λ. Locus certe praefractus et mendosus. TAYLOR.

398. 3. Εργοκλῆς.] Vid. Cl. *Valesium* ad *Harpocr.* in hac voce. TAYLOR.

8. ἔπειτα τηνάλλως ἐνταῦθα ψηφίζεσθε.] Effectus negligentiae et cessationis hic describitur. WOLF.

9. μὲν.] Deerat, credo, in omnibus. Vnde erat, quod scriberet *Wolfius*: „Ante ἀποδῶναι, aut aliquid „deest, aut legendum ἀποδῶναι μεν.„ Id quod exhibuit. ἀποδῶναι δε Editi a *Feliciano*, *Manutio* et *Benenato*. TAYLOR.

14. κελεύων.] κωλυων nonnullis placere video; et meo exemplari, nescio a qua manu, adhaesit. Sed certe praeter rem, vt praeter membranas. Opponuntur voces πλεύσασιν et βαδίζειν. *Quae potuissent conseruari*, si nauibus essent profecti, *ea omnia perdidit, dum effecit*, vt pedibus iter facerent. Nihil certius. Vide, quod ad historiam attinet huius rei, pag. 388. 6. et 15. et demum 389. 26. Opponuntur saepe hae duae locutiones. Ita pag. 392. 26. τηνικαῦτα ἔτ' ἐπείγεσθαι βαδιζουσιν, ἔτε πλειν αὐτοῖς ἐπήει. Atque ita bis laudat hunc locum *Hermogenes de Inuent.* Tom. IV. pag. 180. 181. TAYLOR.

Ibid. ἀπολώλεκεν.] Lege, vt *Regii* α. δ. ἀπολώλεκεν ετος. *Aeschines* sc. Ita *Hermogenes* loco nuper lau-

dato: νῦν δ' ἃ μὲν πλεύσασιν ἦν σῶσαι, βαδίζειν κελευων, ἀπολώλεκεν ἐτος· ἃ δ' εἰπεῖσι τἀληθῆ, ψευδόμενος. TAYLOR.

398. 20. ἰδιώτης ὢν.] Vertit Wolfius, *vt homo rerum imperitus.* At si animum aduertisset, opponi inter se verba ἰδιώτης et πρεσβευτὴς, transtulisset, *priuatus cum esset*, vel, *cum nullo publico munere fungeretur.* IVRIN.

21. ἀκριβολογήσησθε.] ακριβολογησασθε *Lambin.* ακριβως λογησησθε, vel λογισασθε plurimi Codd. Quod rectius fortasse in *Aug.* et *Ital.* rationem habet Scholii et Interpretationis. TAYLOR.

24. μηδ' ἀνάσχησθε, ὡς.] F. addendum: μηδὲ ἀνάσχησθε λεγοντος, ὡς — WOLFIVS.

Ibid. Legendum puto: μηδ' ἀνάσχησθε λεγοντος, ὡς ἃ δεῖ. IVRIN. Ita *Lambinus* restituit quoque. TAYLOR.

27. κύριοι.] Distinguendum — ἐδ' ἀκροπόλεως κύριοι· ἐδεὶς γὰρ πρέσβεσι ταῦτα ἐγχειρίζει· ἀλλὰ λόγων καὶ χρόνων. MARKLAND.

399. 4. μὴ.] γρ. ει μη Marg. *Altemps.* Sed recte se habent vulgata. Αν, id est ἐὰν, vt solet dici. TAYLOR.

5. ἐσι.] ενεσι plurimi. Sunt vero ex *Regg.* α. δ. ε. η. *Harl.* et *Aug.* Alicubi deprehendi *Wolfium* adnotantem, ετ' εσι. TAYLOR.

12. ὑμῖν.] Forte παρ' ὑμῖν δὲ — WOLFIVS.

14. ὅταν ἦ — προσγεγραμμένον.] S. τῷ νόμῳ, vt opinor. Videtur esse clausula de Senatu habendo de Caduceatoribus et Legatis. WOLFIVS.

Ibid. F. προγεγραμμενον, *praescriptum.* MARKL.

Ibid. Lege τᾶθ', ὅταν ἦ κήρυξι καὶ πρεσβείαις προγεγραμμενον. Vid. *Vales.* ad *Harpocrat.* v. Κυρία Ἐκκλησία, qui etiam confirmat emendationem istam auctoritate *Vlpiani.* Adi etiam celeberrimum *Hemsterhus.* ad *Lucian. Necyomant.* §. 19. Προγραμμα, inquit

quit Scholiaſtes, eſt τὸ προτιθέμενον τῆς Ἐκκλησίας, ὥστε βουλεύσασθαι, ἢ περὶ τῶν πέμψαι πρέσβεις, ἢ, πρέσβεων ἡκόντων, μαθεῖν, ὅ, τι λέγουσιν. Hanc neceſſariam lectionem reperit in ſuis Codicibus optimus *Budaeus*, qui ita locum vertit: „*Apud vos autem* „*rem ipſam Curiae innoteſcere moris eſt, deque ea re SC.* „*fieri, idque tum demum, cum* aut *de mittendis legatis ve-* „*ſtris*, aut *audiendis aliorum*, concionis edicta proſcri- „pta ſunt, *non ſemper. Deinde concione aduocata, id* „*quod tum ſolenne eſt fieri, cum praeſcriptis legum con-* „*gruit e re nata, oratoribus videndum eſt, vt, cum conſi-* „*lia ſane vtilia commodaque Reip. in medium adtulerint,* „*dicendi quoque facultate iis praeualeant, qui e diametro* „*in medium allatis pugnantia, vel imprudentia ipſi lapſi,* „*vel dufti improbitate, tueantur.*„ Προγεγραμμένον excuſum denique a *Pariſienſibus* ſine litura, nihil contra nitentibus membranis. Ita quoque *Harleianus* noſter. TAYLOR.

399. 15. ὅταν ἐκ τῶν νόμων καθήκῃ.] De ſtatis Concionibus loquitur. Nam ſupra facta eſt Mentio etiam συγκλήτου ἐκκλησίας. Nota τὸ καθήκῃ, ἀντὶ τοῦ προσήκῃ. Hinc Stoicorum καθῆκον. WOLFIVS.

22. ὁ δὴ τὸς χρόνους τούτους ἀναιρῶν — ὁ χρόνους ἀνήρηκεν etc.] Similis omnino Locutio *Marci* Euangeliſtae, IX. 37. καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με. MARKLAND.

23. οἵας.] οια *Lambini* eſt coniectura. Ita *Cant.* Ita *Ital.* Quid ſi, τῆς οιαπερ ἡμῶν πολιτείας? TAYL.

Ibid. ἕτος.] κυκλος Cod. *Reg.* α. Qui quid ſibi velit, neſcio. Tantumdem intelligo, cum *Wolfius* adnotauit, id eſſe ſcholium. TAYLOR.

26. οἱ ταράττοντες τὴν πόλιν.] Μιμητικῶς. WOLFIVS.

Ibid. *Wolfius* non recte cepit. Haec non ſunt verba ipſius *Demoſthenis*, ſed Aduerſariorum, ab eo μιμη-

μιμητικῶς vel τεχνικῶς prolata. Vt in *Midiana*, pag. 564. 8. Ημεῖς οἱ λειτουργοῦντες, Ημεῖς οἱ προεισφέροντες ὑμῖν, Ημεῖς οἱ πλούσιοι. MARKLAND.

400. 1. τὸ ψυχρὸν.] Qu. τῳ ψυχρῳ τουτῳ ονοματι, τῳ, Αχρι κόρε, παρελήλυθ' etc. Ista, Αχρι κόρε, videntur esse verba Philippi ex Epistolis eius desumta, in quibus promiserat, se satisfacturum esse Athenienſibus ἄχρι κόρε, *vsque ad satietatem.* Ἐκεῖνος est Philippus. MARKLAND.

Ibid. *Budaeus* interpretatur: *Vt intelligatis, Aeschinem, in impostura vobis facilitanda, etiam verbum illud, quod frigide et scurriliter dici solet, ad satietatem vsque exsuperasse.* Interpres Etruscus: *Accioche veggiate, che questa promessa fredda, la quale hoggi ci è venuta a noia, egli no ce l' ha osseruata, ingannandoci.* TAYLOR.

3. Επιστολη.] Επιστολαι, vt excudebat *Benenatus*, atque vt promiſit *Demosthenes* pag. 399. pen. Ita denique Codd. *Aug.* et *Ital.* TAYLOR.

4. καὶ πολλὰ.] Quid hoc? καὶ πολλὰ, καὶ πάντα. Necesse est, vt sit aliquid huiusmodi: ἔστω τοίνυν αἰσχρὰ, καὶ δεινα, πάντα καθ' ὑμῶν πεπρεσβευκώς. TAYLOR.

7. παρ' ὅλην μὲν τὴν.] Videtur deesse γαρ post μὲν. MARKLAND.

11. ἐγὼ δ'.] F. εγωγ'. MARKLAND.

Ibid. Pungit *Wolfius* post κατηγορεῖν. Deinde procedit: Εγὼ δ' ἐδὲ κ. τ. λ. TAYLOR.

15. ταῦτα ἐπράττετε.] An ταὐτὰ, *eadem*? Infra p. 408. 5. MARKLAND. Υμεῖς γὰρ ταὐτὰ ἐπράττετε, καὶ ταῦτα ἅπασιν ὑμῖν ἤρεσκε. Cod. *Ital.* TAYL.

Ibid. καὶ ταῦτα ἅπασιν ὑμῖν ἤρεσκε lege. WOLFIVS. Legebatur enim insulse: καὶ ταῦτα ἅπασιν ὑμῖν ταῦτα ἤρεσκε. TAYLOR.

24. εἰσιτήρια.] Locum hunc confer cum iis, quae habet *Suidas*. Εἰσιτήρια, ἡμέρα ἑορτῆς, ἐν ᾗ οἱ ἐν τῇ ἀρχῇ

ἀρχῇ πάντες πρεῖᾶσιν, ἔτως ἐκαλεῖτο. Ταύτην δὲ τὴν ἡμέραν πρώτην τῦ ἔτες Αθηναῖοι νενομίκασι. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς Παραπρεσβείας· Ἡ Βελὴ τὰ εἰσιτήρια ἔθυσεν. Συνεσιάθησαν δὲ καὶ τῶν ἐκοινώνησαν οἱ στρατηγοὶ, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν αἱ ἀρχαὶ πᾶσαι. Emendandus est ex textu *Demosthenis*. Nescio, vnde arripuerit hanc glossam *Suidas*, certe non verbis mendosiorem, quam re et doctrina insinceram. Quanto rectius alii, vt *Vlpianus* ad *Midianam*, interpretantur de Sacris, quae Senatus facit, religione antiqua, antequam consilium caperetur, et coeptum esset agi. Vid. doctissimum *Valesium* ad *Harpocrat.* pag. 343. et in *Excerptis Peiresc.* pag. 90. *Photii Lexic.* MS. *Casaubon.* ad *Theophrast. Charact.* p. 153. *H. Steph. Thes. L. Gr.* Tom. I. col. 1138. et *Petitum* denique *ad LL. Attic.* pag. 275. TAYLOR.

Et quidem ea Conſuetudo, binis Hexametris ſubdendi vnum Pentametrum, (quale metrum excidimus modo ex inemendatis *Plutarchi* membranis) prae caeteris omnibus placuiſſe videtur iis Scriptoribus, qui ſenectutem Poetices viderunt. *Gotfridus Viterbienſis*, qui ſaeculo XIII. floruit, eo tenore, per opus bene longum, *Chronicorum* ſcil. librum, partim ligata, partim ſoluta oratione ſcriptum, perpetuo eſt vſus. Et eodem conſilio, nam caſu factum eſſe non exiſtimo, exarauit quidam in marmore Epigramma, quod ſequitur:

Εκ δεκα πεντ' ανδρων Φοιβε τε Φανηφορος ιρευς
Κρησκηνς, ηγαθεος τε Δεοντιος, ενσοφοι ανδρες,
Ος μεν απ' αντολιης, ος δ' αρ' αφ' εσπεριης
Οργια συνρεξαντε θεᾳ παμμητορι Ρειη
Κριοβολε τελετης και ταυροβολοιο φεριζης
Ημασι μυζιπολοις βωμον υπερτιθεσαν.

Reines. I. 41.

Ex omnibus exemplis, vbi legibus Elegiacis huiusmodi facta eſt Violentia, nullum habemus inſignius, aut luculentius, quam ſuauiſſimum iſtud Epicedion, quod Athenis hodie exſtans deſcripſerunt plurimi, incorrecte, vti exiſtimaui, omnes. Sed errores, qui ſunt,

(ſunt

(ſunt autem non pauci) non Exſcriptoribus, ſed Quadratariis, eſſe adſcribendos, docuit me Vir doctiſſimus et amiciſſimus *D. Anton. Askew;* qui mendarum memor, quae iſti ſaxo imputare ſolebant, maxima cura et ſollicitudine deſcripſit. En exemplum antiquum Incuriae et Negligentiae! En pulcherrimum poemation, non ſaepius deſcribendo, ſed ſemel exarando, miſere et lacrymabiliter contaminatum!

Η ποτε κυδιοωσα ξανθαις επι κρατος εθειραις
Και χαριτοβλεφαροις ομμασι λαμπομενη
Χιονεοις τε πρεπουσα προσωποις ηδε παρειαις
Και γλυκερω ςοματος οπα λιριοεσσαν ιεισα
Χιλεσι πορφυρεοις ελεφαντινεον δι' οδοντων
Παντοιην τε αρετην περικλλλεϊ σωματι θεισα
Ην τεκεν Ευτυχιδη σθεναρω Κιλικια χαριτ
Εικοσιπενταετης τρυφερα τηδ' εν χθονι κε
Ερμερως δε Αριςομαχοιο πατρος και μητρο
Μνημ αλοχω Φιλιη θηκατο κουριδιη.

Coronidem huic Adnotationi ſatis prolixae iam ſum impoſiturus. Idem Vir praeſtantiſſimus, quem modo memoraui, cui tantum debent Graecae literae, ſecum etiam ex iis regionibus aſportari fecit Marmor, noui ſane et inſoliti argumenti pariter et Graeciſmi: et quod Nemo ex noſtra Familia non ad originem ſuam corrigere et reuocare feſtinaret, ni admoneretur, autographum iſtud, ita inemendatum, aut ſaltem obſcurum, hiſce ipſis literis domi apud eundem hodie conſeruari. Age, Lector, explica.

Σοι πλακα νη *** ανηκε κορη Διος υδατοεσσα
Πηγη Νυμφαων ορφιτε ναμα φιλον
Ενθα παλαι βασιληες απο Πτολεμοιο καμοντες
Ενχεα και κορυνας καθθεσαν ιππολοφους
Εξ ου δη δορυκναμα τεος λαχεν ευνομα χωρος
Χωρος ελαιηρη τερπομενος λιβαδι

Παντα

Παντα δε σοι νυν ταυτα διεργατιναις παλαμαισιν
Τρισσον υπολυκαβαν γραμματικος τελεω.

TAYLOR.

422. 10. Θέμελα.] F. Θεμεθλα, τὰ Θεμέλια. Nisi forte Θέμελον ἀντὶ Θεσμῦ ponatur. *Non obseruant augustas institiae sanctiones.* WOLFIVS.

Ibid. Θεμεθλα.] *Aldina* Edit. et *Parisina*. Ita *Bodl.* quoque, et *Lindenb.* TAYLOR.

12. ἀποτισαμένη.] F. αποτισομενη. MARKLAND.

13. Ταῦτ' ἤδη.] F. ταυτη δη, *hoc pacto igitur.* MARKLAND.

Ibid. τϐτ' ἤδη *Reg.* ε. *Ven. Ital. Lind.* et *Harl.* TAYLOR.

15. ἐπεγείρει.] Vtrum ἡ Δίκη, an ἡ Πόλις? WOLFIVS.

18. Τρύχεται.] Λϗυ πολυήρατον τρύχεται ταχέως ἐκ δυσμενέων, τοῖς ἀδικοῦσι τὰς Φίλας ἐν συνόδοις. Id est: *Vrbs eorum, qui ciues suos in congressibus et commerciis afficiunt iniuriis, opportuna et obnoxia est hostium insultui.* WOLFIVS.

Ibid. Φίλας.] Φιλοις Codd. *Regg.* ε. η. cum *Lindenb.* TAYLOR.

20. Ικνῦνται πολλοι est legendum. WOLFIVS. Alii enim πολλήν. TAYLOR.

21. Πραθέντες.] Videtur in Pentametro, quod deest, etiam diuitibus poenam esse minatus. Quare ausus ego sum distichon addere:

Nec sunt expertes cladis, quos ampla beat res,
Et sua diuitibus poena luenda venit. WOLFIVS.

23. Lege Αὔλειοι δ' ἔτ' ἔχειν.] ἔτι κωλύειν ἃ δύνανται. WOLFIVS.

24. ὑπέρθορεν.] υπερθυρον *Reg.* η. *Obsop.* et *Ask.* TAYLOR.

Ibid. εὗρε δὲ πάντων.] F. παντως, vt supra. MARKL.

422. 24.

422. 24. παντας ἢ παντως *Bodl.* παντας *Reg.* ε. *Obſop.* et *Ask.* TAYLOR.

25. Εἴη γέ τις φεύγων] [Ita *Ald.*] Verſus non conſtat. Forte αι γε τις ἢ φεύγων. vel ηε γε τις φεύγων. Legi etiam poteſt, αη τις φεύγων, ἀντὶ τοῦ φεύγοι. WOLFIVS.

Ibid. Reſtituitur etiam in *Bodl.* Εἴγε τις ἢ φεύγων, et reſtituerunt etiam Editt. *Felician.* *Manutii*que. TAYLOR.

Ibid. ἐν μυχῷ.] Pro εἰς μυχὸν, ἢ θάλαμον. Attica Enallage Praepoſitionum ἐν et εἰς. WOLFIVS.

423. 1. Τραχέα λειαίνει.] Vtrum ἤθη, an τὰ ἀτυχήματα? WOLFIVS.

5. Παύει δ' ἀργαλέης lege. WOLFIVS.

6. ἄρτια.] ἀπηρτισμένα, τέλεια, προσηρμοσμένα. WOLFIVS.

Ibid. πινυτά.] συνετα *Ven.* Quae cum vox ſit familiarior, aliquando fortaſſe fuit vice Expoſitionis. TAYLOR.

11. καὶ βέλομαι.] Haec duo verba videntur e ſcholio huc irrepſiſſe. WOLFIVS.

Ibid. Bene *Wolfius.* Deſunt etiam in Codd. β. δ. η. et *Lindenb.* Porro autem iſta ηγεμαι και in v. 10. aeque ſunt importuna. Corrige ergo: ἀεὶ μὲν ἀληθῆ τὸν λόγον εἶναι τῶτον βελομαι, ὡς — τρόπον δέ τινα ηγεμαι καὶ τὰ νῦν συμβεβηκότα κ. τ. λ. Vel ſi prius iſtud ἡγῶμαι cuidam adblandiatur, et retinendum videatur in v. 10. ἡγῶμαι καὶ βέλομαι, tunc reſtitues cum *Reg.* δ. et *Aug.* in v. 11. τρόπον δέ τινα οιμαι καὶ τὰ νῦν συμβεβηκότα κ. τ. λ. Meminerit Lector, prius καὶ βέλομαι deeſſe in Exemplaribus *Ven.* *Aug.* et *Harl.* atque etiam vocem εἶναι in omnibus. TAYL.

15. πρεσβεύσας.] Lege παραπρεσβευσας. Nam πολλὰ πρεσβεύειν in nulla criminationis parte eſſe arbitror. TAYLOR.

423. 17.

423. 17. ὑπακέσαντα.] Τὸ ὑπακέσαντα videtur significare, Timarchum a populo delectum accusatorem *Aeschinis* paruisse. Quod, vt verum non sit, quid vetat, a *Demosthene*, causae vt seruiret, confictum esse? WOLFIVS.

Ibid. Vide infra 434. 16. MARKLAND.

Ibid. Ita se habet Italica versio: *ha priuato del suo honore vn suo accusatore* accusato poi da lui, e comparso in giudicio. Anonymus: *quendam eius accusatorem* ex animi sententia *infamia notauit*. Optimum fortasse, quod debemus marg. *Ask.* et Cod. *Obsop.* υπακεσας τινὰ αὐτῷ. Vbi tamen τά τιν' αὐτῷ. Quasi olim fuisset ὑπακέσας τὰ νεανιευματα τινὰ αὐτῷ: aut aliquid istiusmodi. Υπακέσας etiam bonus et sincerus Cod. *Harleianus*. TAYLOR.

20. καὶ πάλιν κ. τ. λ.] Supra βοωντα ἐν Πειραιεῖ, ὡς εἰσαγγελεῖ με, καὶ γράψεται, καὶ ἰὲ, ἰὲ. Verba sic ordino: ἠπείλει ἐν τῷ δήμῳ (ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ) ἀποίσειν γραφὰς (S. πρὸς τὸν Ἀρχοντα, καὶ τὰς Θεσμοθέτας, κατ' ἐμοῦ) καὶ τοιαῦτα (S. ἠπείλει). WOLFIVS.

Ibid. Punge igitur post δήμῳ, vt sit κατηγορῶν ἐκείνου, καὶ πάλιν ἐν τῷ δήμῳ, γραφὰς ἀποίσειν — ἠπείλει. *et in curia, et in concione.* Infra pag. 436. 14. Πῶς τούτων ἕκαστος ἐπρώτευεν; ἐν τῷ δήμῳ. ἐν δὲ τοῖς δικαστηρίοις, οὐδείς πω κ. τ. λ. TAYLOR.

23. ὑμῶν.] Potius υμιν, vt marg. *Benenati*, et Cod. *Aug.* TAYLOR.

Ibid. ἀκριβέσατα.] Malim ακριβεστατον. IVRIN.

24. παρηκολουθηκὼς ἅπασι.] Frigide *Wolfius* interpretari videtur, *omnia comperta habeo*. Neque multo felicius caeteri. *H. Stephanus, Thes. L. G.* Tom. I. col. 282. exquisitius de eo, *qui rerum cognitionem studiose persecutus est, ita vt eam sit consecutus.* Ita *De Coron.* 285. 22. παρηκολουθηκοτα τοῖς πράγμασιν ἐξαρχῆς, καὶ συλλελογισμένον ὀρθῶς. Vide, quae protulit Vir ille doctis-

doctissimus; et quam pulchre consonat locus ille *D. Lucae* (ab illo non praeteritus) I. 3. Ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκοτι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς —. Neque tamen interpretibus id vitio verti, quasi mentem Auctoris non omnino attigerint, sed quod vim et emphasin non adeo dilucide expressserint. TAYLOR.

423. 25. διακρεόμενος.] Ἀντὶ τῦ διακρεσάμενος εἰσελθεῖν εἰς τὸ δικαστήριον. WOLFIVS.

26. τῶν ἐπιόντων.] τῶν μελλόντων καὶ προσδοκωμένων κινδύνων καὶ συμφορῶν. WOLFIVS.

424. 3. νόσημα.] *Iam quid audentius illo pulcherrimo ac longissimo excessu?* Νόσημα γὰρ — Plin. IX. *Epist.* 26. TAYLOR.

4. δεινὸν.] Deerat in *Aldo*, neque excudit *Wolfius*. Restitui e caeteris. TAYLOR.

5. εὐτυχίας.] Arridere potest εὐλαβείας. Vt modo de eadem re scribitur, pag. 425. 4. Ταῦτα, νὴ τὴν Δήμητρα — εὐλαβείας ἃ μικρᾶς δεῖται. Sed *Hermogenes* περὶ ἀκμῆς, vbi hunc locum laudat, diserte habet εὐτυχίας. *Dionysius* interea *Halicarn.* qui pariter citat, *de admir. vi dicendi in Demosth.* §. 14. habet συντυχίας. Stet igitur vulgata lectio: *ad Remp. seruandam opus est cum fortunae auxilio, tum prouidentia vestra.* Ita Etruscus: *d' vna diuina gratia, e della vostra diligenza ha di bisogno.* TAYLOR.

9. ἐπάγονται κ. τ. λ.] 2. *Pet.* I. 1. ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν. Mox τατοιαῦθ'. v. 10. MAEKLAND. Vti habent *Parisienses*, et *Suidas*.

10. Φιλίππω.] Forte Φιλίππε ξενίαν — ὑποκοριζόμενοι. Τετέχνη, ἀντὶ προδοσίας ξενίαν εὐφημοτέρως ὀνομάζοντες. WOLFIVS. Φιλίππω Editi omnes cum *Harleiano*: In paucissimis MSS. Φιλίππε: quod tamen debuit legi. TAYLOR.

11 Ὑποκοριζόμενοι — ὁ δὲ Δημοσθένης ἐχρήσατο τῇ λέξει, ἐπὶ τῦ εὐφημοῦντες, καὶ τὸ αἰσχρὸν εὐ-

φήμως ὀνομάζοντες. Λέγει γὰρ ἐν τῷ περὶ Παραπρεσβείας· Αὐθαίρετον αὐτοῖς ἐπάγονται δουλείαν, Φιλίππου ξενίαν, καὶ ἑταιρείαν, καὶ τὰ τοιαῦτα ὑποκορίζόμενοι. *Suidas.* ὑποκρινομενοι *Harl.*. Sed perperam. Nemo ex Interpretibus haec probe intellexit. *Quam ſeruiunt* ſeruitutem *illiberalem*, *blando nomine diſſimulant: vocant enim* amicitiam *cum Philippo initam.* Ea eſt vis τοῦ ὑποκορίζεσθαι, atque ea mens huius commatis. TAYLOR.

424. II. τὰ κύρια.] Οἱ τὸ κῦρος, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντες, οἱ ἄρχοντες, οἱ ἐν τέλει. Intelligo haec de variis appellationibus Magiſtratuum in aliis atque aliis Ciuitatibus. WOLFIVS.

Ibid. Wolfius: *Magiſtratus ſingularum vrbium* Potius: *Ii, quicunque ſint, penes quos eſt ſumma poteſtas in ſingulis vrbibus:* ſc. Populus in Democratia, in Ariſtocratia, Nobiles. IVRIN.

Ibid. Recte omnino et feliciter Vir, dum viueret, mihi amiciſſimus. Τὸ Κῦρος non ſignificat Magiſtratus, ſiue τοὺς ἐν τέλει, ſed, quod Nos emphatice in Lingua Anglicana, *The Conſtitution.* Eo modo intelligendi, diſtinguit Scriptor noſter in hoc loco, inter τοὺς γνωριμωτάτους, τοὺς προεστάναι τῶν κοινῶν ἀξιωμένους, *eos, qui Remp. adminiſtrant*, et, τὰ κύρια — ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων, ſiue *Remp. ipſam.* Dilucida haec omnia et diſtincta. Verum interea, quinam ſint illi λοιποὶ, paulo ante, eod. v. 11. qui tam odioſe ſe his rebus admiſcent, et conturbant omnia, quae enarrauimus? Et, quorum ope tam bellam verſionem nobis procudit *Wolfius*? Sc. *ii, in quos collata eſt Reip. auctoritas*, — *caeteri autem, et magiſtratus ſingularum vrbium.* Non potuit optare, non auſus eſt, vt, qui Graece neſciuere, exiſtimarent, Oratorum principem tam futilia, tam inania, tam inſulſa blateraſſe. Quid ergo? Pro οἱ λοιποὶ, omnino reſtituas οἱ πολλοι. Ex iis enim *conſtituta* erat Reſp. Athenien-

Athenienſis. Et benigne ſane nobiscum actum eſt, quod haec mea Diuinatio praeſidium quoddam nacta eſſe videretur ab Auctore noſtro, exeunte hac Oratione, ſc. pag. 450. 24. vbi legimus ἡμῖν τοις πολλοις, καὶ πάντων κυριοις. Parem omnino huic prae manibus locum habemus pag. 425. vlt. vbi Laſthenes et Euthycrates erant οἱ προεξηκότες, οἱ ὑπὲρ ἄλλων λέγοντες, et ſequitur deinde, 426. 4. οἱ δὲ πολλοι — ἐχ ὅπως ὠργίζοντο. Similiter in Oratione *De Corona* pag. 240. 27. Αἱ μὲν πόλεις ἐνόσεν, των μεν εν τω πολιτευεσθαι καὶ πράττειν δωροδοκέντων — τῶν δὲ ἰδιωτων καὶ πολλων κ. τ. λ. Iterum pag. 241. 6. Συμβέβηκε τοις μὲν πληθεσιν — τὴν ἐλευθερίαν ἀπολωλεκέναι, τοῖς δὲ προεστηκόσι κ. τ. λ. Ita Noſter *Philippic.* II. 71. 22. Φυλακτήριον — τοῖς πληθεσι πρὸς τὲς τυράννες. Ita *Aeſchines* c. Cteſiph. Λέγει γάρ πε παιδεύων τὰ πληθη, καὶ συμβαλεύων τοῖς πόλεσι τὲς πονηρὲς τῶν δημαγωγῶν μὴ προσδέχεσθαι, pag. 525. 14. Et antea p. 454. 9. εἴ τινες προσέχοιεν τῷ πληθει τῷ υμετερῳ. Scriptores enim antiqui indifferenter eam Remp. deſignant, ſiue per τους πολλους, ſiue per το πληθος. Ita *Lyſias* c. Agorat. Αἰσθόμενοι ἐκ τὲ τρόπε τούτου τὸ ὑμέτερον πληθος καταλυθησόμενον, pag. 454. 7. Add. 411. 412. 447. 451. 599. etc. Etiam Latini Scriptores, (vt id obiter admoneam) praeſertim ſi Atticiſſant, ita rem deſcribere ſolent. *Non idem ipſis*, qui ſummas imperii tenerent, *expedire*, *et* Multitudini. *Corn. Nep.* in *Miltiade* §. 3. Loquitur enim ibi Hiſtiaeus de *Tyrannis*, quos in vnaquaque ciuitate conſtituerat Darius (in quo numero et ipſe fuit) et de iis *Ciuitatibus*, quae populari forma vterentur Remp. adminiſtrandi. Aliud porro et inſigne exemplum habemus in eodem Auctore. Accidit, vt Athenis duae eſſent Factiones, quarum vna *Populi* cauſam agebat, altera *Optimatium*. In hac erat Phocio. *In quem*, ait

Cornelius noſter, *tantum fuit odium* Multitudinis, *vt nemo auſus ſit eum ſepelire.* Quid? Caue, vt vocem iſtam *Multitudinis* de *maiore*, ſed de *altera*, parte interpreteris. Vt redeam iam ad *Demoſthenem*, quis non fatebitur, iſtas ſordes fuiſſe a me feliciter expurgatas? Οἱ προεξάναι τῶν κοινῶν ἀξιώμενοι — et deinde, οἱ πολλοι, id eſt, το πληθος, ſiue το κυρος. Verum, quia vnaquaeque Ciuitas non eadem forma vtatur imperii, ſubiicit: καὶ τὰ κύρια ἅττα ποτ' ἐστὶν ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων. Harpocratio vocem ἅττα illuſtrans ait ſumtam eſſe in hac Oratione *Demoſthenis* pro ὅσα. Potius pro οἷα, ſi hic ſit locus. Nam et occurrit pag. 438. 24. Modo melius ἑκάστῃ τῶν πόλεων, (ſine praepoſitione) vti habet MS. *Reg.* δ. TAYLOR. Πλῆθος ſpoken of a Few. Lyſiae or. funebr. v. Demoſth. or. 2. c. Ariſtogiton. initio. Magnus multitudini timor iniectus. Corn. Nep. Alcib. c. 3. TAYLOR in ſchedis.

424. 18. μέχρι μὲν ἐχθὲς καὶ πρώην.] ἐπ' ὀλίγον χρόνον. WOLFIVS.

23. μανίας.] Adiungit *Benenatus* καὶ παροινίας. Iſtud abſurdum. Potuit quidem fuiſſe παρανοίας. Verum cum ita reſtituo, non lubenter in textum admitto. Video enim, in marg. *Pariſ.* τὸ παρανοιας adnotari (ex MSto quodam procul dubio) vt variam lectionem, ſiue τῇ παρανομίας, quod modo praeceſſerat, ſiue potius τῇ μανίας. TAYLOR.

25. αὐτῶν.] Corrige αὑτων. MARKLAND.

vlt. ὑμεῖς.] S. οἱ Αθηναῖοι καὶ Αρκάδες. *Suidas* addit Αἰγινήτας καὶ Θηβαίους (ſic enim lego, non Αθηναῖοι) et eam adfert cauſam, quod vel terram ante ignauam excoluerint, vel non aliunde aduenerint. WOLFIVS. Bene. Diximus ad pag. 489. 10. TAYLOR.

425. 3. τοῖς πόλεσι.] F. εν τοῖς πόλεσι. MARKLAND.

425. 6. *εἰσελήλυθεν.*] Mallem hanc vocem participii formam geſſiſſe, et *τῷ βαδίζον* ex aequo reſpondiſſe: vtraque voce abſolute ſumta, vt ſolent Attici. TAYLOR.

13. *ὡς τὸ τὰ τοιαῦτα.*] *ὡς τὰ τοιαῦτα* Edit. *Pariſ.* *ὡς τὸ ταῦτα* in margine. TAYLOR.

vlt. *αὐτῶν.*] *αὑτων.* MARKLAND.

Ibid. *Λασθένης.*] *Plutarch.* de Garrulitate: *Εὐθυκράτης μὲν ἂν ἥρεψε τὴν οἰκίαν τοῖς ἐκ Μακεδονίας ξύλοις, ὥς φησι Δημοσθένης· Φιλοκράτης δὲ χρυσίον πολὺ λαβὼν, πόρνας καὶ ἰχθῦς ἠγόραζεν, Εὐφόρβῳ δὲ καὶ Φιλάγρῳ τοῖς Ἐρετρίαν προδοῦσι, χώραν ὁ βασιλεὺς ἔδωκε.* TAYLOR.

426. 1. *ἥρεψε.*] *εστεγασε Reg. β.* TAYLOR.

Ibid. *δοθεῖσι*] Haereo de hac voce, non ſolummodo, quod apud *Plutarchum* non appareat, ſed quod otioſa eſt, vel potius importuna. Dedit curioſus aliquis Adnotator, qui Lectorem admonere voluit, Laſthenem *largitione* Philippi eſſe corruptum, cum potuit aliquis citra culpam domum ſuam exſtruere, vel reficere ex lignis, vel materia Macedonica: et idcirco obſeruat, eam non ſolum a Macedonia eſſe aſportatam, verum etiam *dono datam.* Eam cautelam a *Demoſthene* non vtique exſpectabant eius Auditores. Ergo vocem elimino. TAYLOR.

2. *τιμὴν ἀδενὶ δὲς.*] Id eſt, *gratis acceptos*, dono datos a Macedonibus. MARKLAND.

7. *ἐπειδὴ ταῦθ' ἕτω.*] Forte addendum *ἐπειδὴ δη*, vel *γεν*, vel *τοινυν*, *ταῦθ' ἕτω* — propter prolixitatem periodi. WOLFIVS. Immo cum *Aug.* Cod. *επει δε κ. τ. λ.* TAYLOR.

8. *κεκτημένοι*] Obſerues *ἀνακολουθίαν* huius ſententiae, *χιλίας ἱππέας κεκτημενοι, πλείας δὲ οντες, ἢ μύριοι — ἀδὲν αυτες τέτων ἠδυνήθησωσαν.* Vis et Spiritus Oratoris Grammaticam proſtrauit. TAYLOR.

426. 15. οἱ προδιδόντες.] F. Gloſſa. MARKLAND.

Ibid. Id quoque credo. Hoc non potuit a *Demoſthene* proficiſci, ſcil. τὰς πόλεις ἀπολωλέκεσαν — οἱ προδιδοντες, καὶ Φίλιππος ἐκ ἔτ' εἶχεν ὑπακόειν τοις προδιδοσιν. Et gloſſam eſſe puto illorum verborum οἱ ταῦτα ποιοῦντες, quae occurrunt infra v. 20. Neque me magnopere afficit, quod haec duo adeo locis eſſent diſiuncta. Solet hoc fieri. TAYLOR.

16. ἐκ ἔτ' εἶχεν.] Non placet ἐκ ἔτ' ειχεν — ἐδ' ειχεν κ. τ. λ. Iam ἐχ υπειχεν υπακοων Cod. *Aug.* Neque id placebat Collatori, *S. Fabricio.* υπακοων etiam *Reg. δ. Ven. Ask.* et *Obſop.* ακοων *Ital.* Sed nihil has ſalebras complanat. TAYLOR.

18. ὁ Φίλιππος.] Iterum gloſſam ſapit. Ecce enim in vna periodo: Φιλιππος ἐκ ἔτ' εἶχεν — πεντακοσίες δ' ἱππέας — ἐλαβεν αὐτοῖς ὅπλοις ο Φιλιππος. An potuit inhoneſtius ſcribi? An ab omni, non dicam elegantia, verum a caſtitate ſermonis alienius? TAYLOR.

21. ἐφ' ἧς εσησαν lege. WOLFIVS.

27. κατὰ μὲν τῶν Ολυνθίες.] Cod. δ. pro τῶν habet τες. Ego vtrumque amplector. TAYLOR.

28. ἐψηφίσασθε.] Scribe ψηφισαισθε. MARKL.

427. 8. εἰ δὲ κ. τ. λ.] Legendum arbitror: Εἰ δὲ ὁ μὲν καιρὸς, ὁ δὲ πράγματα, ὁ δὲ ϛρατιώτας προδίδωσι, καὶ ὧν ἂν ἕκαϛος αὐτῶν, οἶμαι, κύριος γίγνηται, ταῦτα διαφθείρει, μισεῖν δὴ ὁμοίως τες τοιούτους ἅπαντας προσήκει. Et ſic mecum verte: *Quod ſi hic opportunitates, ille negotia, tertius milites prodit, et, vt vno verbo complectar, cuicunque res aliquae fuerint commiſſae, eas vtique perdat, omnes demum iſtiusmodi pari odio digni eſſe cenſeantur.* Hic tacitus diſcedit *Wolfius* ab omnibus exemplaribus, vbi ἕκαϛος υμων vniuerſe. TAYLOR.

427. 10. διαφθείρει.] Cod. *Reg.* ε. ταῦτα καὶ προδιδωσι καὶ διαφθείρει. TAYLOR.

15. εἰ μὴ τὰς μάχας —] S. μιμεῖσθαι συμβαίνει καιρὸς, ἀλλ' εἰ ἄγετε ἡσυχίαν etc. Hunc locum videtur imitatus *Cicero* I. *de Offic.* vbi de imitatione parentum agit. *Si*, inquit, *non poterit siue causas defensitare, siue populum concionibus tenere, siue bella gerere, illa tamen praestabit, quae erunt in ipsius potestate, iustitiam, liberalitatem, fidem, modestiam, temperantiam, quo minus ab eo id, quod desit, requiratur.* WOLFIVS.

Ibid. εἰ μὴ τὰς μάχας — συμβαίνει καιρὸς.] Sc. καιρὸς [τῦ μιμεῖσθαι] τὰς μάχας etc. Quod infinitiuum subintelligendum est ex τῷ μιμεῖσθε ad finem sententiae, si haec integra sint. MARKLAND.

Ibid. Acute haec, vt omnia, Vir ingeniosissimus. Verum locum *haud integrum* ita restituunt MSti: καὶ γὰρ εἰ μὴ τὰς μάχας — ἐν τοις νυν συμβαινει μιμεισθαι καιροις. Ita disco ex marg. *Benenati*, et *Altemps.* Ita etiam Codd. *Aug. Ven. Harl. Ital.* TAYLOR.

21. ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ.] Quicquid statuatur de hoc Textu, dubio sane, atque, vt videtur, inficeto, nemo integrae mentis absoluerit mirabilem istam conuersionem, *pari spatio temporis.* Sed locus sine dubio est contaminatus. Nonnihil proficimus, sublata voce χρόνῳ. *Vos nunc in deliberationibus, aequalem partem Reip. sustinentes, ac illi militantes.* Pene videor tenere mentem Auctoris. TAYLOR.

23. ψηφίζηται.] Recte. Male editur a *Parisiensibus* ψηφίζεται. TAYLOR.

428. 1. Γραμματα ἐκλογης.] Qui sit delectus iste, me ignorare fateor. WOLFIVS.

Ibid. An Γραμματων ἐκλογη? MARKLAND.

Ibid. Lege omnino γράμματα ἐκζηλης, vt annotatum est in margine *Benenati.* Leges, Plebiscita, Foedera, omnia denique cuiuscunque generis Monumenta,

fuiſſe apud Antiquos columnis lapideis, aereis, ligneisue exarata, nemo eſt, qui ignorat. LEGES. Ἀνάγνωθι, inquit *Lyſias*, Orat. I. 31. 11. δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νομον ἐκ τῆς ϛηλης τῆς ἐξ Αρείᾳ πάγᾳ. Ita *Demoſth. c. Neaer.* p. 1370. 25. Τοῦτον τὸν νομον γράψαντες ἐν ϛηλῃ λιθίνῃ ἔϛησαν ἐν τῷ ἱερῷ — καὶ αὕτη ἡ ϛηλη ἔτι καὶ νῦν ἕϛηκεν. Adde p. 1381. 10. Ita *Andocid.* Orat. I. p. 12. Edit. Steph. Ο δὲ νομος τί κελεύει, ὃς ἐν τῇ ϛηλῃ ἔμπροσθέν ἐϛι τοῦ βουλευτηρίου; Atque hinc loco *Lyſiae* deploratiſſimo, ſc. Orat. *c. Nicomachum* p. 852. vlt. ſi memineris, mi Lector, aut ea res te ceperit, Lux olim pleniſſima a me affuſa. FOEDERA porro. Ita in *Epiſtola Philippi*, 160. 21. Εγὼ δὲ τέτρας ἅτε τῶν περὶ τῆς εἰρήνης συνθηκων οἶδα μετασχόντας ὑμῖν, ἐδ' ἐν ταῖς ϛηλαις ἀναγεγραμμένας. Deinde *Aeſchines c. Cteſiph.* p. 460. 3. Εξεῖναι τῷ βουλομένῳ τῶν Ελλήνων ἐν τρισὶ μησὶν εἰς τὴν αὐτὴν ϛηλην ἀναγεγράφθαι μετ' Αθηναίων, καὶ μετέχειν τῶν ὅρκων καὶ τῶν συνθηκων. Harpocratio denique v. Αττικοῖς γράμμασι. Θεόπομπος ἐσκευωρῆσθαι λέγει τὰς πρὸς τὸν Βάρβαρον συνθηκας, ἃς ἐ τοῖς Αττικοῖς γράμμασιν εϛηλιτευσθαι, ἀλλὰ τοῖς τῶν Ιώνων. Poſtremo *Obaeratorum* nomina, maxime autem PROSCRIPTORVM (*Relegatos* vocat Iurisprudentia noſtra) cippis et ſaxis frequenter, cum titulo et cauſa condemnationis, inſcribi ſolebant. *Iſocrates* in Orat. *de Bigis*. Εἰς τοσοῦτον ὕβρεως ἦλθον, ὥϛ' ἔπεισαν ὑμᾶς ἐλαύνειν αὐτὸν ἐκ πάσης τῆς Ελλάδος, καὶ ϛηλην ἀναγράφειν. Diodorus Siculus, l. 16. Ο δὲ Φιλόμηλος ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ, τὰς τῶν Αμφικτυόνων ἀποφάσεις ἔκ τε τῶν ϛηλων ἐξέκοψε, καὶ τὰ περὶ των καταδικων γράμματα. Vnde factum eſt, vt ϛηλιτευεσθαι idem eſſet, ac *Proſcribi*: et Λόγοι ϛηλιτευτικοι apud Antiquos pro Inuectiuis paſſim haberentur. Cuiusmodi ſunt *Gregorii Nazianzeni* Orationes duae adu. *Iulianum*: Iſtius poſterior his verbis

verbis clauditur: Αὕτη σοι παρ' ἡμῶν στηλη τῶν Ηρακλείων ςηλῶν ὑψηλοτέρα τε καὶ περιφανεςέρα — ἣν καὶ ὁ μέλλων ὑπολήψεται χρόνος, εὖ οἶδα, σέ τε καὶ τὰ σὰ ςτηλιτευουσαν, καὶ τὰς λοιπὰς πάντας παιδεύσαν. μή τινα τοιαύτην κατὰ Θεῶν τολμᾶν ἐπανάςασιν, ἵνα μὴ τὰ ὅμοια δράσαντες, τῶν ἴσων καὶ αὐτιτύχωσιν. Omnino Lycurg. c. Leocratem p. 234. 235. Plato. περιιόντες ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς ςήλαις. At quid in his moramur? Hoc in Arthmio esse factum, et haec ipsa verba, quae hic memorat Noster, esse in eius *cippo* insculpta, abunde docemur. Orator noster in *Philipp.* III. Οὐ λόγους ἐμαυτῷ λέγων, ἀλλὰ γράμματα τῶν προγόνων τῶν ὑμετέρων δεικνύων, ἃ ἐκεῖνοι κατέθεντο, εἰς στηλην χαλκην γραψαντες — τί ἦν λέγει τὰ γράμματα;

Αρθμιος, φησιν, ο Πυθωνακτος
Ο Ζελειτης
Ατιμος εστω και πολεμιος του δημου των Αθηναιων
Και των συμμαχων
Αυτος και γενος.
Εἶθ' ἡ αἰτία προσγέγραπται, δι' ἣν τοῦτ' ἐγένετο,
Οτι τον χρυσον τον εκ των Μηδων εις Πελοποννησον
Ηγαγεν.

Sed hoc vnico testimonio contentus non ero. Addere liceat *Aristidem*: Θεμιςοκλῆς μὲν Αρίθμιον (Ita *Aristidis* vbique exemplaria, Tu corriges mecum) εςτηλιτευσεν, ὅτι τὸν ἐκ Μήδων etc. Iterum. Τῷ δ' αὐτοῦ Φρονήματός ἐςι καὶ ἡ στηλη, ἣν ὕςερον τούτων ἔςησαν, λέγουσαν τάδε·

Αριθμιον τον Πυθωνακτος τον Ζελειτην
Ατιμον καὶ πολεμιον εἶναι του δημου των Αθηναιων
Αυτον καὶ γενος
Οτι τον εκ Μηδων χρυσον εις Πελοποννησον
Ηγαγεν.

Vid. *Aristid.* Tom. II. pag. 218. 303. Edit. postrem. Coronidis loco adiiciantur haec ex *Nonno*, qui Historica Ὑπομνήματα *Gregorii Nazianzeni* collegit, et illustrauit. Στήλη δέ ἐστιν ἢ λίθος, ἢ χαλκὸς, ἐν ἐπιμήκει τετραγώνῳ σχήματι, ἐν ᾗ ἐγγέγραπται ἡ τῆ πολιτευομένῃ ὕβρις. Οἷον Ἀθηναῖοι τὸν Ζελείτην Ἀρθμιον, τὸν διαφθείροντα τὰς Ἕλληνας χρήμασιν, ἐπὶ τῷ μᾶλλον ὑπακῦσαι τῷ Πέρσῃ, ἐν στήλῃ ἀνέγραψαν, ἀτιμώσαντες καὶ αὐτὸν, καὶ ἅπαν τὸ γένος αὐτῆ, ἐξοσίαν δεδωκότες ἐν τοῖς γράμμασι τῷ βουλομένῳ αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἐγγράψαντες καὶ τὴν αἰτίαν ἐν αὐτῇ τῇ στήλῃ, ἥτις ἦν αὐτῷ τῷ Ἀρθμίῳ ψόγος· ὅτι, φησὶ, τὸν χρυσὸν ἰὸν ἐκλῶν Μήδων εἰς Πελοπόννησον ἤγαγεν. Εἰδέναι δὲ χρὴ, ὅτι πολλάκις καὶ εὐεργετῶν αἱ εὐεργεσίαι ἐν ταῖς στήλαις ἀνεγράφοντο, ὥσπερ ἡ τῆ Λεύκωνος, τῆ ἄρχοντος Βοσπόρου, ἀνεγράφη ἐν Ἀθήναις. Plura de Arthmio praestabunt *Plutarch.* in *Themistocle* Vol. I. p. 253. *Harpocrat.* v. Ατιμος, *Dinarchus*, *Aeschines*, *Vales.* ad *Harpocrat.* pag. 26. aliique. TAYLOR.

428. 12. ἀλλ' ὅλης.] Videtur deesse μηδαμως in subiectione, ante ἀλλ' ὅλης: aut τὸ ἀλλὰ pro *immo vero* ponitur. WOLFIVS.

Ibid. Ellipsis est Negatiuae ἐχὶ ante ἀλλ'. Vnde explicatur par omnino locus *D. Pauli*, I. *Cor.* X. 19, 20. Τί ἒν φημι; ὅτι εἴδωλόν τι ἐστὶν, ἢ ὅτι εἰδωλόθυτόν τι ἐστίν; Respondet ipse [Οὐχί·] Ἀλλ' [φημὶ] ὅτι ἃ θύει τὰ ἔθνη, δαιμονίοις θύει, καὶ ἐ Θεῷ. Confer loca. MARKLAND.

Ibid. Suppletur Negatiua in marg. *Morel.* ε μα Δια. TAYLOR.

15. ἐν δεξιᾷ.] εκ δεξιας in MSS. fere cunctis. Atque ita laudat *Hermog. de formis Orat.* Tom. I. pag. 272. TAYLOR.

18. τὸ δίκαιον καὶ τὸ κολάζειν lege. WOLFIVS.

428. 20.

428. 20. τὸ ἀρισεῖον τῆς θεᾶ.] Simile est istud σημεῖον Ιωνᾶ τᾶ προφήτα apud Euang. sc. *Matth.* XII. 39. et alibi. Nam haec Statua Deae erat ipsissimum ἀρισεῖον. TAYLOR.

21. νῦν δὲ, γέλως, ἄδεια.] S. τὸ τοιαῦτα ἀδικεῖν. Quod vero sequitur, αἰσχύνη, videtur ad sequentia pertinere, εἰ μὴ ὑμεῖς σχήσετε νῦν τὴν ἄγαν ταύτην ἐξουσίαν, αἰσχύνη ἐσί. WOLFIVS.

Ibid. Disputo, quae hic scripsit *Wolfius*. Totum enim (non vocem αἰσχύνη solam) pertinere video ad sequentia. Sed tum quid erit ἄδεια? Nimirum ex loco suo exturbatur, quem occupauit Vox alia et similis ἄγαν. Lege itaque: νῦν δὲ γέλως, αἰσχύνη, εἰ μὴ τὴν αδειαν ταύτην καὶ ἐξουσίαν σχήσετε νῦν ὑμεῖς. TAYL.

26. ὡς ἅπαντες.] εὖ οἶδ', ὡς (ὅτι) ἅπαντες τὸν λόγον τᾶτον ἀκηκόατε. WOLFIVS.

429. 1. βασιλέα.] Lege τον βασιλέα, vt pag. 383. 16. et vbique. Nam Rex Persarum ὁ βασιλεὺς Graecis appellabatur. MARKLAND.

Ibid. Χελιδονέων.] Stephanus Χελιδονίας πέτρας appellat per ι. Κυάνεας, Συμπλεγάδες, Συνδρομάδες vel ex *Homeri Scholiaste* notae sunt. WOLFIVS.

Ibid. Dixi ad *Lycurg.* §. 17. de hoc foedere. TAYL.

2. ὅτι δῶρα λαβεῖν.] At in *Cimonis vita Plutarchus* contra asserit; et Calliam, de quo hic sermo, dicit multum honoris et reuerentiae adeptum fuisse ex hac legatione apud Athenienses. Cui credendum? Vtrique, vt credo. Callias accusatus vitae periculum adiit; at crimine δωροδοκίας absolutus multum honoris adeptus est. PALMER.

9. τᾶτον ἦν δίκαιον.] S. τὸν τρόπον χρὴ παρέχεσθαι δίκαιον, τὸν προσιόντα τοῖς κοινοῖς. WOLFIVS.

Ibid. τᾶτον. sc. τὸν τρόπον. Vage interpretatur *Wolfius*. MARKLAND.

429. 13. ἐπ' ἀνδρὸς ἐᾶν γίγνεσθαι lege. WOLFIVS. *Aldus* enim ἐᾷ. TAYLOR.

19. ἀπεκτείνατε.] Codd. *Regg.* α. ε. cum *Aug.* et *Harl.* αποκτενειτε. Quae proba erit lectio, ſi Interrogatiue ſumas hanc periodum. TAYLOR.

26. ἢ πολὺ ταύτης lege, vt ſit articulus poſtpoſitiuus, cum adſpiratione. WOLFIVS.

430. 4. Επικράτης.] Infra, pag. 431. 11. dicit, hunc Epicratem ἐκπεσεῖν, *exſilio mulctatum fuiſſe*, vel, *vrbe pelli*, Wolfio vertente. Dubito, an ibi recte. Vid. init. *Androt.* vbi ἐκπεσεῖν vertit *honore deiicere.* Latine dici poſſet *excidere.* Sub quo comprehenditur vel *Mors*, vel *Exſilium*, vel *Mulcta.* MARKLAND.

Ibid. *Harpocr.* et *Suid.* v. Επικράτης, ad hunc locum digitum intendunt. Male ergo Cod. *Paris.* δ. Εὐθυκράτης: Quo pacto etiam habet infra, pag. 431. 11. De hoc Epicrate multa *Mauſſacus* ad gloſſam *Harpocrationis*, et *Valeſius* ad *Adnotata Mauſſaci.* Alius porro erat Epicrates, Aeſchinis affinis, vt obſeruarunt iidem Lexicographi, ὃ ἐπώνυμον Κυρηβίων, ὡς Δημ. ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνε. Vid. pag. 435. 21. TAYLOR.

5. χρήσιμος.] F. πολλὰ χρήσιμος γενομενος τῇ πόλει. WOLFIVS.

6. καὶ των ἐκ Πειραιῶς καταγαγόντων τὸν δῆμον (S. εἶς) καὶ ἀλλως δημοτικὸς lege. WOLFIVS. *Ald.* valde inſincere τὸν et ἄλλος. TAYLOR.

8. ἐφ' ἡμισείᾳ.] Malim εξ ημισειας, vt Ariſtot. ὅτι οἱ Λακεδαιμόνιοι εξ ημισειας δυσυχῶσι γυναικοκρατέμενοι. WOLFIVS.

Ibid. γρ. ἡμίσεια et ἡμισεία. Quod ſi hoc poſtremum obtineat, adnotauit alibi *Wolfius* intelligendum eſſe μερίδι. TAYLOR.

10. προσλαβόντα.] προλαβοντα *Ven.* et *Ital.* Sed vtraque Compoſitio eſt inutilis. Praeſtat ſimplex, λαβοντα. Id quod dedit *Harleianus.* TAYLOR.

430. 11.

430. 11. καταχρῆσθαι.] S. τῷ πιστευθῆναι. WOLFIVS.

12. ἄπρακτόν ἐστι τούτοις lege. WOLFIVS. Quidam enim εἰ τοίνυν τι τούτων ἄπρακτόν ἐστι τούτων. Optime haec verba ordinantur in nonnullis exemplaribus: εἰ τοίνυν τι τουτοις ἄπρακτόν ἐστι τουτων, ἐφ' οἷς κ. τ. λ. *Lind. Ven. Obsop.* TAYLOR.

21. ὀρκεῖν — ὤρκισαν.] Ergo τὸ ὀρκεῖν et ὁρκίζειν idem valent: nisi, vt existimo, legendum sit ωρκωσαν. WOLFIVS.

Ibid. Quaenam est haec petulantia, et prurigo emendandi! Quare exterminanda est ὤρκισαν, ab ὁρκίζω, vox ab omnibus confirmata Codd. quae aeque valet *iusiurandum deferre*, ac ὤρκωσαν, quae profecta est ab ὁρκόω. Noster *De Corona* pag. 235. pen. ἢ ἐκ ἂν ωρκιζομεν αὐτόν. TAYLOR.

25. καὶ ηλεγχθησαν τινες lege. WOLFIVS. *Aldus* enim ἠλέχθησαν. Restituerunt et alii. TAYLOR.

431. 1. οὐδ' ἕτοι.] I a f: distinguendum: οὐδ' ἕτοι; cum Interrogatione. Sensus est: Οὐδ' ἕτοι, sc. ἠλέγχθησαν ὑ τἀληθῆ ἀπαγγέλλοντες, οὐδὲ ἐπιστέλλοντες τὰ ἀληθῆ. MARKLAND.

9. οἱ δὲ καί τινες αὐτῶν ἔτι ζῶντες.] ὑμεῖς τινες, ἀντὶ τῶ ὑμῶν τινες αὐτῶν. S. τῶν προγόνων. WOLF.

10. καὶ τῶν ἐκ Πειραιῶς iterum lege. S. ἕνα. WOLFIVS.

Ibid. i. e. καὶ ενα τῶν ἐκ Πειραιῶς. Vt pag. 438. 5. τῶν ἀπιστέντων Φιλίππῳ, pro ενα τῶν etc. Et supra, pag. 430. 3. MARKLAND.

Ibid. Melius hoc multo, quam quod legitur in *Benenato*, aliisque Editis, sc. τον ἐκ Πειραιῶς. TAYL.

13. καὶ τὸν ἀπὸ Φυλῆς.] καὶ τε ἀπὸ Φυλῆς. Etsi malim abesse articulum. Et, [v. 14.] τάλαντα δέκα ὠφληκέναι. WOLFIVS.

431. 13. Neceſſarium ſane articulum, τὸ ἀπὸ Φυλῆς, prout legitur in MSS. praefocauit *Wolfius*. Male τὸν *Ald. Felician.* et *Harl.* TAYLOR.

14. καὶ τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου.] Si hoc ad Thraſybulum non refertur, cuius mihi genealogia nota non eſt, ſubintelligendum eſt, aut omiſſum, τινας. *Vlpianus* Proxenum intelligit. WOLFIVS.

15. καὶ τῶν.] F. delendum καὶ. Vel legendum τῶν καὶ τὰ etc. MARKLAND.

Ibid. Recte deeſt καὶ in Cod. δ. TAYLOR.

16. ἐργασαμένων.] Vſitatius multo, quod eſt in plurimis, in *Aug. Harl. Obſop.* in marg. *Benenati* et *Ask.* εἰργασμένων. Proxime, 437. 4. τὸν τοσαῦτα κακὰ εἰργασμένον. Et 442. 8. Περὶ μὲν τοῦ [Aeſchinem] πάντα τὰ κακὰ εἰργασθαι τὴν πόλιν. Et paſſim, vt dixi. TAYLOR.

18. καὶ κρατήρων] κρατῆρες fortaſſe additi ſunt, quod vnicuique Deo ſui peculiares crateres fuerunt. WOLFIVS.

26. ἱέρεια.] Quaedam hic non inutilia habet Scholiaſtes. Meminerit autem lector meus, haec et eiuſmodi omnia, quae ad *Aeſchinis* genus et familiam pertinent, quemadmodum et ea, quae ad *Demoſthenis* pariter, ſtudioſe a me in *vita Auctorum* recenſeri. TAYL.

432. 1. χορηγὸς.] Lege χορος. Alioqui χορηγία et χορηγὸς inanis erit nugatio. WOLFIVS.

Ibid. Et reperitur quidem χορος in vno Exemplari *Reg. Paris.* ε. in marg. *Askew.* etiam, in *Obſop.* et *Harl.* in Edit. *Felician.* et MSto *Aug.* TAYLOR.

6. αὐτῷ.] Rectius αυτον. Ita optimi, *Reg.* α. *Aug.* et *Harl.* TAYLOR.

7. ἐκεῖνα.] L. εκεινο. Vide, quae praecedunt. MARKLAND.

12. ἀδὲ ἐλεεῖν κ. τ. λ.] Haec cum non ſint in *Aeſchinis* oratione, ſatis apparet, eum, vt et caeteros

ros oratores, aliter dixisse, aliter scripsisse; ipsoque euentu edoctos et detraxisse et addidisse et mutasse complura. Nisi forte et hoc sit *Demosthenicae* licentiae mendacium. WOLFIVS.

432. 12. ἀδὲ ἐλεεῖν.] F. ἃ δὴ — *non igitur.* Vt p. 369. 25. ἃ δὴ δίκαιον. MARKLAND.

Ibid. δεῖν etc.] δει τε Τιμάρχε MS. *Reg.* δ. et *Ital.* TAYLOR.

24. ὑμῶν.] υμιν legit marg. Edit. *Paris. Ven. Harl. Ital.*. cum Edit. *Felician.* (ημιν *Harl.*) solita et nota syntaxi. Εθαυμαζε μὲν αυτῳ τὰ Θετταλῶν, infra 444. 3. et alibi passim. Atque ita hic interpretatur *Wolfius.* TAYLOR.

25. διὰ τόνδε.] Vertendum, *propter hoc*, iudicium nempe, non, *propter hunc*, sc. Aeschinem, vt *Wolfius.* Opponuntur enim δι' ἐκεῖνον τὸν ἀγῶνα, et διὰ τόνδε. IVRIN.

Ibid. Omnino recte Vir doctissimus. Animaduerti velim hic, in Edit. *Morel.* legi διὰ τωνδε, atque in Codd. *Regiis*, α. β. ε. διὰ τετων γε. Atqui id inde enatum, quia Scriba, aut malus Corrector, existimabat, intercessisse aliquid inter τῶνδε et δι' ὧν, quod sequitur. Quod tamen verum non est: quia δι' ὧν pertinet ad τὲς πολιτευομένες. Et recte alicubi *Wolfius:* Malim, διὰ τόνδε, sc. ἀγῶνα τῆς παραπρεσβείας. Διὰ τουτον γε *Aug. Harleianus* autem, vt editur. TAYLOR.

433. 10. ἐμίσθωσε.] Addunt *Parisienses*, et confirmat Cod. *Augustanus*, ἑαυτὸν ἐμίσθωσε Φιλίππῳ. TAYLOR.

17. κατηγόρει.] Recte, vt exemplaria optima, propter sequens ἔλεγεν. Mala fide nobiscum egit *Wolfius*, qui κατηγορεῖ legit, in praesenti tempore, et pariter interpretatur. TAYLOR.

19. ἃς ἰδόντες ἂν.] Quia alii illius causae iudices fuerunt, quotannis mutari soliti. Istos ergo adfines

in hoc

in hoc iudicio non adfuisse, τὸ δυνητικὸν μόριον, ἰδόντες αν, τετέχιν, εἰ ἴδητε, arguit. WOLFIVS.

433. 21. Κηρυβιῶνος.] Ad hanc vocem ita adnotauit *I. Meursius*, I. *Attic. Lect.* 4. „Τῆ καταράτῳ Κυρηβιωνος. Ita rescribo. Hodie editur τῆ καταράτῳ Κηρυβιῶνος. Nam Κυρηβίωνος scripsisse *Demosthenem* certum ex *Suid.* in Επικράτης, et *Harpocr.* in Κηρυβίων. Quibus addo *Athen.* l. 6. Κυρηβίων δ' ἐπεκαλεῖτο Επικράτης, ὁ Αἰσχίνῃ τῷ ῥήτορος κηδεστὴς, ὥς φησι Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς Παραπρεσβείας. Idem mendum apud *Vlpianum* in eandem Orat. καὶ τῆ κατταράτῳ Κηρυβιῶνος] Τὸ μὲν ὄνομα, Επικράτης, τὸ δὲ Κηρυβιῶνος, Αττικῶς. λέγει δὲ τὸ κάθαρμα, καὶ εὐτελές. Κηρύβια γὰρ τὰ ἀποκαθάρματα τῆ σίτῳ λέγουσι. Rescribe Κυρηβιωνος et Κυρηβια. Scio ego, κηρύβια scribi apud nonnullos Grammaticos Graecos, sed tamen apud potiores κυρήβια. Corruptus quoque *Alexis* in *Pancratiasse*, apud *Athen.* l. c. et *Themist.* in Orat. Πῶς τῷ φιλοσόφῳ λεκτέον.„ Hactenus Vir doctissimus. TAYLOR.

22. ἄνευ τῆ προσωπείῳ.] Consule *Vlpianum* ad loc. *Harpocr.* v. Πομπείας, caeteros. Adnotauit hic σχεῖς, in antiquis libris reperiri προσωπον, non προσωπειον. Vide, quantum auctoritatis tribuat Cod. *Augustano*, qui ex istis veterrimis describi videtur, cum retineat προσωπῳ! TAYLOR.

23. καὶ τί ταῦτα; ἀλλὰ τὸν ἀδελφὸν] Αποδίωξις καὶ Αποσιώπησις, quasi prae indignatione flagitia Aphobeti commemorare non possit. WOLFIVS.

Ibid. ἀλλὰ τὸν ἀδελφὸν ὁρῶν Αφόβητον.] Referenda haec sunt et coniungenda cum superioribus: περὶ πορνείας ἔλεγεν, δυοῖν μὲν κηδεσαῖν παρεσηκότοιν — ἀλλὰ τὸν ἀδελφὸν ὁρῶν Αφόβητον, cum indignatione. *Accusauit*, inquit, *Aeschines Timarchum impudicitiae coram duobus suis affinibus, Nicia et Cerybione, multo impu-*

impurioribus. Sed hoc parum eſt. Accuſauit eum etiam coram ſuo fratre Alphabeto. Amare! MARKLAND.

433. 25. ὅσοι οἱ.] Priorem iſtarum vocum *Wolfio* ſuperflua videtur. Poſterior deeſt in Cod. δ. Sed iſta Sententia placet, atque ita legunt *Lind.* et *Ital.* πάντες οἱ περὶ πορνείας ἐξήσαν λόγοι. TAYLOR.

26. ἀτιμίαν.] καὶ μὴν εἰς ὅσην αἰσχύνην καὶ ἀτιμίαν κ. τ. λ. *Pariſienſes* optimi cum optimo *Aug.* TAYLOR.

27. κατασήσασα ἔχει.] ἀντὶ τῦ κατέσησεν, vt φλυαρεῖς ἔχων, πλεονασμῷ Αττικῷ. WOLFIVS.

Ibid. Non admodum eſt ſimile, quod produxit *Wolfius.* Propius illud *Lucretii.* I. 1068.

Sed vanus ſtolidis haec omnia finxerit error,
Amplexi *quod* habent *peruerſe prima viai.*

Huic locutioni ortum debere Neotericorum verbum, quod dicunt, *auxiliare*, HABERE, notauit *H Stephanus Conformité du lang. Franc. auec le Grec.* TAYL.

pen. ὃ πάντες ὑμεῖς ἴσε.] Noue hoc, *vt caetera omnia diſſimularet*, id ſolum, *quod omnes norant, proferre vellet.* Lege cum MStis δ. et *Aug.* πάντα τὰ ἄλλα ἀφεὶς, ἃ πάντες ὑμεῖς ἴσε — *omiſſis iis, quae vos bene noſtis.* Pariſienſes neque ὃ, neque ἃ. TAYLOR.

434. 5. τοιαῦτα.] ταυτα potius, vt habent *Reg.* δ. et *Aug.* TAYLOR.

Ibid. ἐγὼ δὲ.] Locum hunc aliquanto plenius laudat Hermogenes περὶ δριμύτητος. ſc. Ἐγὼ δὲ ὃ τῦτο δέδοικα, εἰ Φίλιππος ζῇ, ἢ τεθνήκεν, ἀλλ' εἰ — T. II. p. 334. TAYLOR.

8. παρ' ὑμῶν.] F. υμιν. Et viciſſim modo, παρ' υμων ἄδεια γενήσεται. Vid. p. 451. I. MARKLAND.

Ibid. ἂν τὰ παρ' υμιν ὑγιαίνῃ *Reg.* α. cum *Aug.* TAYLOR.

10. ὑφ' ὑμῶν.] παρ' υμιν Codd. *Regii*, α. β. δ. ε. παρ' ημιν *Aug.* TAYLOR.

434. 14. Ηγησίλεῳ.] Incorrecte. Ratione accentus formam habet Genitiui, ratione autem τῷ Ιῶτα ſubſcripti, Datiui quidem. *Vlpianus* cum margine *Benenati*, accuratius Ηγησιλεω κρινομενῳ. Quod ſi recte ſit, quid ſtatuemus de Θρασυβέλῳ, τῷ — θείῳ? An haec etiam in eundem caſum vertentur? Mihi quidem videtur, propter conſtructionem totius commatis. TAYLOR.

15. θείῳ.] S. σῷ, ſiue patruo, ſiue auunculo tuo. Πάτρως γὰρ, ὁ πρὸς πατρὸς, μήτρως δὲ, ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος. Quae, incognita genealogia, diſcerni per ſe non poſſunt. Sed quid haec noſtra? Neque enim haereditatem illorum cernemus. WOLFIVS.

Ibid. Punge igitur poſt Νικηράτῳ. Θρασυβέλῳ τῷ Νικηράτῳ, θείῳ ſc. σῷ, et pariter diſtingue in verſione, vt diſtinxerat quidem *Wolfius*, dum nos Editioni *Lutecianae* adhaeſimus. Ita tamen, ſi viri doctiſſimi Genealogia ſe recte habeat. *Vlpianus* quidem in ea eſt ſententia; et vtrosque, Hegeſilaum et Thraſybulum, modo vocat Noſter Eubuli cognatos et neceſſarios. TAYLOR.

Ibid. ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης ψήφῳ.] Cum, vt coniicio, teneaturne reus, pronunciatur. ἡ δευτέρα ψῆφος, cum lis aeſtimatur, et mulcta dicitur. WOLFIVS. Recte coniicis. Confirmo in proximis. TAYLOR.

17. εἰς τε τὸ τίμημα.] Lege, εἰς τε τοτε βημα, ſenſu manifeſto. Et ita habet Editio *Benenati* in margine adſcriptum. PALMER. Habet quidem τὸ βῆμα ex Cod. β. adſcriptum, quo pacto et marg. *Altemps.* et *Bodl.* ſed nullo commodo. *Wolfius* haec vidit et vertit recte. Sed nemo melius haec explanabit, quam *Aeſchines* in ea, quae eſt c. *Cteſiphontem*, p. 586. Εἰς τρία μέρη διαιρεῖται ἡ ἡμέρα — ἐγχεῖται γὰρ τὸ μὲν πρῶτον ὕδωρ τῷ κατηγόρῳ — τὸ δὲ δεύτερον — τῷ τὴν γραφὴν φεύγοντι —. Επειδὰν δὲ τῇ πρώτῃ ψήφῳ μι

φῳ μὴ λυθῇ τὸ παράνομον, ἤδη τὸ τρίτον ὕδωρ ἐγχεῖται τῇ τιμήσει καὶ τῷ μεγέθει τῆς ὀργῆς τῆς ὑμετέρας. ὅσις μὲν ἓν ἐν τῇ τιμήσει τὴν ψῆφον αἰτεῖ, τὴν ὀργὴν τὴν ὑμετέραν παραιτεῖται· ὅσις δὲ ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τὴν ψῆφον αἰτεῖ νόμον αἰτεῖ κ. τ. λ. TAYLOR.

434. 18. *συγγιώμην ἔχειν σοι.*] Queat dicere Lubulus, eo se haec facere, quod habeat religioni, nocentem et nefarium impiumque defendere. Causam autem aliam esse *Aeschinis*, quem *Demosthenes* innocentem in iudicium capitis arcessierit, et eloquentiam a natura ad salutem hominum, et ad conseruationem datam, ad boni viri pestem perniciemque conuertat. WOLFIVS.

19. *ἀναγκαίων.*] Nota, *ἀναγκαίας* hic, vt et Latinis, dici *Necessarios*. Sic et Isocrates *τὴν συγγένειαν, ἀνάγκην* vocat his verbis: *μᾶλλον ἐθαύμαζε τὰς περὶ αὐτὸν σπεδάζοντας, ἢ τὰς τῷ γένει προσήκοντας. ἡγεῖτο γὰρ πρὸς ἑταιρίαν πολλῷ κρεῖττω φύσιν νόμε, καὶ τρόπον γένες, καὶ προαίρεσιν ἀνάγκης.* WOLFIVS.

20. *ὃς — συγκατηγόρει*] Sic alienare studet Eubulum ab Aeschine. WOLFIVS.

22. *συγκατηγόρει μετ' ἐκείνου σοῦ.*] Explicatio marginalis praecedentis sententiae. MARKLAND.

Ibid. Quanquam haec Oratio istiusmodi glossis et quisquiliis vltra modum sit referta, hic tamen rem ita se habere, multum dubito. Videor enim videre ita sententiam progredientem: *Cum Aristopho Philonicum in iudicium adduxit, et per illum tua quoque, Eubule, crimina attigit, iste Aeschines vna cum Aristophonte te accusabat, et inter inimicos tuos numerabatur. Cur igitur istum Aeschinem nunc adiuuas? cur defendis?* TAYLOR.

24. *τετεσὶ δεξάμενος*] *ποτέρας; τὰς δικαστὰς, ἢ τὰς περὶ τὸν Αἰσχίνην*; adhibitis iudicibus, aut populo? Vel *ἀποδεξάμενος τετεσὶ*, suffragatus Aeschini et Philocrati, vel approbatis istis? Ego haec verba, quae non satis intelligo, notaui asterisco. Pro *μὲν τετεσὶ*,

Verſio mea declarat, me aut alicubi notatum legiſſe, aut legi oportere ſuſpicatum eſſe, σὺ μετα τȣτȣς λεξαμενος. Sed nihilo magis hoc placet. WOLFIVS.

434. 24. Cum his vltimis dictis pene conſentit Etruſcus Interpres: *Ma poi che tu dopo che coſtoro hebbero finito*, parlaſti, *e diceſti* — Licet δεξάμενος cum iſta interpretatione ſtare poſſit. διαδεξαμενος, διδαξαμενος, etc. alii. Sed neque *Excipere*, neque *Dicere*, neque *Docere*, quidquam valent. Corrige periculo noſtro δεδιξαμενος. Oratio Eubuli erat *comminatoria*. Dixit enim, *aut* extrema eſſe ſubeunda, ſc. deſcendendum in Piraeum, et Theatralem pecuniam in Militarem conuertendam, (quod niſi in ſummo diſcrimine Reip. fieri non ſolebat) *aut* ſtatuenda eſſe ea, quae Philocrates ſuadebat, τȣτȣσὶ δεδιξάμενος, hos nempe, qui adſtant, digito monſtratos, Ciues Athenienſes, *hos* inquam, *perterrefaciens*. Et praeterea δεδιξάμενος eſt Lectio Codd. omnium, qui aut aeuitate valent, aut ſinceritate ſcribendi, *Ital. Ven. Harl.* et *Aug.* Et in hoc poſtremo additur ſcholiolon, ſc. Δεδιξάμενος] εἰς δέος καταςήσας. Illud habe. TAYLOR.

vlt. ȣ̃τοι δ' ἐπειδὴ.] M. ȣ̃τοι δη ἐπειδὴ, vt ſit repetitio ἐν τῇ ἀποδόσει propter prolixitatem τῆς προτάσεως. WOLFIVS.

Ibid. Deleri ſuadeo iſtud επειδη. Et deeſt quidem in binis *Regg.* δ. ε. in *Lind.* et *Aug.* Cohaerent haec cum prioribus, v. 24. ἐπειδὴ δὲ σὺ μεν — ȣ̃τοι δ' — *Wolfius* locum non intellexit. TAYLOR.

435. 2. Φιλίππȣ.] Recte, ſi obtineat κατηγορῶν. Sed quae mens tum fuerit tot legentium Φιλίππῳ? Mirum, ni ſinceriora ſint, quae habent MSS. *Ald.* et *Felician.* ἐν μὲν τῷ δήμῳ κατηρω Φιλιππῳ, *Diris inſectabaris*. TAYLOR.

3. ἀπολωλέναι Φ.] F. ἀπολωλέναι αν Φίλιππον, *fore, vt pereat*. Vt, αν ἑαλωκέναι, p. 441. 22. MARKL.

435. 6.

435. 6. *Μυροκλέα.*] Alii non per *υ*, sed per *οι* scribunt, *Μοιροκλέα*. Sed parum refert, siue *παρὰ τὸ τῦ μύρου*, siue *τὸ τῆς μοίρας κλέος*, appellatus fuerit. WOLFIVS.

7. *παρ' ἑκάστου.*] *Ελληνικώτερον* erit, si priorem vocem eliminaueris: *παρὰ τῶν — ἐωνημένων — ἑκάστου.* TAYLOR.

8. *γραφὴν ἱερῶν χρημάτων.*] Fortassis pecuniae sacrae quaestor aliquid inde mutuatus fuit. WOLFIVS.

9. *ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἔθηκεν.*] Vtrum *τὴν ἱερὰν*, an *τὴν τῶν τραπεζιτῶν*? Num et sacram pecuniam foenore occuparunt? WOLFIVS.

12. *πεποιημένας.*] F. *πεπραγμένας.* MARKL.

18. *ἦσαν.*] *Lambinus*, nulla cogente necessitate: *τί δέ; οὐκ ἦσαν ἐν Ολυνθῳ, ὅτε ἦν Ολυνθος, τοιοῦτοί τινες ἄλλοι;* TAYLOR.

19. *τοιοῦτοί τινες ἄλλοι;*] Pro quo alias *ἕτεροι*. Quod non semper conduplicationem praecedentis numeri significare, alibi notatum est. WOLFIVS.

20. *τί ἦν;*] F. *τί; ἐν Μεγάροις*, vt *ἐν Ηλιδι*, v. 16. et *ἐν τοῖς Μεγάροις*, v. vlt. Nam *τί ἦν* non conuenit huic loco. MARKLAND.

Ibid. Optime, vt solet. *Τί δ'; ἐν Μεγάροις* — *Aug. Lind. Harl.* et *Regg. β. δ. ε.* TAYLOR.

22. *τίς ἦν αἴτιος αὐτόθι νῦν τέτων, τῶν συμβεβηκότων πράξεων.*] Sic puto legendum, vt *τέτων* referatur ad *κλέπτας*: *Τίς τέτων αἴτιος τῶν νῦν αὐτόθι συμβεβηκότων πράξεων;* WOLFIVS. Recte. *Quis igitur* eorum? In marg. *Altemps.* ad hunc fere modum: *ἀνάγκη, καὶ πέφηνέ τις αἴτιος αὐτόθι νῦν τούτων.* TAYLOR.

24. *ἀλλὰ ποῖοι κ. τ. λ.*] Incuriosius haec edidit *Benenatus*: *ἀλλὰ ποῖοι, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ τὰ τοιαυτα τηλικαῦτα, καὶ τοιαῦτα ἀδικοῦντες;* TAYLOR.

435. 27. προξασίας.] προξασιων *Ven.* Recte fortaſſe, vt reſponderet τῷ ξρατηγιῶν. TAYLOR.

vlt. ἐν τοῖς Μεγάροις.] Deſunt haec verba in Cod. *Reg.* δ. TAYLOR.

436. 2. Πτοιόδωρος.] »Πτυόδωρος *Harpocr.* Edit. *Mauſſac.* Ποιόδωρος Edit. *Ald.* Πτοιόδωρος recte apud *Suidam.* Hic eſt, quem memorat *Thucyd.* l. 4. et *Plutarch. Dione.*» Haec *Meurſ.* IV. *Attic. Lect.* 2. TAYL.

3. ὤν.] Non admodum neceſſaria Vox. Ita tamen tacitus *Wolfius*, omnibus inuitis exemplaribus. Quod non oportuit fieri. TAYLOR.

4. ἐξέπεμψε.] κατεσκευαζε Cod. β. Mira ſane varietas. Sed neque varia eſt lectio, neque huic loco conuenit. Quid ergo? Sane *Gloſſa* eſt inſolitae vocis, quae proxime ſequitur, ἐτύρευε. Ecce enim: τυρεύων, κατασκευαζων. καὶ τυρεύσαντες, κατασκευασαντες, Suid. Ita *Vlpianus* quoque: Ετύρευε.] κατεσκευαζε, ἐμηχανᾶτο. Caeterum notatu dignum eſt, quod legitur in *Poëtice* VI. 32. Εἰ δὲ καὶ Δημοσθένης φησὶν, ὁ δὲ ἔνδον ἐτύρευεν, ἀλλ' ἐκ ἔγωγε ἀποδέχομαι τὰ τυρευειν. TAYLOR.

7. μή μοι κ. τ. λ.] Laudatur ita ab *Hermogene*, pag. 264. μή μοι σωζέσθω, μηδ' ἀπολλύσθω μηδεὶς, ον αν ο δεινα η ο δεινα βούληται. Ita Editiones antiquiores, praeter iſtas *Feliciani Manutii*que. Ita etiam MSS. *Lind. Aug.* et *Harl.* TAYLOR.

10. τοὐναντίον, τούτῳ.] τῷ Αἰσχίνῃ. Theſin enim transfert ad Hypotheſin. WOLFIVS.

Ibid. *Wolfius* ſequitur ſuam diſtinctionem Textus, quam et Ego repraeſentaui. Quae ſi praeſtare videbitur, hic erit Senſus: *Neminem alicuius Gratia vel eripiat, vel peſſundet. Vnusquisque autem vel ex rebus geſtis ſeruetur, vel, ſi ita res tulerit, condemnetur, vti hicce Aeſchines.* Vide, quae diximus ad *Aeſchin. c. Timarchum*, pag. 45. Not. 66. TAYLOR.

436. 19.

436. 19. ὑμεῖς, ἢ τέτοις.] Desunt haec verba in *Reg. δ.* μᾶλλον ἢ πιςεύοιτε *Lind.* caeteris omissis. TAYL.

Ibid. τῶν θεῶν.] F. τας τῶν θεῶν ὑμῖν μαντειας ἀναγνώσομαι, ex sequentibus. MARKLAND.

vlt. ἡγεῖται.] Videtur deesse εἰρηνης, vel τοτε. MARKL.

437. 4. πότερον.] F. ποτερ' ἂν ἦν, vt lingua postulat. MARKLAND. ἡδονὴν αν Φιλίππῳ ποιῆσαι Codd. *Regg. Parisienses*, et *Aug.* TAYLOR.

8. ἅπασι τοίνυν.] ἅπασι τοίνυν υμιν μιᾷ γνώμῃ παρακελεύεται Cod. *Aug.* Nec longe abest *Reg. ε.* TAYLOR.

10. Διώνη.] Δωδωνη reponit *Gul. Canter.* VIII. *Non. Lect.* 12. idque confirmat auctoritate *Dinarchi.* Hominem vide. TAYLOR.

11. ἔξωθεν.] Lambinus: εχθροι δε. ἔξωθεν μεν, οἱ ἐπιβ. κ. τ. λ. Ingeniose satis et feliciter. Prima ista vox, quam restituit, latebat in praecedenti. *Omnes hortatur ad puniendos eos, qui in re aliqua hostes Reip. adiuuerunt.* Hostes autem quinam sunt? Illi *scil. qui* etc. TAYLOR.

Ibid. 2 *Cor.* VII. 5. ἐξωθεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι. MARKLAND.

14. ἀπ'.] Visitatius credo επ' ἀνθρωπίνε λογισμε. TAYLOR.

16. τὸν προεστηκότα.] Scil. τῷ δήμῳ. MARKLAND.

21. ἐν ταῖς πόλεσι.] *in liberis ciuitatibus* et αὐτονόμοις, quae αἱ πόλεις frequenter appellantur. MARKLAND. Istud confirmaui pluribus in notis ad *Aesch. c. Ctesiph.* pag. 392. TAYLOR.

pen. καὶ τοῦτον ἅπαντες.] τὸν Αἰσχίνην. S. κεκολασμένον. Vel, καὶ τοθ' ἅπαντες. [Et, in alio loco] Vel καὶ τοῦτον ἅπαντες κεκολασμενον ἴδωσι. WOLF.

Ibid. F. καὶ τετ' αν ἅπαντες. MARKLAND.

Ibid. Puto καὶ τοτο. IVRIN.

Ibid. καὶ ταυτα Cod. *Reg. δ. Aug.* In aliis quamplurimis τοτο vel τοθ'. TAYLOR.

438. 4. δικαιότερον.] Addit Exemplar *Altemps.* ὀργισθαιτε. Sed commode subintelligi potest. Idcirco nihil moueo. Verum cum illud ἐδὲ in melioribus desit, legendum arbitror (deleto etiam μᾶλλον) ἐμὴν ἐδενὶ δικαιότερον, ἢ τέτῳ. TAYLOR.

12. Φίλων.] Vtrum τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ Φίλων. An ὃν — Φιλον — δεῦρο ἥκειν? Nam et ita scribitur. Atque ita exhibent Editi omnes, improbante *Lambino*. Φίλων quidem Interpretes, ille Venetus innominatus, et alter, qui hanc Orationem Italice vertit. Et ita exaratur in optimo *Augustano*, et in *Harleiano*. Bonus *Wolfius*, dum sequitur *eam* lectionem in textu, *alteram* sequitur in versione. Sed ita solens est. Suo more id facit. Neque id exprobranti similis dico, sed vt lectorem meum admonerem, licet non semel de ea re a me admonitum. Idem est Ischander, de quo nonnulla superius ad pag. 344. 7. TAYLOR.

13. συσκευάζεσθαι.] *Marklandus* vertit: *quis* captare *Graeciam et Peloponnesum* Philippum *clamitabat, vos autem dormitare*? Fortasse *Wolfii* Interpretatio non est admodum improbanda. Euphemismus est insignis et notabilis in v. συσκευάζεσθαι: *non solum vasa colligere atque profectionem parare, verum etiam* vasa aliena; *i. e. praedari et diripere*. Vsi sunt in hoc sensu, vt ante me obseruatum est, LXX. Interpretes, sc. *Exod.* III. 22. Καὶ ἐπιθήσετε, καὶ συσκευασετε τὰς Αἰγυπτίας. Vbi alii σκυλεύσατε. Quod poterat fuisse scholion, aut glossema vocabuli paulo insolentioris. Verum illa prior τὸ συσκευάζεσθαι notio potius est *Demosthenica*: vt in init. *Chersonesitanae*: Εἰ μὲν ἡσυχίαν Φίλιππος ἄγει — μήτε συσκευαζεται πάντας ἀνθρώπες ἐφ' ὑμᾶς. H. Steph. Th. Gr. L. T. III. col. 849. TAYLOR.

18. Αγραύλε.] [Vitiose Typothetae nostri, Αργαύλε] Alii Αγλαύρε. WOLFIVS. Ita quidem *Felicianus*, ita *Manutius*, qui illum exscripsit. TAYLOR.

439. 7.

439. 7. ἀκῆσαι.] ακούσαι lege, cum acuto, vt ſit tertia perſona ἀορ. α. εὐκτικῆς. WOLFIVS.

8. αἰχμάλωτα δωρεὰν ταῦτα.] S. σώματα; ἢ ἀνδράποδα, aut pro τέτες αἰχμαλώτες. WOLFIVS.

22. κελευόντων.] F. κελευόντων κοινῇ, vt p. 441. 10. et alibi. MARKLAND.

23. ἔφη.] Ex penu et liberalitate *Wolfiana*. Nam in Editt. quae praeiuere, ignoratur. Atque idem intelligo de MStis. TAYLOR.

440. 2. ταῦτ' ἐκεῖνα.] F. τοτ' ἐκεῖνα. Et mox v. 3. τις δ' ἐϛὶν ὅϛις ἂν videtur rectius legi, quam τί δέ; ἔϛιν ὅϛις ἂν —? *Quis vero eſt, qui, cum Atreſtidam ob Olynthiorum puerulos et mulierculas tum odiſſet, nunc Philocratis adiutor eſſe vellet* etc. WOLFIVS.

Ibid. MSti ταῦτ' ἐκεῖνα, ſine commate: alii (ſine ταῦτα) ὅπως ἂν ἐκεῖνα προειρηκὼς — Editi ταῦτ' ἐκείνῳ vitioſiſſime. Lege autem, cum optimis, ὅπως ταῦτ' ἂν, ἐκεῖνα προειρηκὼς — Illa Diſtinctio erat a *Wolfio*, quam, non recte, negleximus. Atque ita interpretatur. TAYLOR.

3. τίς δέ ἐϛιν.] F. τί δέ; ἔϛιν ὅϛις —? Vt pag. 434. 2. MARKLAMD.

Ibid. Ita Edit. *Benenati*. Ita *Felician*. Ita Cod. *Harl*. TAYLOR.

5. νῦν πράττειν.] συμπράττειν *Reg. δ.* et *Aug.* TAYLOR.

12. μετὰ ταῦτα.] Non ſatis placet. Sed nihil occurrit melius. Abeſſe mallem et hoc. Παρέλκειν certe videtur. WOLFIVS.

Ibid. τὰ μετὰ ταῦτα, *conſequentia*. MARKLAND.

16. πεπρεσβευκότος.] Diſtingue: πεπρεσβευκότος. Καὶ τὰ etc. MARKLAND.

Ibid. Aliter diſtinxit *Benenatus*: ſc. pungit ad ὑβρίζονται in linea ſuperiori: — ὑβρίζονται. Ἀλλὰ ὑπὲρ αὐτῶν κ. τ. λ. Verum neutra Diſtinctio ſatis placet.

Totum enim, quod hic sequitur, ita cohaeret cum ἐδάκρυσεν in v. 14. vt in nouum paragraphum diuelli et distrahi nequeat. TAYLOR.

440. 18. ἀναβιβᾶται.] M. αναβιβασεται. WOLFIVS. Vt in margine *Benenati*, et MSS. *Ald.* TAYL.

22. ὑμῖν ἄξιον.] πρέπον. F. υμων. WOLFIVS.

Ibid. ἢ τὸς του τοσαῦτα ηδικηκοτος καὶ προδότου πατρός. S. παῖδας. WOLFIVS.

23. ἠδικηκότας.] ηδικηκοτος. MARKLAND. IVRIN. Ita *Paris. Felic. Obsop.* TAYLOR.

Ibid. γρ. ἢ τὸς τὰ τοιαῦτα ἠδικηκότος, καὶ προδότε πατρὸς παῖδας, οἷς ἔτοι καὶ τοῖς ἐγγόνοις etc. Marg. *Attemps.* et similiter *Aug.* ἢ τὸς του τοσαῦτα. *Ven. Lind. Harl.* ἢ του τοσαῦτα *Benenatus* cum *Ital.* Bene haec omnia vertit Etruscus, cum *Wolfius* pessime. *De' quali è molto piu conueneuole, che voi habbiate compassione, che di questi, che sono figliuoli di padre, il quale ha fatte tante ingiurie, e traditore: E che eglino i vostri figliuoli delle speranze, che poteano hauere, hauendo scritto la pace anco per i posteri, hanno priuato.* TAYL.

25. τὴν εἰρήνην.] Scr. καὶ τοῖς ἐκγόνοις προσγράψαντες τῇ εἰρηνῃ, vel, πρὸς τὴν εἰρήνην. Vid. pag. 358. 25. Interpreteris autem, *qui verba ista*, [quae literis maiusculis etiam describi poterant] *καὶ τοις εκγονοις paci addiderunt.* MARKLAND. Vide supra, pag. 368. 20. τῃ ειρηνῃ marg. *Benenati.* TAYLOR.

441. 2. ἀλλ' ἄχρι τᾶ βήματος.] S. τᾶ Αρχοντος. Etsi non satis mihi constat de consuetudine ferendi suffragia; quae non vna eademque in omnibus iudiciis fuisse videtur. WOLFIVS.

6. διεξῆλθον.] Distingue: ἐκεῖνα, ἃ διεξῆλθον, ἐν ἀρχῇ δ. MARKLAND.

Ibid. Corrige ergo *Wolfii* versionem, hoc pacto: *Qui cum illas, quas recensui, conciones initio habuerit* — Ita distinguit *Hieron. Ferrus* in versione Italica. TAYL.

441. 17.

441. 17. ὅτι.] Scribendum ο, τι. Vid. ad pag. 440. 3. MARKLAND. Et recte vertit Wolfius: *Eius Graeciae ejus vila pars, quae —?* TAYLOR.

19. ἐκείνας.] ἐκείνας ἐν Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι παρέσχοντο οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι Ed. *Luiet.* et Cod. *Harl.* TAYLOR.

22. ἐαλωκέναι] Huic voci subiicitur συνεβη in Cod. δ. TAYLOR.

26. λάβη.] Interrogatiue λάβη; MARKLAND.

442. 1. ἀποστερῶν — στερηθείη.] Scholiastes, si eius verba recte intelligam, acutam ponit harum vocum distinctionem, huic quidem loco satis conuenientem, dubito autem, an a Veteribus religiose obseruatam. Iuxta eius sententiam Ἀποστερεῖσθαι erit *Carere*, Στερεῖσθαι, *Amittere*. In illo sensu *Defraudamur*, in hoc *Spoliamur*. Qui prae nobis otio abundant, viderint, an haec rite discriminentur. Ego sane dubito. Consonat quidem hoc: Οὕτω γὰρ ἄν τις οὐ πλεῖστον, ἢ δόξαν, ἢ σοφίαν ἀγαπήσειε παραγενομένην, δεδιὼς στερεσθαι. Plutarch. in *Solone*. Iterumque: Οἷς δὲ ἀπόλαυσις ἐγγίνεται τῶ πονεμένω παρόντος, τῶ μέλλοντος ὠδῖνας ἀεὶ, καὶ τρόμους, καὶ ἀγῶνας, εἰ στερησονται, παρέχοντος αὐτοῖς. Ibid. Ita scripsit *Demosthenes*, aut scripsisse videtur: τῆς χάριτος ἀποστερεῖσθαι, *gratia et popularitate* defraudari, *non earum rerum compotem fieri*. Sed et scripsit quoque Idem τῆς ἡγεμονίας ἀποστερεῖσθαι, *de auito imperio deturbari*. Ita scribunt et alii quoque. TAYLOR.

4. λόγοις.] F. ἔργοις, cui mox opponitur λόγῳ. Vid. *Aeschin. adu. Ctesiph.* p. 639. 9. MARKLAND.

Ibid. Fortasse mecum. Τοιούτοις μέντοι λόγοις, tali oratione, (nempe, μὴ προγόνων μεμνῆσθαι, μὴ τρόπαια λέγειν, quae *verba* Aeschinis saepe perstringit, in aditu scil. huius Orationis, pag. 345. 25. rursus 439. 20. et rursus denique 441. 11. τοιούτοις, inquam, λογοις

γοις σὺ τὰ τῶν προγόνων ἔργα συλήσας καὶ διασύρας, πάντα τὰ πράγματα ἀπώλεσας. Num illud τῷ λόγῳ post διασύρας est inficetum, et pene expiandum. TAYLOR.

442. 7. γέγονας; Ita distingue. MARKLAND.

11. μύρια εἴργασαι κακὰ lege, [non εἴργασθαι cum *Aldo*] et paulo ante [v. 7.] καὶ γὰρ αὖ τοῦτο, F. addendum εἰπεῖν δεῖ, nisi τὸ τοῦτο redundet. Referri quidem potest ad ὡμολόγει. WOLFIVS.

15. ἄχρι τῶν σφυρῶν.] Vid. *Victor.* XI. *Var. Lect.* II. TAYLOR.

Ibid. ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ.] Hunc supra Aeschinis amicum esse dixit. Qui, cum forte procerus homo esset, Aeschines pusillus homuncio, aeque μακροβαίνων prae indignatione esse studuit. WOLFIVS.

Ibid. Vid. *Harpocr. Suidam.* Adducit *Kusterus* locum similem ex *Athenaeo*, lib. 5. Vbi videbis *Casaubonum*. Constat quidem, parua fuisse statura *Aeschinem*, si vlla fides habenda sit *Vlpiano*, dum interpretatur ista verba in Orat. *De Corona*, pag. 270. 11. τὸν καλὸν ἀνδριάντα, καὶ τριταγωνιστὴν ἄνδρα ἐξέθρεψέ σε. Caeterum quis fuerit iste Pythocles, nescimus hodie et nescibitur. Hoc tantum scio, *Valesium* futiliter coniectasse, hunc esse Pythoclem, adolescentem ex Secta Epicurea, cuius meminere *Plutarchus* et *Laërtius*. Quid, mi homo? In qua Olympiade acta erat haec causa Athenis, ea ipsa in lucem editus est EPICVRVS ipse, qui sectam et scholam condidit. Verba ea adagialia, Ἴσα βαίνειν, illustrarunt plurimi: omnium fortasse felicissime Homo eruditissimus, *D. Langbaenius* ad *Longini* Caput vltimum. TAYLOR.

19. προσκυνῶν τὴν Θόλον.] Significat, illi optatissimum fuisse scriptionis illud vile munus. Curia quaedam Athenienſis Tholus dicta fuit. WOLFIVS.

442. 19. Dixi supra, ad pag. 419. 26. Vnde liquebit, nihil hic sani protulisse *Wolfium*. Ad phrasin istam, προσκυνῶν τὴν Θόλον, quod adtinet, notauit doctissimus *Tiber. Hemsterhusius*, conferri eam merito posse cum his verbis *Lucianeis*, in *Timone*, §. 23. Ὁ δὲ ἐμπεσὼν ἀθρόως ἐς ἐμὲ ἀπαιρίκαλος καὶ παχύδερμος ἄνθρωπος, ἔτι τὴν τέδην πεφρικὼς, καὶ εἰ παριὼν ἄλλος μασίζειέ τις, ὄρθιον ἐφιεὰς τὸ ἦς, καὶ τὸν μυλωνα, ὥσπερ τὸ αὐάκτορον, προσκυνων — Recte ergo τέως ἔτι, *qui nondum deposuit eos mores et vitae rationem*. *Wolfius* vertit, quasi adprobasset lectionem quamplurimorum Codd. πρωην προσκυνῶν τὴν Θόλον. Hoc explicabit mentem eius, qui contulit *Italicum* Codicem: »Τὴν Θόλον quidam legendum putant.» [nam Θόλων edi videbat] »et pro hoc alii ὑπερώην.» Hoc erat istud πρώην, de quo modo dixi. TAYLOR.

20. ἐπελθεῖν.] Malim επεξελθειν. Quod longe praestat. Licet Codd. vt puta *Ven. Reg.* α. et *Aug.* habeant επανελθειν. TAYLOR.

25. διαφορεμένης.] F. διαφθειρομενης. WOLFIVS.

Ibid. Inutiliter sane et inauspicato: licet eam lectionem quoque commendet Cod. *Harl.* cum *Regg.* β. et ε. Vid. *D'Orvill.* ad *Chariton. Aphrodis.* III. 5. TAYLOR.

Ibid. ὑπὸ τῶν λῃσῶν.] Prima *Philippica* monuit, ὅτι λῃσεύειν ἀνάγκη, καὶ τέτῳ τῷ τρόπῳ τὸ πολέμῳ χρῆσθαι τὴν πρώτην. WOLFIVS.

26. ὥσε ἀνόνητον etc.] ὥσε ἐχ οἷόν τ' εἶναι ἔναεσθαι καὶ ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν. Vid. II. *Olynth.* WOLFIVS.

443. 1. ὡς αὐτὸν ἡμεῖς οἱ πρέσβεις lege. WOLF.

5. ἦ.] ἐπιτολὴν ὡς ὑμᾶς, δι' ης μάλιτα ἂν ἄετο τῆς εἰρήνης τυχεῖν. Ita Marg. *Ask. Lindenb. Obsop. Ven.* et *Ital.* TAYLOR.

443. 6. ἦν δὲ ἐδὲν μᾶλλον μέγα.] F. ἦν δ' ουδενος μᾶλλον ουδεν μέγα. WOLFIVS.

Ibid. μᾶλλον.] F. αλλο, vt pag. 404. 9. μηδὲν αλλο δίκαιον. MARKLAND

Ibid. Cod. *Auguſtanus* legit ἐδὲν μᾶλλον ουτω μέγα αὐτῷ. F. ἦν δὲ ἐδὲν μαλα μέγα αὐτῷ καθ' ὑμῶν ἐδ' ἔτω πρᾶξαι, εἰ μὴ Φωκέας ἀπολῇ. *Lambinus*, nulla gratia, aut veriſimilitudine: ἦν δὲ ἐδὲν μᾶλλον μέγα αὐτῷ καθ' ὑμῶν κακον ἐδ' ἔτω πρᾶξαι. TAYLOR.

10. ὧν ἐβέλετο εἶναι] Otioſum ſanè iſtud εἶναι, ne dicam moleſtum — ὧν ἐβέλετο ειναι, διαπράξασθαι, ἢ ἀνάγκην ειναι. Credo ergo, ortum eſſe ex ea vicinia. Nam nunquam alibi ſic loquitur. Infra 444. 1. διεπράξατο, ὧν ἐβελήθη: et ſic ſatis. Rurſus, p. proxima, v. 10. πάνθ', ὅσα βέλομαι, διαπράξομαι. Et pag. 445. 11. πάντα, ὅσα ἂν βέλωνται, νομίσαντες ὑπάρξειν. Et p. 446. 14. πάντα, ὅσα ἐβελήθη, διαπέπρακται. Ita p. 383. 12. πᾶν, ὅ, τι ἂν βέληται, παρ' ὑμῖν ῥᾳδίως διαπράξεται. Et ſic in locis ſexcentis. Inutile enim erat et inſolitum, adiicere τὸ ειναι. TAYLOR.

11. ἐπιορκῆσαι.] ψεύσασθαι και ἐπιορκῆσαι addit marg. *Aſh.* non inutiliter. Addiderunt *Pariſienſes*, Cod. etiam *Lind.* et *Aug.* TAYLOR.

18. συγκαταξήσειν]M. συναποκαταστησειν. Erepta enim erat eis Pylaea ſiue Amphictyonica dignitas a Phocenſibus. WOLFIVS.

25. ὁ Φίλιππος.] Deeſt in bonis exemplaribus, β. δ. *Regiorum*, *Lind.* et *Harl.* Et mirum, ni ſaepe alibi ex margine irrepſerit. Vide ſupra ad p. 426. 18. Οτε γὰρ Φωκέας ἐκτήσατο πρῶτον, καὶ διέφθειρε τὰς ξ. Cod. *Lind.* Εκτήσατο ſimiliter *Ven.* et *Ital.* ſed inſcite. TAYLOR.

444. 5. ἐκρατοῦντο δὲ Θηβαῖοι.] ἐνικῶντο καὶ ἡττῶντο ὑπὸ Φωκέων. WOLFIVS.

444. 5.

444. 5. καὶ τρόπαιον ἀπ' αὐτῷ.] F. ἀπ' αυτων. S. τῶν Θηβαίων. Sin de Philippo, nam et is semel a Phocensibus profligatus est, lego ἐπ' αὐτῷ. Verba sic ordino: ἦδει δὲ σαφῶς, οἶμαι, τᾶτο, ὅτι νῦν οὐκ ἔνεστι παρελθεῖν (S. εἶτω Πυλῶν), ἡνίκα ἐξασίαζε. WOLFIVS. Quid hoc somnii! ἀπ' αὐτῷ nullus est, qui legit, aut impressus, aut manu exaratus. TAYLOR.

7. ἐπιχειρῇ.] Marg. *Altemps.* et *Aug.* γρ. ἐδ' ἂν ἐπιχειρῇ — χαιρήσειν. Suspicor aliquid huiusmodi: ἐδ', ἂν ἐπιχειρῇ τοῖς ὅπλοις, δυνήσεται χωρησειν. TAYLOR.

23. εὕροντο.] F. ευρον παρ' ὑμῶν το ἄνευ Φωκέων. WOLFIVS. Illud flocci non facio. Lege omnino cum optimo *Aug.* ευρετο παρ' ὑμῶν ἄνευ Φωκέων, Philippus scil. TAYLOR.

pen. τὰς χρόνας.] F. addendum εδει τὰς χρόνας, vt et post, p. 445 6. πιστευσαι Φωκέας ἔδει. WOLFIVS.

vlt. ἀγαγόντας ἄφνω.] F. αγαγοντος ἄφνω (sc. Φιλίππᾳ τὴν δύναμιν ἐπὶ Φωκέας). Praecedit enim εἰ πορεύοιτο Φίλιππος. WOLFIVS.

Ibid. *Et* huic negotio *praeficere homines, qui subito res eo deducerent, vt* etc. MARKLAND.

445. 1. δυνήσεσθε.] δυνησησθε. MARKLAND. δυνησθε *Aug.* et *Harl.* TAYLOR.

6. ἐνδῦναι.] εκδουναι Impressi omnes cum *Lind.* et MSS. potioribus. ενδουναι Codd. α. ε. *Ven.* TAYL.

10. ὥστε καὶ εἴ τις ἐμοὶ διαπίστει.] Verba Philippi sunt μιμητικῶς. Et v. 15. ἀπαγγελῶσι παρ' ημων, sc. ἐμοῖ τῷ Φιλίππᾳ καὶ τῶν συμμάχων. Et v. 16. μηδ' ἂν ὁ, τιῶν ἦ. WOLFIVS.

14. ὑπάρχειν.] F. υπαρξειν. MARKLAND. Recte. Consentit marg. *Benenati.* TAYLOR.

15. ἡμῶν.] Ita *Wolfius* edidit iuxta marg. *Parisiensem.* Benenatus enim dedit υμων. Nec ille solus, sed Impressi omnes, et MSti. Erat, vbi *Wolfio* arridebat

debat υμιν. Quod miror, cum in vltima eius adnotatione adripuit id, quod res ipsa fuit. TAYLOR.

445. 18. τῶν κάκιστα ἀπολεμένων.] Non perditissimos proprie significat, sed pessime perituros. Denunciat enim eis exitium. WOLFIVS.

20. Θεσπιὰς.] In vetusto plura erant addita, nec abs re, vt opinor, ad hunc modum: ἀντὶ μὲν τῆς Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς οἰκιζομένας. OBSOP. Ita marg. *Ask.* Ita *Felician. Manut.* Codd. *Harl. Aug. Ital.* et *Luteciani.* Confer omnino 347. 19. et 354. 15. TAYLOR.

26. διοικισθέντες.] Hunc locum bene illustrat *Vlpianus*, et vertit *Wolfius.* Et *Italus* quoque: *i quali per le parole d' Eschine haueuano à essere dishabitati.* Promisit *Aeschines*, Philippum Thebanis omne robur ademturum. Quod efficeret, armis e manibus eripiendis, castellis atque vrbibus diruendis, ipsis denique *per* pagos et *vicos distribuendis.* Simile aliquid occurrit superius de Phocensibus, pag. 366. 27. διῳκισμένοι κατὰ κώμας, καὶ παρηρημένοι τὰ ὅπλα. TAYLOR.

pen. ὑμῖν — ὑμᾶς.] Nulla auctoritate, nulla necessitate addo, recedit *Wolfius* ab omnibus, qui ημιν — ημας. TAYLOR.

vlt. προσκατασκευάζεται lego. et v. eod. Stephanus Γεραιστὸς per αι habet, non Γερασός. *Plinius* Geraestum Eubocae promontorium esse scribit ad Atticam vergens. WOLFIVS. *Ald.* enim προκατασκευάζεται. TAYLOR.

Ibid. Γεραστῷ.] Γεραιστῳ. MARKLAND. Ita notauit doctissimus etiam *Valesius* ad *Harpocrat.* v. Δρυμός. Ita scribi solet: a *Strabone* sc. ab *Homero, Odyss.* Γ. 177. cuius *Scholiastes* portum esse Euboeae docet. Γεραιστῳ denique cum marg. *Benenati* Cod. *Italicus.* TAYLOR.

446. 2. Δρύμ — Πανάκτῳ.] Panactum Atticae castellum esse tradit *Stephanus:* cui fortasse Δρύμος,

μος, cuius non meminit, vicina fuit. WOLFIVS. Coniunge *Suidam*. Δρυμὸς ἐν τῷ περὶ Παραπρεσβείας Δημοσθένους. Πόλις ἐστὶ μεταξὺ Βοιωτίας καὶ τῆς Ατ-τικῆς. TAYLOR.

446. 3. μεθ' ὅπλων ἐξερχόμεθα.] Wolfius: *armis dimicamus*. Rectius: *cum armis eximus*. Necdum enim bellum redintegratum cum Philippo, ſed infida pax erat. IVRIN.

Ibid. τέως] Τέως — ἐν τῷ περὶ τῆς Παραπρεσ-βείας· Αντὶ δὲ τοῦ τὸν Ωρωπὸν ὑμῖν παραδοθῆναι, περὶ του Δρύμου καὶ τῆς πρὸς Πανάκτῳ χώρας μεθ' ὅ-πλων ἐξερχεσθε, ὃ, τέως ἦσαν σῶοι Φωκεῖς, ἐδέπο-τε ἐποιήσαμεν. Suidas. *Benenatus* dedit τέως εως ἦσαν κ. τ. λ. Corrige autem hic οὐδεπωποτε ἐποιήσαμεν. Ita *Lind. Ven.* et *Aug.* TAYLOR.

5. καταχαθῆναι.] M. αποκαταστα θῆναι. WOLF.

9. πρόσθεν.] Excidit χρόνῳ, quod habent plurimi: qui legunt etiam ἐν τῷ πρόσθεν χρονῳ γενομενοι. Sunt Codd. *Regg. Ven. Obſop. Harl. Lind. Ital.* TAYLOR.

11. περὶ τῶν ἱερῶν χρημάτων.] Quae direpta a Phocenſibus renumeranda erat a Thebanis, qui Phocidis pleraque loca occupabant. WOLFIVS.

19. ἐπὶ τέτοις.] Neglexit *Wolfius* in vertendo. E *coſtoro* per tali coſe, *hanno guadagnato*. Italus. TAYL.

23. ποιήσω και σφόδρα ἀκριβῶς. WOLFIVS.

Ibid. Senſus videtur poſtulare, vt legamus: εἰ σφόδρα ἀκριβῶς. IVRIN.

pen. ἐν.] Reſtituit *Lambinus* cum *Wolfio*. TAYL.

447. 5. δίκαια.] Addunt *Regg.* Codd. et *Aug.* εἴποιτε ἂν καὶ ἀληθῆ, καὶ δικαια αν εἰποιτε. TAYL.

Ibid. ὑμεῖς.] L. υμας. εἶτα οἴεσθε υμας μὲν ἔτω — τὸν δὲ Φιλιππον ἐχ ἔτως; Illud habe. TAYLOR.

10. ἐδέξατο, τὰ μὲν ἄλλα etc.] Lego et diſtinguo — πρέσβεις ὅπως ἐδέξατο. καὶ τὰ μὲν ἄλλα — Sic pag. 326. γ. καὶ τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ. Δέκυλλος δ'

αὐτὸν etc. Et ita in *Leptin.* p. 467. 12. et in *Midian* p. 552. 15. et p. 558. 1. MARKLAND.

447. 11. ἐξεκήρυξεν.] διὰ κηρύγματος ἐκέλευσε ἀποσχέσθαι τῆς Μακεδονίας. WOLFIVS.

15. ὡς τέτοις.] S. τῷ Φιλοκράτει καὶ Αἰσχίν προσφέρεται. WOLFIVS.

19. παρεσκευάσθαι.] αυτον παρεσκευάσθαι re ſtituas cum optimis exemplaribus, et ſcriptis, et pre lo cuſis. TAYLOR.

22. Χάρης.] Chares ille Imp. vti ex *Vlpiano* l quet, et ex *Aeſchinis* obtrectatione, ex inimicitii quas cum Phocione geſſit, et ex multis aliis locis co ſtare poſſe arbitror, *Demoſthenis*, eiusque cauſae pa tiumque erat patronus. Nihilo minus adeo aduer vſus eſt fortuna, vt defendi non potuiſſet etiam a amiciſſimo. Ecce vnum infelicitatis exemplum e mu tis. Οἱ ῥήτορες ἠγωνίσαντο τὸν Χάρητα στρατηγὸν ἀ ποσαλῆναι. καὶ πλεύσας ἐκεῖνος ἀδὲν ἄξιον τῆς δυνα μεως ἔπραττεν, ἀδὲ αἱ πόλεις ἐδέχοντο τὸν στόλον, ἀλ ὕποπτος ὢν πᾶσιν ἐπλανᾶτο χρηματιζόμενος ἀπὸ τῶ συμμάχων, καὶ καταφρονέμενος ὑπὸ τῶν πολεμίω Plutarch. in *Phocione*. Reliquum igitur erat Orato noſtro extenuare, quod refutare non potuit. Idqu omnino hic facturus eſſet, ſi id permiſiſſent Deſcript rum malae manus. Id autem quo modo, aut qua r tione? Nempe *in Charete bonum animum, et Reip. ſt dioſum fuiſſe aſſerit: res improſpere geſtas diſſimulare n poteſt: verum omnem eam culpam in eos reiicit, qui pret corrupti Reip. male conſulebant.* Honeſta ſane Orati, et digna, quam proferret homo, cum Charetis, tu Reip. amantiſſimus. Lege ergo, et diſtingue mecun ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν πάντα τρόπον κρινόμενος Χάρης εὐσ θήσεται πιστῶς καὶ εὐνοϊκῶς, ὅσον ἦν ἐπ' ἐκείνῳ, πρά των ὑπὲρ ὑμῶν, διὰ δὲ τὲς ἐπὶ χρήμασι λυμαινομένε τοις πράγμασι πολλῶν ὑστερῶν, τοτο πάνυ (vel σφ

δρα

δρα cum plurimis) διϊσχυρίζομαι. Sic verto: *Ego autem, si accusetur Chares, inuentum iri eum fideliter et beneuole modis omnibus pro vobis, quantum in eo fuerit, egisse*, id constanter asseuerare audeo: *quod si rebus gestis et successu*, a multis fuerit superatus, *deberi id omne malorum hominum consiliis, qui largitionibus corrupti Remp. labefactarunt.* TAYLOR.

447. 25. ἀλλ' ὑπερβολὴν ποιήσομαι.] *Sed id omne aduersario largior.* Facessat istud *nimium* Wolfii. TAYL.

448. 5. καὶ τοῦ δῶρα.] Omnino ablegandum istud καὶ, quod totam sententiam eneruat. MARKLAND.

6. Ante voces μετὰ ταῦτα *Maximus* Sophista, dum hoc comma laudat, insinuauit vocem ἐξαπατῆσαι. Fortasse igitur: τοῦ δῶρα εἰληφέναι· τοῦ ἐξαπατησαι μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς ὑςέρας πρεσβείας· του χρόνους κατατρίψαι, καὶ μηδὲν κ. τ. λ. TAYLOR.

Ibid. ὑςέρας.] Ita Codd. β. δ. *Aug. Harl.* MSS. *Ald.* Editorum interea nonnulli, sc. *Ald.* et *Benenat.* perquam incommode, υμετερας. TAYLOR.

11. ἑτέρων προλεγόντων lege. Et [v. 26.] οὐδὲ ἐν τῇ εἰρήνῃ. Et p. 449. 1. ἐκείνως αὐτὸν δέχεσθε. WOLF.

14. ἴσην.] Haeret Sententia. Quid enim? Anne εἰρήνην ἐπήνουν καὶ ςεφανοῦν ἐκέλευον? Nimirum hic nonnihil deest, ἐπεὶ δικαίαν εἰρήνην καὶ ἴσην ***, καὶ μηδὲν etc. Scribitur: ἐπεὶ ει δικαίαν εἰρήνην καὶ ἴσην εωρων. TAYLOR.

16. καὶ ςεφανοῦν.] Fortius: κἂν ἐπήνουν, κἂν ςεφανοῦν ἐκέλευον. MARKLAND.

26. οὐδ'.] Hic cogitur *Demosthenes* repugnantia sibi dicere. Voluit id nimirum inculcare: *Non haec accidisse ob Imperatorum male res gestas in Bello, sed aliorum corruptelam in Pace.* Sed anne hoc dixit? aut aliquid huic simile? Lege itaque et emenda: Τούτων γὰρ οὐδὲν, τοσούτων καὶ τηλικούτων ὄντων, διὰ τοὺς ςρατηγοὺς ἀπώλετο, ἀλλ' ἐν τῇ εἰρήνῃ συγχωρηθὲν, πεισθέν-

τῶν ὑμῶν, ἔχει Φίλιππος, καὶ διὰ τέτες ἀπόλωλε. Istud ἀλλὰ, postquam suo loco exciderit, has turbas dedit. TAYLOR.

448. pen. ἂν τοίνυν ταῦτα μὲν φεύγῃ.] Wolfius: *quod si haec fugerit.* Potius: *quod si haec illi defendenda sint.* IVRIN.

449. 1. δέχεσθε.] ὑποδέχεσθαι. LAMBIN.

2. αἴτιος — συναίτιος.] Nisi fallor, mutandae sunt sedes harum vocum, et legendum: εἴ τις συναιτιος ἐστι — ἀλλ' ὡς ἐ σὺ αιτιος. MARKLAND. Hoc postremum adiuuatur a MSS. *Obsop.* et *Aug.* TAYLOR.

4. εἴ τι Δημοσθένης ἠδίκει.] Non necesse est, *Charetem* loco *Demosthenis* ponere. Nam et ipsum Demosthenem *Aeschines* recriminaturum se esse, est minitatus. WOLFIVS.

5. δι' αὐτὸ — τῦτο ἀπολωλέναι δίκαιος.] *Ob id ipsum*, scil. *quod Demosthenem nunc potius accuset, quam olim in rationibus reddendis?* Vix crediderim. Neque facile iudicarim, eam rem fuisse adeo capitalem. Sed recte haec coniunges cum iis, quae v. 3. dicuntur de excidio Phocensium. Inducas igitur ea verba [τί ἦν, εἴ τι Δ. — κατηγόρεις;] Simile aliquid deprehendit Cl. *Marklandus*, p. 387. 24. Vbi totum pariter Comma locum alienum occupauerit, atque omnem omnino, non solum gratiam, verum sensum ab Auctore nostro excusserit. Et profecto, quantum per totam hanc Orationem vel grassata fuerit imperitorum Licentia, vel labem addiderit aliorum Socordia, vel si qua potior sit Causa, Lector meus infinitis fere in locis a me docetur. Si quaerat interea, vbi referre possit istud comma, quod eliminauimus, infra fortasse, v. 11. commodior erit locus. Τί ἦν, εἴ τι Δημοσθένης ἠδίκει, νῦν λέγεις, ἀλλ' οὐχ ὅτε τὰς εὐθύνας ἐδίδου, κατηγόρεις; καὶ τί δὴ μέχρι νυνὶ τὸν τὰ τοιαῦτα πε-

ποιη-

τοιηκοτα ἐπαινεῖς; Nam πεποιηκοτα omnes, *Regii* scil. *Ven. Ital. Obsop. Aug.* et *Harl.* TAYLOR

449. 6. ἀπολωλέναι εἶ δίκαιος.] ἀντὶ τοῦ δίκαιόν ἐστιν ἀπολωλέναι σε, Latino more. WOLFIVS.

9. ἐπονείδιστα.] επονειδιστος cum *Lambino*, *Ven. Ital. Aug.* Deinde, idem *Lambinus*, καὶ ὡς οὐ πολλὰ ὕστερον —. TAYLOR.

10. ταῦτα λέγε· τούτων γὰρ ἁπάντων ἡμῖν αἴτιος σὺ δέδειχαι· καὶ τί δὴ — πεποιηκοτα ἐπαινεῖς. εἶν ἔτω — *et* dic, *quare hactenus eum, qui talia fecit, laudas. si sic* etc. MARKLAND.

11. καὶ τί δὴ μέχρι νυνὶ etc.] Verba perspicua sunt, sed quorsum pertineant, me fateor non intelligere. Siue enim ad Demosthenem, siue ad Macedonem referantur, non video, quam belle conueniant. WOLFIVS.

13. λέγειν.] λεγει et λεγῃ MSti. Illud *Harl.* Hoc *Aug.* cum *Ital.* TAYLOR.

16. καθυποκρινέμενον.] Impotenter Wolfius, *dellaturus*. Sed quibus armis, quibusue machinis, non dixit. At id dixit *Demosthenes* interea: nimirum *Thearalibus*, *Histrionicis*. Recte Italus: *come che con essa* guisa di histrione *essercitandola inganni voi*. Raro ab artificio Aduersarii recedit Noster, quaestum et professionem, non sane liberalissimam, semper exagitans. TAYLOR.

20. κατελεύετε.] Lege et distingue: μόνον ἐκ]λεύετε, ἔτως, ὥστε τελευτῶντα καὶ τῷ τριταγωνιστῆν ἐποσῆναι. MARKLAND.

27. πρεσβευτὴν δὲ — δίκαιον, καὶ φρόνημα ἔχοντα.] Antecedit: εἰ εὔφωνος, σκοπεῖν. Hic igitur requirebatur: εἰ δικαιος, καὶ φρόνημα εχων. Aut igitur est ἀνακόλεθον, aut addendum, εἶναι χρὴ δίκαιον, καὶ φρόνημα εχειν. WOLFIVS.

449. pen. Praecedentia poſtulant: εἰ δικαιος, καὶ φρόνημα ἐχων, ὑπὲρ etc. MARKLAND.

Ibid. Aliter hae rugae complanantur in marg. *Paris* (Ita *Ital.* etiam, *Obſop.* et Editio *Feliciani.* Vbi γρ κήρυκα — ευφωνον σκοπεῖν. Aliter denique Cod. MS. δ. qui pro ἔχοντα, habet ἐχειν. Quod fortaſſe eſt res ipſiſſima — δεῖ, κήρυκα μὲν ἂν δοκιμάζητε, εἰ εὔφωνος, σκοπεῖν· πρεσβευτὴν δὲ, καὶ τῶν κοινῶν ἀξιῶντά τι πράττειν, δίκαιον (i. e. δεῖ) καὶ φρόνημα ἐχειν. TAYLOR.

450. 1. θαυμάσας.] F. Αθηναιους — cui reſpondet ὑμῶν in altero membro ſententiae. Vid. *Aeſch.* pag. 274. Niſi delendum ſit θαυμάσας, ortum ex ἐθαύμασα, quod modo in eodem verſu praecedit. MARKLAND. Recte procul dubio ἐθαύμασα membranae plurimae, quod nihil aliud eſt, quam Vox per errorem deſcribentium repetita, vt feliciter coniecit Vir ſummus, et quem ſuo maximo merito maximi ſemper feci. TAYLOR.

2. ὑπεσιλάμην.] Wolfius: *neque diſſimulaui quicquam.* Potius: *neque egi quicquam animo abiecto.* IVRIN.

4. ὅταν μὲν ἴδητε δεινότητα.] *Iſocrates* in *Panathenaico* paulo aliter: *non facultates ipſas laudandas, ſed vſum earum exſpectandum eſſe.* WOLFIVS.

6. συνασκεῖν.] F. συνεπασκειν. *Aeſch.* π. Παραπρεσβ. p. 304. 2. δύναμιν ἀνθρώπων ἀπίστων επασκησαν. MARKLAND. κοινωνειν MSS. *Ald.* TAYLOR.

13. αἱ μὲν τοίνυν ἄλλαι δυνάμεις.] Similis Sententia exſtat in *Epitaphio*, ſed tractata copioſius. WOLF.

19. παντᾳχῇ.] παντᾳχως melius, quod reperitur in *Lind.* et *Obſop.* TAYLOR.

25. εἴτ'.] Ita recte *Lambinus*, qui legerat in *Benenato*, εἶτ'. TAYLOR.

pen. τούτους.] Opinor τουτον, ſc. Aeſchinem MARKLAND.

450. pen.

450. pen. *εἰ γὰρ οἰόμενοι.*] F. *οι γάρ.* Sed et illud bene habet. WOLFIVS.

Ibid. Non *bene* ſolummodo. *οι γὰρ* ſimiliter *Ven.* et *Ital.* Verum hoc *non bene* ſe habet. TAYLOR.

451. 1. *ποῖον Εὐθυκράτην.*] Vertendum: *qualem Euthycratem? qualem Laſthenem? quem proditorem non audaciorem futurum?* IVRIN.

4. *πεπρακόσι.*] Sic ordina: *ὁρῶντα περιοῦσαν* (Zeugma eſt, et reſpondet vltimo nomini *ξενίαν*) *τοῖς πεπρακόσιν ἅπαντα.* Quid? *περιόντα χρήματα, δόξαν, τὴν Φιλίππε ξενίαν, ἀφορμὴν, τετέξιν, ἀσφάλειαν.* WOLFIVS.

5. *τοῖς δὲ δικαίες.*] *ὁρῶντα, περιόντα παρ' ἐνίων τοῖς* etc. *τίνα; πράγματα, ἀπεχθείας, φθόνες.* WOLFIVS.

10. *τιμωρησαμένες.*] F. *τιμωρησαμενοις.* S. *ὑμῖν συμφέρει.* WOLFIVS.

Ibid. *τιμωρησαμένες.*] Id eſt, *ἀλλὰ* (*συμφέρει ὑμῖν ὑμᾶς*) *τιμωρησαμένες* (*τὅτον*) *ποιῆσαι παράδειγμα* etc. Sic *Aeſchines π. Παραπρεσβ.* p. 280. 5. *οὐδ' ἐπιτρέψειν τινι — προκαταλαβοντα τὰ Φιλίππου ὦτα* etc. hoc eſt, *τινὶ*, (*αὐτὸν*) *προκαταλαβόντα* etc. pro *τινὶ προκαταλαβόντι.* Initio huiusce Orationis: *δεήσομαι δὲ πάντων υμων — [ὑμᾶς] ενθυμεμενες* etc. *C. Ariſtocr.* p. 665. vlt. *ἆρ' ἂν — πρέπον υμιν — τοιαύτην φυλακὴν εψηφισμενες φαίνεσθαι* etc. *i. e. υμας ἐψηφισμένες φαίνεσθαι*: vt nihil mutarem ſine Codd. cum vtrouis modo ſcribere liceat. MARKLAND.

I. TAYLORI
PRAEFATIO
AD
ORATIONEM DEMOSTHENIS
ADVERSVS LEPTINEM.

Vſitatior multo apud Antiquos erat Inſcriptio, περὶ ἀτελείας, ſiue potius περὶ ἀτελειῶν, *De Immunitatibus*, quo nomine laudarunt *Plutarchus*, in *vita Demoſthenis*, *Dionyſius Halic.* in *Epiſtola ad Ammaeum* pag. 121. init. Edit. *Sylburg.* atque iterum, *de admiranda vi dicendi in Demoſth.* pag. 171. fin. *Athenaeus* l. 4. p. 166. Edit. 1612. *Priſcian.* l. 18. *Hermogenes* ſaepiuſcule, *Photius* in *Myriobibl.* Cod. CCLXV. et in *Lexico* inedito, v. Θέσθαι, et Λυσίμαχος, in qua voce apud *Suidam* pro ἀτελειῶν perperam legitur ἀδελφῶν: quali mendo etiam laborat *Harpocrat.* in Δεκατευτάς. Oratio eſt χαριέστατος ἁπάντων καὶ γραφικώτατος, vt ſcribit *Dionyſius* loco citato. Egregiam in ea ſubtilitatem admiratus eſt *Cicero Orat. ad Brutum* III. Cuius denique exordium non illaudatum praeteriit ſummus ille Criticus, *Dionyſius Longinus*, teſte *Photio* in *Myriobibl.* loco ſupra a me laudato. Idem *Photius* ibidem traditum eſſe ait, *Demoſthenem* eam conſcripſiſſe annos natum XXIV. Φασὶ δὲ, τὸν Δημοσθένην τέσσαρα καὶ εἴκοσι γεγονότα ἔτη τὸν περὶ τῶν ἀτελειῶν, ἤτοι τὸν πρὸς Λεπτίνην, φιλοπονήσασθαι λόγον. ᾧ τὸ προοίμιον Λογγῖνος ὁ Κριτικὸς ἀγωνιστικὸν νομίζει. Contra, Praetore Athenis Calliſtrato habitam eſſe contendit

Dionyſ.

Dionyſ. Halicarn. qui erat Olymp. CVI. annus ſecundus, atque adeo *Demoſthenis* nati XXVII. Habebatur certe vix ante iſtam aetatem, quam adſignauit *Photius*, aut citra iſtam, quam *Dionyſius*. Nam Olymp. CV. 3. ſecundum *Diodorum Siculum* Philippus Macedoniae Rex Pydnam et Potidaeam cepit, CVI. 3. autem obiit Leuco, Rex Boſpori. Conſtat autem ex paginis 466. et 475. huius orationis, tum, quum habita eſſet, captas eſſe Pydnam et Potidaeam, Leuconem autem adhuc fuiſſe ſuperſtitem. Porro exeunte oratione memorantur Dionis res feliciter geſtae contra Dionyſium Tyrannum, agitatae illae quidem circa Olymp. CVI. mediam, ita vt non dubitem pronunciare, *Halicarnaſſenſem* ipſiſſimam aetatem tetigiſſe. Nemini, credo, ſuboluit, hanc Orationem mancam et imperfectam ad nos deſcendiſſe. Quod tamen neceſſe eſt ita ſe habere, ſi bona fide nobiſcum egerit *Syrianus* ad *Hermogenem* pag. 28. Καὶ πάλιν, Λεπτίνην μεμφόμενος, ὡς ἀφελόμενον τὰς δωρεὰς τῶν εὐεργετῶν εἶπεν· Οτι οἱ ἀλλαχῆ πολῖται (lege αἱ πολιτεῖαι) καὶ μείζες παρέχσι τῆς εὐτελείας (lege ἀτελείας) δωρεὰς, καὶ τὲς εὐεργέτας των ἰδιωτῶν δεσπότας καθιςᾶσιν. Qui, tametſi verba *diſerta* Auctoris videatur citare, *adludit* ſolummodo ad ea, quae dicuntur pag. 461. 15. et 489. 20. Porro de hac Cauſa, atque de exitu, quem habuit, nonnulla conſeruauit *Dio Chryſoſtomus* in *Orat. Rhodiaca*, pag. 350. Edit. *Morel.* 1604. a me adducenda. Παρὰ τοίνυν τοῖς Αθηναίοις κατὰ Φίλιππον, μάλιςα δ', ὅτε τῆς ἡγεμονίας παρακεχωρήκασι, τῆς δ' ἐλευθερίας μόνης λοιπὸν ἀντείχοντο, Λεπτίνης τις εἰσήνεγκε νόμον, ὡς χρὴν τὰς ἀτελείας ἀφελέσθαι τὲς ἔχοντας παρὰ τῶ δήμε, δίχα τῶν ἀφ' Αρμοδίε καὶ Αριςογείτονος, καὶ μηκέτι τολοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι μηδενὶ τὴν δωρεὰν ταύτην. τί ἦν; ἔσθ' ὅπως παρεδέξαντο τὸν νόμον; (Ita locum lego. In editis male repraeſentatur.) ἐμενῶν. ἀλλ' ἑάλω γρα-

φῆς. Huic Historiae Orationis Leptineae liceat subiungere lepidam narratiunculam ex *Violeto Eudociae* MS. pag. 78. Περὶ Ἀπολλωνίου τοῦ Ἀθηναίου ῥήτορος. — Πρεσβεύων δὲ παρὰ Σέβηρον ἐν Ῥώμῃ τὸν αὐτοκράτορα, ἀπεδύσατο πρὸς Ἡρακλείδην τὸν σοφιστὴν τὸν ὑπὲρ μελέτης ἀγῶνα· καὶ ἀπῆλθεν, ὁ μὲν τὴν ἀτέλειαν ἀφαιρεθείς, ὁ δὲ Ἀπολλώνιος δῶρα ἔχων. διαδιδόντος δὲ τοῦ Ἡρακλείδου λόγον ἐκ ἀληθῆ ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλωνίου, ὡς αὐτίκα δὴ βαδιζομένου εἰς Λιβύην, ἡνίκα Λεπτίνης ἦν αὐτοκράτωρ ἐκεῖ, καὶ τὰς ἐξ ἁπάσης γῆς ἀρετὰς συνῆγε, καὶ πρὸς αὐτὸν εἰπόντος· Ὥρα σοι ἀναγινώσκειν τὸν πρὸς Λεπτινην· Σοὶ μὲν ἔν, ἦ δ' ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ γὰρ δὴ καὶ ὑπερ της ατελειας γέγραπται. TAYLOR. Petit. pag. 178. Priscian. col. 1169. 1171. 1182. v. Ind. Valckenaer. ad Ammon. pag. 8. 185. Casaubon. ad Theophr. Character. pag. 147. 163. Etymol. M. 448. 18. Meurs. Pisistr. c. 14. Att. Lect. 3, 2. A. A. I. 3. Fabr. B. G. T. 4. pag. 16. et eodem tomo de Aristide. Vales. ad Harpocr. pag. 21. 39. 90. bis. 105. 107. Mauffac. p. 249. Petit. Ed. Wessel. pag. 103. 185. 372. H. Steph. Th. L. G. T. III. col. 691. Iudicium de eadem causa bis adipiscier non licet. Lindenbr. ad Terent. Phorm. II. 3. TAYLOR in schedis.

ANNOTATA
AD LIBANII ARGVMENTVM.

Pag. 451. 5. *εξον ειναι.*] Forte, vt olim diuinabam, *ἐξεῖναι*. Atque ita *Bodl.* Accedit, quod mecum scripsit Auctor argumenti alterius, atque adeo *Demosthenes* ipse. Vide pag. 457. 18. TAYLOR.

7. *ἐγράψαντο.*] Pro *ἐγράψαντο* lectio Editionis *Aldinae*, Codd. item *Regg.* quibus vsus est *Morelius* in Editione sua adornanda, praeter *α. η.* omnium, est *ἀντεγράψαντο*. Incommode, si me audias. Nam qui

Legem

Legem aut Conſtitutionem improbat, γραφεσθαι νόμον aut ψήφισμα dicitur. Et eſt verbum quaſi legitimum. Ita in argumento ſequente, τὸν γραψαντα νόμον, ἢ ψήφισμα, et in lege a *Demoſthene* adducta, γραφεσθαι μὲν ἄν τις τινὰ τῶν ὑπαρχόντων νόμων μὴ καλῶς ἔχειν ἡγῆται. p. 484. 11. τοῦτον δ' ἐγράψαντο τὸν νόμον *Felician.* et *Manut.* κατὰ τοῦτον ἐγράψαντο τοῦτον τὸν νόμον MSS. *Ven.* et *Vindob.* TAYLOR.

452. 3. ἄν τι λαβόντας.] Abſurde editiones pleraeque ante *Wolfium* ἀντιλαβόντας vna voce, quod mendum etiam ſuſtulit *Bodl.* TAYLOR.

5. αἰσχιον.] αἰσχρὸν reponit *Wolf.* Ita *Bodl.* quoque. TAYLOR.

9. λέγει etc.] Mira eſt in hoc loco Codd. inconſtantia. Simpliciſſimam medelam exhibet *Bodl.* λέγει γὰρ εἶναι νόμον τὸν κελεύοντα κ. τ. λ. Expreſſiorem tamen et diſertiorem iudico eam, quam ex Codd. *Regiis*, vt autumo, produxit lectionem *Morelius*: ἐχρῆν γὰρ ἀναιρεῖν πρῶτον τὸν ἐναντίον νόμον τὸν κελεύοντα τὰς τῷ δήμῳ δωρεὰς εἶναι βεβαίας, καὶ τότε αὐτὸν ἄλλον τιθέναι. Quam in vertendo ſecutus aliquatenus videtur *Petrus Nannius Alcmarianus*. *Oportuiſſe enim prius contrariam legem abrogare, deinde ſuam proponere* etc. Tu autem praeterea dele νόμον poſt τιθέναι. Quis enim non faſtidiret vocem iſtam vſque ad nauſeam hic repetitam? εἰσήνεγκε τὸν νομον· λέγει γὰρ νομον — τὸν ἐναντίον νομον — ἄλλον τιθέναι νομον — ἐναντίοι νομοι εὑρίσκωνται. Notabile eſt tamen, quod in hac Codd. diſſonantia (vbi lectionum quidem diuerſitatem ſentis, eundem vero omnino ſenſum retineri) Editiones vetuſtae ex vtraque lectione videantur conflari, λέγειν γὰρ ἐχρῆν νόμον τὸν κελεύοντα ἀναιρεῖν πρῶτον τὸν ἐναντίον νόμον, vt *Ald. Manut. Morel.* TAYLOR.

452. 10.

452. 10. *αὐτὸν ἄλλον τιθέναι.*] medium voc. abeſt a Vindob. TAYLOR.

ANNOTATA
AD ARGVMENTVM POSTERIVS.

Pag. 452. 15. *γράψαι.*] *γράφειν τις* et mox v. 16. *ἀκίνδυνος* Editi. *γράφει τις νομος Vindob.* idem dat *ἀκίνδυνος.* Vt mirum non ſit, ſi olim legebatur, quo pacto etiam legi debere iudico, *ἐπειδήπερ παρελθόντος τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ ὑπεύθυνος ἦν κρίσει καὶ τιμωρίᾳ ὁ γράφων τὸν νόμον, ἐφαίνετο Λεπτίνης ἀκίνδυνος.* Obſeruabis, *Wolfium* ita hunc locum conuertiſſe. Nam cum verſionem adornauit ex ſuperioribus Editionibus, eam neglexit ad Editionem ſuam, ſi qua incidiſſet varietas, recudere. Confer hunc locum cum pag. 501. TAYL.

16. *πρὸς αὐτὸν.*] Robortell. Emend. c. 37. pag. 63. v. praefationem noſtram ad orat. in Eubulidem. TAYLOR in ſchedis.

19. *πολλαῖς.*] Lege *ἄλλαις τε καὶ διαφόροις τιμαῖς, καὶ δὴ καὶ ἀτελείᾳ*, ex Cod. *Ital.* Ita ſcripſit *Libanius* in argumento ſuperiore. Notiſſima eſt figura; *hyperbaton* vocant Rhetorum filii. (vide nos in Ind. Attic. ad *Lyſiam* in iſta voce.) *πολλαῖς* hic et *διαφόροις* idem ſonant. TAYLOR.

21. *λειτουργήσοντες.*] Optime *Wolfius* lectionem MStorum praetulit *λειτουργήσοντες*, et mox v. 23. *περιεσαμένων*, pro quibus Editi habebant *λειτουργήσαντες* et *παρισαμένων.* TAYLOR.

453. 2. *γραφαις κ.τ. λ.*] Nannius: *aduerſus eundem competant et* publica iudicia *et actio famoſa.* Et deinde: *eadem luito, quae illi, qui, cum* Reip. obaerati eſſent, *iudicia exercuere.* TAYLOR.

11. *ὅμως ἐπειδὴ* etc.] *Tamen, quoniam et ſic ex lege licebat accuſare.* Wolf. Non miraberis, verſionem

nem Interpretis parum textui respondere, si memineris, quod superius monui, *Wolfium* Editiones priores, non suam, transtulisse, in quibus sic legebatur: ὅμως ἐπειδὴ καὶ ἔτω κατα τον νομον ἐξὴν ποιεῖσθαι τὰς κατηγορίας. Sic etiam est in *Vindob.* Sed praestantior multo est lectio, quam in textum admisit, non tamen interpretatus est. Vox enim ἔτω exprimit, quod isti Codd. volunt per κατὰ τὸν νόμον, et postulat locus omnino κατὰ τε νομε (vel, vt *Bodl.* legit, et alii legere perhibentur, κατὰ τῶν νόμων) ἐξὴν ποιεῖσθαι τὰς κατηγορίας, κἂν οἱ γραψαντες ἔξω κινδύνων ὦσι. Leges *licebat accusare, tametsi* earum auctores *indemnes essent.* Quo pacto fere et legisse videtur, interpretatur certe, *Pet. Nannius.* TAYLOR.

453. 22. λειτεργὲς.] *Morelius* primus hunc locum ex Codd. *Regiis* plenius expressit: τῷ συμφέροντι, διὰ τὸ περιποιεῖν λειτεργὲς, καὶ ὅτι ἀσύμφορον ἡμῖν γίνεται, ἐὰν οἱ πένητες μόνοι λειτεργῶσιν· ἀπορήσασι γὰρ τῷ χρόνῳ, καὶ ἐχ ἕξετε τὲς λειτεργέντας· ἀλλὰ καὶ τῷ δικαίῳ κ. τ. λ. In *Vindob.* sic est: καὶ τῷ μὲν συμφέροντι, ὅτι ἀσύμφορον ὑμῖν γίνεται, ἐὰν οἱ πένητες μόνοι λειτεργῶσι. ἀπορήσασι γὰρ τῷ χρόνῳ, καὶ ἐχ ἕξετε τὲς λειτεργέντας. τῷ δὲ δικαίῳ, ὅτι ἐπ ἐξὶ τὲς μὲν etc. *Leptines igitur vtili nititur, quod eos, qui munera obeant, reip. comparet,* et quod incommodum erit ciuitati, si pauperes solummodo ea sint obituri: post aliquantum enim temporis deficient, et tum, qui munera obeant, non estis habituri: *atque etiam iusto* etc. TAYLOR.

454. 7. ἐν νομοθέταις κυρῶσαι.] Addit *Nannius:* et in aerarium, cum receptae fuissent, recondere. TAYLOR.

10. ὑπεναντίος.] *Habet igitur haec lex controuersiam* cum reliquis legibus, *quae populi munerationes firmas volunt, cum ista eas rescissas cupiat.* Nannius. TAYL.

454. 16.

454. 16. ἀσύμφορον.] Wolfius *inutile*. Nannius autem, *commodi nihil adlaturum*. Noui *illaudatum Busiridem*, vt *Virgilius*, et *Pythagoram non sordidum Auctorem*, vt *Horatius*, et *Polybium non contemnendum* vt *Liuius* loquitur, caeteraque id genus Orationis ornamenta. Sed non est Interpretis ἀνθολογεῖν. Verte simpliciter: *Vobis incommodum erit.* TAYLOR.

17. ἐὰν etc.] F. ἐὰν τὰς εὐεργέτας ἀφαιρῆσθε, vel, ἐὰν τὰς εὐεργέτας ἀφαιρεῖσθαι. WOLFIVS. Editi enim ἑαυτὰς εὐεργέτας ἀφαιρεῖσθαι. TAYLOR.

455. 4. συναποδύεται] συναπολύεται marg. Edit. *Morel.* Fortasse cum *Ital.* συνυποδύεται. συνυποδύεται δὲ καὶ κατασκευάζει *Vindob.* TAYLOR.

ANNOTATA IN ORATIONEM.

Pag. 457. 4. ὡς.] Restitui ὡς, quod erat necessarium, et ex quibusdam Editionibus excidit. Habet *Ald. Ven. Aug. Lindenbr.* Codd. *Regg. α. β. Demetr. Phaler.* §. 10. et 256. *Aristides* Vol. II. p. 483. Edit. *Iebb. Vlpian.* et *Hermog.* lib. I. *de formis Oratt.* cap. vlt. Paulo inferius v. 6. λέγῃ itidem pro vulgata λέγει, ex *Ald. Felician. Manut. Ven. Lindenbr.* Codd. *Morel.* et *Hermog.* TAYLOR.

8. εὑρομένης.] Melior lectio est εὑραμένης, eaque non paulo. Praefert *Aug. Ital. Regg. ε. η. Bodl. Cant.* et *Hermogenes* περὶ Ἰδεῶν, τομ. α. p. 300. Edit. *Crisp.* et iterum περὶ μεθόδου δεινότητος p. 427. TAYL.

9. λειτουργίας.] Λειτουργία, pecunia, siue opera, quae Reip. impenditur. Prisci enim λεῖτον publicum vocabant. NANNIVS.

11. τῶν ἀδικούντων ἐστίν.] Cum dixisset κατηγορεῖντα, in Singulari numero, non κατηγορεῖντας, scripsisse quoque debuit τῷ ἀδικοῦντός ἐστιν, non τῶν ἀδικούντων. Sed manum Demosthenis opinor fuisse, τῶν ἀδίκων ἐστίν, *est ex rebus iniustis*, hoc est, *iniusta res est.*

sic

ſic p. 476. 23. τῶν αἰσχίστων ἐστὶ, *eſt ex rebus turpiſſimis*, vel, *res eſt turpiſſima*. Vid. ad p. 471. 11. MARKL.

457. 11. Fauet viri doctiſſimi et amiciſſimi coniecturae, quod in pluribus iisque praeſtantiſſimis Exemplaribus ἀδίκων legatur, in Codd. ſc. *Regiis α. ζ. Aug. Ital. Ven. Obſop. Bodl. Cant. Vindob.* Ita etiam laudat *Hermogenes* περὶ μεθόδε δεινότητος. Qui et in alio loco, ſc. περὶ Ἰδεῶν, pag. 303. Edit. *Criſpini*, locum hunc memoriter citans habet τῶν ἀτοπωτάτων. Vt dubium non ſit, quo animo ille hunc locum intellexerit. Caeterum habetur et κατηγορεῖντας in Editt. *Manut.* et *Morel.* TAYLOR.

17. μηδε etc.] Lege μηδὲ τολοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι ὑμᾶς, τὸ δεῖναι ὑμῖν ἐξεῖναι. Quam lectionem commendant Editt. veteres, nec non MSS. *Venetus* et *Lindenbr.* niſi quod a nonnullis abſit prius δεῖναι. ἐξεῖναι δεῖναι ὑμᾶς, τὸ δεῖναι ἐξεῖναι ὑμῖν *Vindob.* Caeterum quandam grauitatem ſiue δεινότητα in hac lectione deprehendit acutiſſimus Scriptor, quisquis fuerit, qui περὶ Ερμηνείας ſcripſit, §. 257. Ποιεῖ δέ τινα καὶ ἡ βία κατὰ τὴν σύνθεσιν δεινότητα· δεινὸν γὰρ πολλαχῆ καὶ τὸ δύσφθογγον, ὥσπερ αἱ ἀνώμαλοι ὁδοί. παράδειγμα τὸ Δημοσθενικὸν, τὸ, Ὑμᾶς, τὸ δεῖναι ὑμῖν ἐξεῖναι. Eam vetuſtatem, qualis demum fuerit, habet lectio, quam commendamus. Commendamus autem ſedulo. TAYLOR.

20. ἐνόμιζεν.] Lege νομίζων. τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ τὲς ἔχοντας ἀφείλετο τὴν δωρεὰν, ἀναξίως νομίζων· ἕτω κ. τ. λ. Ita Editt. *Felician.* et *Manut.* Codd. *Regii Pariſienſes* et *Cant.* Ita optima et conſummatiſſima Verſio Italica: *Che in quel modo, che egli ha priuato della gratia coloro che l'hanno*, eſtimandogli indegni: *nel medeſimo modo* etc. TAYLOR.

458. 5. ἀλλὰ καὶ etc.] ἀλλὰ καὶ ψηφίσματα πολλα πολλάκις Editi, et MSS. TAYLOR.

458. 5.

458 5. Codices, in quibus et *Vindob.* est, et praestantissima Editio *Parisiensis* A. D. 1570. habent ψηφίσματα πολλὰ πολλάκις, quin et ita legebat et vertebat *Wolfius*, licet editio *Francofurtana* 1604. quae *Wolfii* nomen venditat, hanc vocem omittat. Excidit nimirum πολλὰ propter sequens πολλάκις. Sic v. 25. deest μηδὲν, quia sequebatur simile μηδ' ἂν: et forte ἐπίγραμμα p. 491. 5. quia praecesserit eadem vox. ita Ἔφορον (*Ephorus*, celebris Historicus) periit in voce praecedente πρόσφορον, apud Clem. Alexandrinum *Strom.* VI. p. 750. Ed. Oxon. ἐπιθεῖναι τὸ πρόσφορον· Ἔφορον τὸν ἱστορικὸν etc. Vulgo deest Ἔφορον. Caeterum, Lectorem attentum et Graecae Linguae adsuetum latere non potest, aliquot esse loca huius pulcherrimae Orationis, in quibus vel Sensus, vel Sermonis Elegantia et Perspicuitas, defectu vnius vel duarum vocum adhuc laborare videntur. complura huiusmodi ex MSS. et Editt. antiquis notauit Cl. Editor: et alia, nisi fallor, restant, nunquam forte certo restituenda. Sic in hoc, quod sequitur. MARKLAND.

14. ὅπως τοῦτο μὴ πεισόμεθα.] Sensus postulat μηκέτι πεισόμεθα, *non amplius patiamur.* et ita, opinor, inuenit Vlpianus, Schol. ad v. 13. πῶς ἂν ὁ δῆμος ετι μὴ ἀπατᾶτο. *Wolfius* suppleuit *posthac.* MARKL.

24. προκαλεῖτθε.] προκαλεῖσθε hic est Futurum. προκαλεῖσθε — ἀπείρξετε. Ita Versio Italica: *Perche con i' honorare molte persone, molti a farui beneficio* prouocherete. Corrige ergo interpretem, qui reddit *inuitantur.* Atque hinc fortasse deprehendes necessitatem legendi προσήκει cum *Obsop. Ven. Ital. Lutet. α.* pro προσῆκε Editionum, credo, omnium. Porro hic *Manutius* cum *Felician.* et *Lindenbr.* habet expressius aliquanto: ἐκ δὲ τοῦ μηδενὶ μηδεν, μηδ' ἂν ἄξιος ᾖ, διδόναι. Vt tu leges, nullus dubito, in futurum. Ita verba ipsa Legis, prout recitantur pag. 488. 27.

Περὶ

Περὶ τῦ μηδενὶ δεῖν μηδὲν διδόναι, μηδ' ἂν ὁτιῶν πράξῃ. TAYLOR.

459. 14. ἧς.] Vidi neceſſarium et reſtitui, confirmante *Felician. Manut. Ven. Lindenbr. Bodl. Ital.* Codd. *Morel.* et ſcholiaſte *Vlpiano.* Vulgo legebatur οἷς, vti et in quibusdam Codd. ſcribi teſtatur *Morelius.* Iam par pari per omnia reddi vides. ἧς — ταύτης. πᾶσι — τὸς εὖ ποιήσαντας. τὸ ἥμισυ — ὃ προσεθείκαμεν. Et verte: *Cuius igitur beneficii dimidiata pars ad omnes pertingit, etiam nihil promeritos: iſtius, partem illam, quam adiecimus in gratiam hominum bene a nobis meritorum, eam, inquam, eripiemus?* Male hic *Wolfius*, vt vides. Male etiam *Hieronymus Ferro*, qui verſionem Italicam adornauit: *Adunque quel commodo della metà, del quale etiandio partecipi ſono quelli, che niente ci hanno giouato, torremo noi, dopo haverglielo dato, coloro, i quali ci hanno fatto beneficio?* TAYLOR.

19. ἀψευδεῖν.] ἀψευδῆ habet *Vindob. Ald. Ven.* MSS. *Felician.* et *Manut.* et Codd. *Regii* fere omnes. ἀψευδεῖν *Felician. Manut. Bodl. Cant. Reg. α. Lindenbr.* TAYLOR.

22. τὴν αὐτὴν ἐπιτάξασαν.] Scribe τὴν αὐτὸν ἐπιτάξασαν, ſcil. τὸν νόμον, *quae eam* legem *priuatis iniunxit.* MARKLAND.

460. 13. εἰς ἓν ἦλθε.] γρ. συνῆλθε. Id quod Cod. *Aug.* non pro varia lectione, ſed, quod longe probabilius, pro ſcholio habet. TAYLOR.

461. 2. ἀλλὰ τί.] ἀλλὰ πρὸς τὸ τὶ καλὸν πρᾶξαι legit *Lambinus.* TAYLOR.

7. περὶ τῦ θέσθαι.] Cod. *Auguſtanus* habet περὶ τῦ θέσθαι δοκεῖν. Nata certe ea varietas lectionis ex ſimili fere clauſula in ſententia ſequente, ὅμοιον αὐτῇ γενέσθαι δοκεῖν. Vbi vox iſta habet vim et elegantiam admirabilem, quam parum conſecuti ſunt Interpretes. Non ὅμοιον dixit γενέσθαι, quod oblique negat

fieri poſſe, ſed γενέσθαι δοκεῖν. *Praeſtat, Ciuitatem huic homini perſuadere, vt mores ſuos ad mores publicos adcommodare* ſaltem videretur, *quam eum Ciuitati, vt ſibi ſimilis eſſe* velit. Priorem partem ſententiae mihi videtur *Nannius* maiore et perſpicuitate et elegantia transtuliſſe: *Quamobrem illud affirmauerim, longe pulchrius eſſe, illum veſtros mores in abroganda lege, quam vos illius in conſtituenda, ſequi.* TAYLOR.

461. 12. τὸ ἦθος.] Solus *Ven.* Codex, βελτίων ἐστὶ τοῦ τῆς πόλεως ἔθους. Caue ſollicites. Receptam lectionem tuetur *T. Magiſter:* Ηθος δὲ μόνον ἐπὶ ἀνθρώπων λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πόλεως. ὡς Δημοσθένης, τὸ τῆς πόλεως ἦθος, ἦγεν τὴν κατάστασιν, καὶ τὴν γενναιότητα. lege γενναιότητα. Noſter in ſuperiore pagina, v. pen. τὸ τῆς πόλεως ηθος — ἀψευδὲς καὶ χρησόν. et pag. 476. 19. τοῦ τῆς πόλεως ηθους μνημεῖον ὦσι. Et ita ſcribit *Plutarchus* in *Phocione*, ſtatim ab initio: πολλὰ δὲ γράφειν καὶ λέγειν ἀναγκαζόμενος παρὰ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως καὶ τὸ ηθος. *Vindob.* deeſt ἦθος. TAYLOR.

14. περὶ τοῦ παρόντος.] περὶ τοῦ νομου παρόντος Codd. *Regg.* ε. η. vel potius, vt ego iudico, τὸ νόμῳ erat in margine, ſcholii gratia, quo pacto habetur in *Aug.* TAYLOR.

17. τῇ χρείᾳ — δύνανται τιμᾶν.] Τιμᾶν nihil eſt. Forte: τῇ μὲν γὰρ χρείᾳ, τῇ τῶν — δωρεὰς, οἱ τύραννοι — δύνανται νικᾶν· *vtilitate — ſuperiores eſſe poſſunt:* cuius rei ſequitur Ratio; et reſpondet in ſequenti commate βελτίους εἶναι. Νικᾶν, *ſuperior eſſe, praeſtare*, vt pag. 500. 9. Senſum vidit *Wolfius:* ſed Linguae Graecae ratio habenda fuit, quam vir ille doctiſſimus in verſione ſua ſaepiſſime neglexit: vnde (quod neceſſe erat) a mente Demoſthenis ſaepiſſime quoque aberrauit. MARKLAND.

462. 3.

462. 3. καίτοι τῶν ἁπασῶν etc.] Cum in aliis *Demoſthenis* orationibus multae ſunt verborum traiectiones a Latinitate nonnihil abhorrentes, tum vero in hac: quas omnes demonſtrare ſi vellem, ne pueris ſolis haec ſcribere potius, quam ſtudioſos adoleſcentes admonere viderer, verendum eſſet. Sed quasdam tamen notare quid vetat? cum parum attentos, licet doctos, interdum leuicula quaedam decipiant. Sic igitur haec ordina: καίτοι ἂν ἀφέλης πολιτείας ἡσυνοσῦν τῶν ἁπασῶν, τὸ νομίζεσθαι χάριν etc. WOLFIVS.

6. Τάχα τοίνυν ἴσως.] Vltima vox videri poſſet eſſe ex margine. τάχα enim eſt ἴσως, *forte*. Nihil tamen mutandum. Alibi enim pariter ſcribitur, *adu. Midiam*, pag. 576. 15. τάχα τοίνυν ἴσως καὶ τὰ τοιαῦτ' ἐρεῖ, ὡς etc. MARKLAND.

9. ἐκ δὲ τῦ νόμε τέτε.] Ex Editt. *Felician.* et *Manutiana*, aberat τέτε. Vnde coniecit *Wolfius* ἐκ δὲ τοῦ ἑαυτοῦ νόμου. Eſt tamen τούτου etiam in *Vindob.* TAYLOR.

25. τὴν ἀναγκαίαν ἀτέλειαν ἔχοντες.] Conuenientius forte ingenio Demoſthenis τὴν ἀνάγκην ἀτέλειαν ἔχοντες, *quibus Neceſſitas eſt pro Immunitate*. MARKLAND.

27. ἐδεὶς — προσέσαι χορηγός.] *Ex neutro ordine vllus choragus proueniet.* Nannius. Male hic *Wolfius: neutri — veſtras opes augebunt.* Nam, vt *Demoſthenes* mox oſtenſurus eſt, ſc. pag. 464. 17. ἃ κοινωνεῖ ταῖς δημοσίαις προσόδοις καὶ περιουσίαις ταῦτα τἀναλώματα ἐδέν. TAYLOR.

vlt. πέντε.] Plenius Edit. *Morel.* ἀλλ' ἐὰν δείξῃ πέντε μονας. TAYLOR.

463. 2. τῶν μετοίκων etc.] In pleriſque Codd. (deeſt autem in *Felician. Manutianis*, *Lindenbr. Ital.* et *Paris. α.*) τῶν μετοίκων εἶναι πλείονας, ἢ τοσέτες,

— τὰς ἀεὶ λειτουργοῦντας ἔσεσθαι. τῶν μετοίκων αὐτὸν εἶναι πλείονας, *Ven.* Ego profecto εἶναι veram lectionem esse arbitror, et retinendam loco τῷ ἔσεσθαι, quod nonnulli adleuere suis exemplaribus, propter ὑπάρξειν, quod sequitur. *Vindob.* deest εἶναι. TAYLOR.

463. 9. καὶ, μὰ τὰς θεὰς.] Legendum (καίτοι, μὰ τὰς — πέντε εἶναι·) per parenthesin. MARKLAND.

10. ἢ καὶ εἰσὶ πέντε, ἢ ἓξ.] Opinor, τάχ' εἰσὶ, *forte sunt quinque, vel sex.* quod aliter efferri potuit: *non sunt plures, quam* (vel, *non sunt nisi*) *quinque, vel sex.* Num vero aliquis ita loquitur: *non sunt quinque, vel sex?* Non credam, sine exemplis. MARKLAND.

13. τὰς ἐγκυκλίους.] Ἐγκύκλιοι λειτουργίαι sunt statae et certae: εἰσφοραὶ καὶ τριηραρχίαι non item. χορηγοὶ sunt Aediles, qui saltatoribus et cantoribus sumtum: γυμνασίαρχοι, qui oleum palaestrae: ἑστιάτορες, qui epulum tribui praebent. *Aphthonii* Enarrator ait: Χορηγία, ἡ ἐκ προαιρέσεως, καὶ ἐν ἑορταῖς. Εἰσφορὰ, ἡ ἐξ ἐπιταγῆς ἑτέρου, καὶ ἐν πολέμοις. WOLF.

Ibid. Male Enarrator iste, χορηγία ἐκ προαιρέσεως, vti confestim deprehendebat *Wolfius.* Nam, vt ait, ni esset ἐξ ἐπιταγῆς, cur eius data fuisset Immunitas? TAYLOR.

18. ἀπίσους.] F. ἀπίσως, sicut ὑπόπτως ἔχει πρός τινα. et sic *Obsop.* WOLFIVS.

Ibid. Ita etiam *Ven. Ital.* et *Reg.* ζ. item *Vindob.* Rectius quoque ἡμᾶς αὐτὰς, vt *Manut. Bodl. Reg.* α. *Vind. Cant.* et versio Italica. TAYLOR.

pen. αὐτοῖς μόνον.] Sine sensu αὐτοῖς. Lego: τὴν ἀνάπαυσιν ἔτους μόνον, *vacationem solummodo annuam:* nam supradixerat p. 459. 13. ἐνιαυτὸν διαλιπὼν ἕκαστος λειτουργεῖ, *singuli altero quoque anno* haec *munera obeunt.* Est vero Antiptosis, τὸν χρόνον ὃν, pro ὁ χρόνος ὃν, et Constructio est: ὁ χρόνος, ὃν τὸν χρόνον ἕκαστος τού-

των

τῶν λειτουργῆ ἄν, δίδωσι τὴν ἀνάπαυσιν ἔτος μόνον. Exemplum par habes 1. Cor. x, 16. τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν· et plura vide apud Cl. *Taylorum* in Indic. Attic. ad Lysiam, v. Antiptosis. *Nannius* videtur legisse ἄλλοις pro αὐτοῖς. sed et sic vox ἔτος vel ἐνιαυτῷ adhuc deerit: τούτων ἕκαστος δίδωσι τὴν ἀνάπαυσιν ἄλλοις ἔτος μόνον. Caeterum τούτων est τῶν λειτουργούντων, idem quod τῶν χορηγῶν. Intellige νῦν μέν γε, *vt nunc se res habet:* et τότε δὲ, *in altero vero casu*, id est, si per Collationem res gereretur. MARKLAND.

464. 12. κεκτῆσθαι.] In nonnullis MSS. deest κεκτῆσθαι, atque inter eos in *Obsop.* qui recte abesse posse existimat. Cuius sententiam minime laudo. εἰ δὲ φήσουσι κεκτῆσθαι, vel ὑφηρημένον, vel τινὰ ἄλλον τρόπον, ὃν ἐγὼ προσήκει Sensus est liquidissimus. Simile occurrit p. 498. 19. εἴ τινα τῶν εὑρημένων — ἀνάξιον εἶναι φασὶν, ἢ μὴ πεποιηκότα, ἐφ' οἷς εὕρετο, ἔχειν. TAYLOR.

17. ἐ γὰρ κοινωνεῖ.] *Nam hae impensae, quae scenicis rebus deputantur, ad publica vectigalia et opes non accedunt.* *Nannius* ita vertit, et recte. TAYLOR.

20. ὄντοιν.] Verba sic collocata sunt, vt et diuitias et gloriam Reip. tribuere videantur, etsi pecunia ei desit. Quod si *Vlpiani* sequare sententiam, verba νυνὶ τῇ πόλει omittenda erunt. WOLFIVS.

Ibid. Miror, vel *Wolfium* hic haesisse, *vel* Scholiasten conqueri de obscuritate. Vertes: *cum duo Reip.* proponantur *bona:* Scilicet, vtrum retineamus fidem, cuius opinione efflorescimus; an ea valere iussa, opes publicas coaceruemus, quibus indigemus magis. TAYL.

27. τὰς εὐπορίας κ. τ. λ.] *Nannius* vertit: *opulentias, quas exonerati aliorum successione paraturi sunt.* Male, vt videtur. TAYLOR.

pen. μέσον.] *Has ipsas demonstremus in commodum cedere reip.* Wolfius MSS. lectionem sequitur, εἰς δέον ὑμῖν γινομένας δείξω. Nam ita scribitur in *Lindenbr.*

Obſop. Ven. Bodl. Vindob. Paris. α. η. Ital. et MSS. *Felician.* Et recte. Ita Verſio Italica: *Ma io intendo oltre a cio di voler vi moſtrare, che ancor le richezze, le quali coſtor dicono che huranno alcuni che ſaranno eſenti,* ſono in voſtro ſeruigio. Nam ſtatim ſequitur, *ſalutem Reip. poni maximam in Triremibus et apparatu bellico, non in ſpectaculis, oculorumque delectamentis. Qui autem plura in iſtum uſum conferat, neceſſe eſt, eum Reip. plurimum prodeſſe.* Res ipſa loquitur. *In medium prolatas* Nannius. TAYLOR.

465. 3. πᾶσα ἀνάγκη.] Οὐχ οἷόν τ' ἄλλως γενέσθαι. τὸ πᾶσα ἀνάγκη absolute καὶ διαβεβαιωτικῶς ſubiicitur. Alias dicendum fuiſſet: τὸν πολλὰ κεκτημένον πολλὰ συντελεῖν πᾶσα ἀνάγκη. WOLFIVS.

27. ἕνα χορηγὸν καθίςησιν.] *Singulis*, inquit, Tribubus, (*Decem* eae erant.) vel *binis quibusque*, haec tua Lex *vnum* forte choragum reſtituet; qui *vnus* reſtitutus, *vnum* ſolummodo alium aliquem ab hoc onere et impenſa excuſaturus eſt. Iam vero, ſi *quinque* tantum noui choragi, vel, vt plurimum, *decem*, per hanc Legem tuam inducantur, quodnam inde leuamen τοῖς πολλοῖς, *toti populo Athenienſi?* Hoc eſt Demoſthenis Argumentum, quod ſatis perſpicuum eſt, et dependet a ſupra poſitis pag. 463. 9. Audebimusne igitur dicere, Vlpianum et alios veteres nonnullos non intellexiſſe hunc locum? Sane ita videbitur, ſi Scholia conſulas. MARKLAND.

466. 7. διεςῆσθαι] διηςῆσθαι *Bodl. Aug. Ital.* et marg. *Morel. Lambinus* διωςῖσθαι legendum cenſet. TAYLOR.

8. ἁπλῶς μηδένα.] Plenius olim edebatur, et confirmant etiam Codd. ἀλλ' ἁπλῶς ατελη μηδένα. ἀλλ' ὡς ἁπλῶς ἀτελῆ μηδένα. *Vindob.* TAYLOR.

10. καὶ ἐν μὲν τῷ etc.] Sequior eſt lectio *Bodl.* ἐν μὲν τῷ μηδένα, πάντας περιλαμβάνει τὸς ἄλλους, ſine

fine καὶ in principio. Iuxta quam lectionem videtur *Wolfius* interpretari. Tu vide ſtructuram: διὰ τὸ γεγράφθαι ἐν τῷ νόμῳ — μὴ διειρῆσθαι δὲ — καὶ ἐν μὲν τῷ μηδένα, περιλαμβάνειν — ἐν δὲ τῷ τῶν ξένων μὴ διορίζειν — ἀφαιρεῖται καὶ Λεύκωνα. Eousque haeret ſententia, neque citius, vt volunt iſti, inflectitur. TAYLOR.

466. 22. πρὸς τοίνυν ἅπαντα.] ἔστι πρὸς ἅπαντα, ἀντὶ τῦ συγκρίνεσθαι δύναται πρὸς ἅπαντα. Neque neceſſe eſt mutare in ὁ ἐκ τῦ Πόντυ σῖτος εἰς, πλείων ἐστὶ πρὸς ἅπαντα, parum commoda conſtructione. WOLFIVS.

24. Pro εἰσπλέων *Bodl.* et *Cant.* εἰς πλέον. *Lambinus* legit εἰς πλείων. Recte Interpres Italicus: *E'l grano che vien de Ponto è quanto tutto quel che vien da gli altri mercati.* TAYLOR.

Ibid. Recte. εἰσπλεῖν dicuntur merces, quae *nauibus* importantur. Lyſias Orat. in Diogit. vocat hoc φοιτᾶν, de *frumento* pariter; et ita Xenophon Hiſt. Graec. lib. I. pag. 432. Non opus igitur lectione iſta εἰς πλέον, neque *Lambini* εἰς πλείων. et dubito, an πλείων πρὸς ἅπαντα Graecum ſit. Supra, v. 3. ſcribe τοῖσδε pro τοῖς δὲ. MARKLAND.

467. 8. τοσῦτον.] τοσῦτο marg. *Morel.* τοσούτου *Aug.* τοσῦτον τοίνυν δεῖ του ταύτην ἀποξερῆσαι τὴν δωρεὰν τὴν πόλιν. *Lambin.* TAYLOR.

Ibid. Iterum *Lambinus:* δεῖ τῦ ἀποξερῆσαι. Propius erat τοσούτου δεῖ ἀποξερῆσαι. et iam video ita legi in optimo codice *Auguſtano.* Lyſias Orat. in *Nicomachum:* ἐγὼ δὲ ὅτω πολλῦ ἐδέησα τῶν Τετρακοσίων γενέσθαι, ὥξε etc. Vtrouis modo recte dicitur, τοσῦτον δέω τῦ ποιεῖν, vel, τοσούτυ δέω ποιεῖν. MARKLAND.

10. Θευδοσίων.] Θευδασίαν Editi nonnulli ante *Wolfium*, qui primus, vt credo, Εὐδασίαν. Lege cum *Manut. Bodl.* marg. *Morel. ſcholiaſte, Harpocratione* et

Stephano Byzantino, Θευδοσίαν, vt edi curaui: vel Θεοδοσίαν, cum Latinis Scriptoribus, *Plinio* ſc. et *Marcellino*, atque etiam cum *Strabone*, qui non ſemel loci fertilitatem praedicat, verum l. 7. p. m. 311. egregie hunc locum illuſtrat. Κἂν τοῖς πρόσθεν χρόνοις ἐντεῦθεν ἦν τὰ σιτοπομπεῖα τοῖς Ἕλλησι, καθάπερ ἐκ τῆς λίμνης αἱ ταριχεῖαι. Λεύκωνα δέ φασιν ἐκ τῆς Θεοδοσίας Ἀθηναίοις πέμψαι μυριάδας μεδίμνων διακοσίων [f. διακοσίας] καὶ δέκα. Teſtatur *Wolfius*, *Phil. Melanchthonem* Θευδοσίαν interpretari *Teutonicam domum*. Quod ſane parum intelligo. Auctor anonymus *Peripli Ponti Euxini*: Καὶ αὕτη [Θευδοσία] παλαιὰ ἦν Ἑλλὰς πόλις τῶν Μιλησίων ἄποικος, καὶ μνήμη αὐτῆς ἐστιν ἐν πολλοῖς συγγράμμασιν. Νῦν δὲ λέγεται ἡ Θευδοσία τῇ Ἀλανικῇ, ἤτοι τῇ Ταυρικῇ διαλέκτῳ, Ἀρδαύδα, τουτέστιν ἑπτάθεος. TAYLOR.

467. 16. ἀλλὰ τοσοῦτον ὤνησε.] Nannius: *tantam copiam ſubmiſit, vt id ad* XV. *talenta exuberarit*. Sed quid ratio pecuniae ad frumenti numerum? Quid ſi ἀλλὰ τοσοῦτο, hoc eſt, ἔτως εὔωνον, vt ſignificet duplex beneficium, et copiam frumenti, et vili pretio miſſam. Nam illud προσπεριγενέσθαι de pecunia reliqua, non de accepta ex venditione ſuperflui frumenti, intelligendum, arguunt verba ἃ διῴκησε Καλλισθένης, ſc. ὁ σιτώνης, qui XV talenta retulit, minoris emto frumento, quam putarant Athenienſes. WOLFIVS.

Ibid. Repone ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον etc. vt p. 459. pen. 472. 24. 478. 12. 482. 25. et vbique. MARKLAND.

19. τοῦτον, τὸν τοιοῦτον etc.] *Hora che penſate, che coſtui, ſuto cotale verſo di voi*, dira, *quando intendera* etc. TAYLOR.

pen. βλάψειν ὑμᾶς φαίνεται.] Forte βλάψων ὑμᾶς φανεῖται, vt non multo poſt, p. 468. 15. οἷς ὁ μὲν Λεύκων ἐμμένων φανεται. WOLFIVS.

467. pen.

467. pen. Vel ἂν βλάψαι, (vt semper scribit Demosthenes, saltem in hac Oratione) vel ἂν φάινηται. *Wolfius* βλάψων φανεῖται. recte in priori voce: non itidem, opinor, in secunda. MARKLAND.

468. 13. μὴ γὰρ οἴεσθε κ. τ. λ.] Lege cum *Lindenb. Obsop. Bodl. Cant. Ital.* Codd. *Paris.* et Editt. *Felician.* et *Mamut.* μὴ γὰρ οἴεσθε ὑμῖν ἄλλοτι τὰς σπήλας ἐξάναι ταύτας, ἢ κ. τ. λ. Atque ita Interpretes. TAYLOR.

23. ὁ τὸ ψήφισμα etc.] *Quid tandem scribet ciuitatis nomine publicus Tabellio?* Nannius. TAYLOR.

Aristopho hic idem falso etiam vocatur *Ἀξηνιεὺς* apud *Aeschinem c. Timarch.* pag. 86. 1. refragantibus tamen *Scaligero* et Codd. Vid. *Palmer.* ad loc. et *Meurs. Reliqu. Attic.* c. 1. Alibi, in eadem oratione recte effertur, sc. pag. 159. 4. *ᾧ παρήδρευεν Ἀριστοφῶν ὁ Ἀζηνιεύς.* Et *c. Ctesiph.* p. 532. 3. *δημαγωγὸς Ἀριστοφῶν ὁ Ἀζηνιεὺς, πλεῖστον χρόνον τὴν τῶν Βοιωτιάζειν ὑπομείνας αἰτίαν.* et 583. 11. *ἐτόλμα δ' ἐν ὑμῖν ποτε σεμνύνεσθαι Ἀριστοφῶν ἐκεῖνος ὁ Ἀζηνιεύς.* Quae loca plurimum conferent ad hominis istius notitiam et historiam; atque etiam ad reliquorum, qui hic nominantur. *Λεωδάμας ὁ Ἀχαρνεὺς ἐχ ἧττον Δημοσθένης λέγειν*

γειν δυνάμενος. Aeſch. in Orat. citata pag. 531. 6. TAYLOR.

501. vlt. ἐν ᾗ τοῦτ' ἔνεστι etc.] Τὸ τῆς ἀτελείας (ἡ ἀτέλεια) τὶ (ſc. μέρος ὄντα) τῶν δοθέντων ἐκείνῳ. WOLFIVS.

Ibid. Lego ſimpliciter: δωρεὰν, ἐν ᾗ τοῦτ' ἔνεστι, omiſſis ſeptem vocibus, quae ſequuntur. Vt infra ſcribitur, ſc. pag. 502. 11. ὅτος εὕρετο τὴν δωρεὰν παρ' ὑμῖν, ἐν ᾗ τοῦτο ἐνῆν. Caetera hic ſunt a manu gloſſatoris, adiecta nimirum explicationis gratia, hoc pacto: Σημείωσαι, Τὸ τῆς ἀτελείας, τὶ τῶν ἐκείνῳ δοθέντων. *Inter dona, quae Chabriae conferebantur, erat Immunitas.* TAYLOR.

Ibid. τῆς ἀτελείας τῶν ἐκείνῳ.] Diſtingue poſt ἀτελείας. Deinde ſic: τῶν ἐκείνῳ τι δοθέντων· καὶ πρὸς etc. Sed omnino adſentior Cl. Editori, cenſenti, ſeptem iſtas voces, τὸ τῆς — δοθέντων, non fuiſſe a Demoſthene. MARKLAND.

502. 2. ὑπὲρ τῶν αὐτῶν.] Ita Editt. At MSS. Codd. conſtanter fere περὶ. MSS. *Ald. Felician.* et *Manut. Ven. Ital. Lindenbrog. Vindob.* et *Regg.* α. β. ε. ζ. η. TAYLOR.

Ibid. ἔστε δίκας etc.] Haec generaliter verti, ad vitandas verborum ambages: *Num Tibi liceat Athenis bis eadem de re iudicium adipiſcier?* WOLFIVS.

Ibid. Recte *Wolfius*, atque intra ſpem veniae. Neque enim Fori Attici ratio ſemper et vbique literis Latinis explicari velit. In eo autem erratum eſt ab Interprete Italico: *Ne per cauſa di ſtato, ne per cauſa di conti di amminiſtrationi publiche, ne per cauſa di ſeruigi fatti alla republica.* Eodem iudicio, ac *Wolfius*, vſus eſt Interpres alter. TAYLOR.

14. τοῦτ' ἔμελλεν.] Plenius Editt. *Ald.* et *Morel.* cum MSS. *Ven. Vindob.* et *Aug.* ὅτε μὲν τοῦτῳ ταυτ' ἔμελλεν.

Iidem MSS. ὑπάρχειν. v. 15. ταῦτ' et ὑπάρχειν *Lindenbrog.* TAYLOR.

502. 19. τοῖς ἐν Πειραιεῖ τῷ δήμῳ.] τοῖς ἀπὸ τῷ δήμῳ, ἐν Πειραιεῖ γεγενημένοις ἐπὶ τῶν τριάκοντα. WOLFIVS.

Ibid. τῷ δήμῳ est inutile. οἱ δημοτικοὶ satis describuntur per οἱ ἐν Πειραιεῖ. Distinctione ista, sc. οἱ ἐν ἄστει et οἱ ἐν Πειραιεῖ sexcenties, credo, vtitur *Lysias* noster. Si quid ego iudicem, repetuntur hae voces τῷ δήμῳ a v. 21. vel saltem adiiciebantur ad marginem, explicandi causa. Horum alterutrum erit tam verum, quam quod maxime est verum. TAYLOR.

23. παραίνει.] Ita certe cum Editt. superioribus, et MSS. non παραινεῖ cum *Francofurtana.* Verum ea Editio saepissime ex Typothetae incuria, non auctoritate Codd. a vera lectione recedit, vt id aliquando notare, et lectorem admonere pene taedeat. Ita pag. prox. v. 7. νὴ τὰς θεάς, non μή. et v. 11. ἀξιῶν τιμᾶσθαι, non ἄξιον. Atque ita in locis fere sexcentis. Exemplum sumas ex pag. 483. Wolfius: ἀδέν ἐσθ', οτι τῷ παρακρέσασθαι καὶ φενακησαι λέγεται παρ' υμων εἵνεκα. Nos: ἀδέν ἐσθ', ο, τι τῷ παρακρέσασθαι καὶ φενακισαι λέγεται παρ' ημων εἵνεκα. Modo v. 24. lubens delerem ὁ ante αὐτὸς cum *Ven. Lindenbrog.* et *Ital.* TAYLOR.

503. 8. αὐτῷ τινα τιμὴν.] Scribe αὑτῷ, *sibi.* Praecedentia ita forte distinguenda: ἄξιον αὐτὸν παρέσχηκεν, (ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, νὴ τὰς θεάς) μᾶλλον ἂν παραινεσαιμι, αὐτῷ τινα τιμὴν etc. Mox v. 13. ita: κατὰ πάντων τῶν συνδίκων· τέτων πολλάκις εἷς ἕκαστος etc. non, τῶν συνδίκων τέτων· πολλάκις etc. MARKLAND.

17. μη εξειναι χειροτονηθεντα.] Forte μὴ χειροτονηθέντα. Alioqui Populo ius suum videbitur eripi. WOLFIVS.

Ibid. *Lambinus* μὴ ἐξεῖναι ϑ χειροτονηθέντα etc. quemadmodum fere et legere et interpretari vides *Wolfi-*

Wolfium. Sed vterque decipitur. Non hoc dicit Demosthenes: *Syndicum agere plus, quam semel, nisi a populi suffragiis ad id muneris deligatur, nefas esto:* Verum: *Syndicum* publicum *bis agere*, (i. e. defensionem Reip. amplius, quam semel, suscipere, nouaeque legis condendae patrocinium) *omnino nefas esto.* Et rationem optimam reddit in praecedentibus, v. 16. ἵνα μὴ τὸ πρᾶγμα ὥσπερ ἐργασία τισὶν (non τις cum Edit. *Morel.* sed τισὶν, hominibus sc. certis et perpetuis) ἡ καὶ συκοφαντία. Et conformiter Scholiastes: ἔτος ὁ νόμος ἐκέλευε, μὴ δευτερον συνδικειν. καὶ γὰρ ἅπαξ τοῦτο ποιήσας, κωλύεται, ἵνα μὴ διὰ τὸ κέρδος ψεύδεσθαι ἐπιχειρῶσιν. Dicat autem aliquis, monere istas voces χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου, hunc locum non esse simpliciter intelligendum, ita vt Ego, et Tu, amice lector, iam intelligimus: verum, cum de *populi suffragiis* aliquid dici videatur, nimirum plausibiliter egisse *Lambinum* et *Wolfium*, qui Syndicatum nemini iterum deferri voluere, *nisi id muneris populi suffragiis demandetur.* Istud autem a nobis accipe. Syndici erant vel *priuati*, vel *publici:* Illi Collegii alicuius, Municipii aut Vniuersitatis causas agebant, οἱ παρὰ τῶν φυλετῶν ἠρημένοι, vt loquitur *Demosth. c. Aristocr.* de quibus nihil praecipit Lex. Hi erant Ciuitatis Aduocati, iurisque publici defensores, οἱ συνήγοροι, ὃς ὁ δῆμος χειροτονεῖ, vt loquitur idem *c. Timocrat.* Ita τοῦ δήμου ποτὲ χειροτονήσαντος Αἰσχίνην σύνδικον. Idem *de Corona.* Ergo χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου designat Syndicum *publicum*, qui *hac lege* id muneris semel tantum geret. Nesciuerunt boni viri, quos iam refello, istud χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου distertim opponi priuato Procuratori, a suo Collegio, Tribu aut Fraternitate, vt ita loquar, designato. Porro. Syndicos publicos memorare videtur *Arcad. Charisius* lib. sing. *de muneribus ciuilibus. Defensores quo-*

que, quos Graeci Syndicos appellant, et qui ad certam cauſam agendam vel defendendam eliguntur, laborem perſonalis muneris adgrediuntur. l. 18. §. 13. *D. de Muneribus et Honoribus.* Quos quum id muneris ſemel tantum praeſtitiſſe vidit *Petitus*, (nam, vt ait *Paulus*, *Defenſionem Reip. amplius, quam* ſemel, *ſuſcipere nemo cogitur, niſi id fieri neceſſitas poſtulet. l.* 16. §. 3. *D. eod.*) ideo adripuit ad hunc *Demoſthenis* locum illuſtrandum. Quod ſane nollem, quoniam non eſt eadem vtrobique ratio. Syndici enim in Attico iure *excluduntur*, in Romano *excuſantur*, et recte: quoniam *tenendum eſt, perſonale munus eſſe, quod corporibus, labore cum ſollicitudine animi ac vigilantia exſtitit. l.* 1. §. 3. *D. eod.* Vnde recte *Paulus: Suſcipere nemo* cogitur. TAYLOR.

504. 2. μικρὸν.] δι' ὧν η μικρὸν ἢ μεγάλην ἔϛ' εἶναι τὴν πόλιν. Ita enim Edit. *Felician.* Codd. *Aug. Vindob. Obſop. Ital.* et *Lindenbrog.* Reſtitui ſimiliter pag. 493. 26. TAYLOR.

10. τὸν πονηρόν.] Cur tam emphatice, quaeſo? Dele articulum cum *Vindob. Bodl. Ital.* et *Reg.* α. TAYLOR.

12. εὐεργετῶν.] εὐεργεσιῶν *Vindob.* Vid. ſupra ad pag. 500. 26. TAYLOR.

18. μηδεν ως χρη etc.] Forte μηδενος χρη. Editio *Pariſienſis* habet: ὡς χρὴ μηδὲν etc. MARKLAND.

25. αρχη.] *Lambinus* ſtructuram complanauit emendando ἐάν τις ἄρχη ὀφείλων τῷ δημοσίῳ. Recte. *Si quis munus publicum geſſerit, cum Ciuitati obaeratus eſſet.* Ita *Demoſth. c. Timocrat.* καὶ ἔνδειξις αὐτῶν ἔϛω πρὸς τὰς θεσμοθέτας, καθάπερ ἐάν τις ἄρχη ὀφείλων τῷ δημοσίῳ. Auctor Argumenti huius Orationis: οἵσπερ οἱ δικάζοντες ὅταν ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ δικάζωσι. TAYLOR.

505. 9. ὅπως μὴ γενήσωνται.] Rarioris vſus eſſe puto Subiunctiuum Futuri, γενήσωμαι, apud probos et ve-

et vetuſtos Graecos ſcriptores. Scribendum videtur γενήσονται, vt pag. 489. 23. ὅπως μηδεὶς ἄλλος κύριος γενήσεται. et v. 25. h. p. ὅπως μηδεὶς φόνος γενήσεται. et ita paſſim. MARKLAND.

505. 9. γενήσονται *Felician. Manut. Bodl.* et *Lindenbrog.* TAYLOR.

13. ἄλλε.] Plenius *Aug. Vindob.* et *Reg. α.* αλλον ἄλλε γίγνεσθαι. Mox v. 14. χέρνιβος cum *Vlpiano* habent MSS. *Ald.* et *Ven.* TAYLOR.

506. 3. Παρὰ πάντα etc.] μελλόντων δ' ταὐτὰ λέγει. Mox v. 10. ἤδεις, ἀντὶ τοῦ προῄδεις. Sed quid ſi legas addita negatione: εἰ τὰ πρὸ τοῦ μὴ κατεμέμφθ, ſc. πραχθέντα Αριστογείτονι καὶ Αρμοδίῳ τοῖν τυραννοκτόνοιν. *Si ea, quae olim facta ſunt*, (ſc. liberata rep. caeſisque Tyrannis) [*non reprehendis*] *cur non illud quoque prouidiſti, ſi quid eiusmodi in poſterum accideret?* WOLF.

Ibid. Iam fere ad Metam Orationis ventum eſt, cum ſingulare hoc comma, quod argumentationem non leuem aut vulgarem continet, mihi moleſtias magnas excitauerit. Nam, ſi quid ego iudicem, *Wolfius* vno in loco contra fidem *plurimorum* et praeſtantiorum Codd. in altero, *omnium*, aliud nobis commendauerit, ac voluit ipſe *Demoſthenes*. Primo enim v. 9. omnes Editt. omnes ſcripti Codices, negatiuam iſtam particulam reſpuunt, et vno ore legunt εἰ τὰ πρὸ τοῦ κατεμέμφθ: deinde Editt. *Ald.* et *Pariſ.* cum Codd. *Regg.* et *Ven.* v. 5. negationem etiam excludunt, et legunt περὶ των παρεληλυθότων καὶ μελλόντων (vel καὶ περὶ τῶν μελλόντων, vt Vindob.) ταὐτὰ λέγει. Si ergo haec lectio, quae tantam auctoritatem ſecum ferat, (tantam nimirum, vt omnium Codd. conſenſum habeat) non deteriorem ſenſum, immo ſi longe praeſtantiorem repraeſentet, Tu non dubitabis, quid ſequare. Hoc videtur velle Orator: Si priorum temporum liberalitatem reprehendas, cur iſta tua lege, quae ſancit

μηδὲ

μηδὲ τολοιπὸν ἐξεῖναι δῦναι, liberalitatem futurorum etiam claudis? cur non rationem habuisti Posteritatis? Sint Chabriae, sint Cononis res gestae, et opinione omnium, et praemiis, quae consecuti sunt, minores: Esto, vt Resp. honorum fuerit liberalis nimio. At vnde scis, ea tempora non olim reditura, vbi bonis Ciuibus, vbi Harmodiis iterum fuerit opus, vbi Resp. suorum Ciuium merita liberalitate vincere non poterit? εἰ τὰ πρὸ τῦ κατεμέμφθ. τί μὴ καὶ τὰ μέλλοντα ἤδεις. *Se biasimi le cose passate, che sai Tu di quelle, che hanno a venire?* ergo omnino fieri nequit, vt ea lex commode lata sit, quae *eadem* de praeteritis statuit, *eadem* de futuris, quorum euentus incerti et variae in vtramque partem inclinationes a nullo Legislatore rite comprehendi possunt. ἐκ ἕνι τῦτον ἔχειν καλῶς τὸν νόμον, ὃς περὶ τῶν παρεληλυθότων καὶ μελλόντων ταὐτὰ λέγει. *Non si debbe par buona tenere vna legge, che delle cose passate e delle future parimente determina.* Vt recte Versio Italica. *Lambinus* etiam in hoc loco particulam negatiuam reduxit. Tu in vtroque delebis. TAYLOR.

506. 10. καὶ τὰ μέλλοντα ἤδεις;] Clare legendum: τί μὴ καὶ τὰ μέλλοντα εἶδες; *cur non futura considerasti*, in futurum prospexisti? quod v. vlt. vocat τὸ μέλλον προορᾶσθαι. sic τὲς καιρὲς ἰδὼν, *tempora intuens*, pag. 473. 21. Dicit: Si honores Harmodio et Aristogitoni *olim* habitos non reprehendis, quare *in futurum* a similibus honoribus excludis eos, qui Harmodio et Aristogitoni similes esse possunt. MARKLAND.

12. εἴημεν.] Ita, non cum editorum nonnullis et *Wolfio*, qui et similiter quoque interpretatur, εἴη μέν. TAYLOR.

17. ἐδέ γε ἴσως Συρακόσιοι.] Sc. ἤλπισαν τυραννηθήσεσθαι. De Dionysiis vid. *Diodorum* lib. XIII. et XIV. WOLFIVS.

506. 22. ὁ νῦν ὢν Διονύσιος.] ὁ νεώτερος. De hoc vide vitam Dionis et Timoleontis apud *Plutarchum*. WOLFIVS.

vlt. λέγειν.] λέγειν ετι *Ven. Aug. Vindob. Lindenbrog. Ital.* Mox p. 507. 4. τάδε ποιήσατε, cum *Obsop. Ven. Lindenbrog. Aug. Ital. Regg.* α. η. non ὠδί. TAYL.

507. 4. παράλληλα.] Reſcribe παρ' ἄλληλα, *in vtramque partem*, ſc. τί τε συμβήσεται κατεψηφισμένοις ὑμῖν τῷ νόμῳ, καὶ τί μή. Forte καταψηφισαμένοις, vt habent *Ital.* et *Regg.* α. β. η. TAYLOR.

8. ἵνα ἕλησθε τὰ κρείττω.] Alludit ad verba Legis Solonis, citatae ſupra pag. 484. 14. ὑμᾶς δὲ αἱρέσαντας, ἑλέσθαι τὸν κρείττω, ſcil. νόμον. MARKLAND.

24. ἐν μὲν τῷ δικαστηρίῳ Λεπτίνης etc.] Sic *Cicero 2 Catilinaria. Denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignauia, cum temeritate, cum vitiis omnibus. Poſtremo copiae cum egeſtate, bona ratio cum perdita, mens cum amentia, bona denique ſpes cum omnium rerum deſperatione confligit.* WOLFIVS.

vlt. κατὰ ταῦτα.] Omnino κατὰ ταὐτὰ ἡμῖν, vt excudit *Morel.* et interpretatur *Wolfius*. Vulgo legitur ὑμῖν. Italus ita: *Delle quali ſe migliori ſeguirete, e ſecondo eſſe darete la voſtra ſentenza.* TAYLOR.

508. 2. κάλλιστα.] Ita Editi. MSS. *Ald. Ven. Aug. Ital. Vindob. Lindenbrog.* et *Regg.* α. η. κράτιστα. TAYL.

12. ψηφίσησθε.] Ita Editt. et MSS. Vulgo ψηφίσεσθε. TAYLOR.

14. τοῖς μὲν τὸ νόμισμα.] *Ariſtophanes Ranis.* [v. 730.]

Πολλάκις γ' ἡμῖν ἔδοξεν ἡ πόλις πεπονθέναι
Ταὐτὸν, ἔχε τῶν πολιτῶν τὰς καλάς τε κἀγαθὰς,
Ἔχε τἀρχαῖον νόμισμα καὶ τὸ καινὸν χρυσίον.

WOLFIVS.

508. 14. Lubens hoc ἀπροσδιόνυσον ſcholion *Wolfii* admiſi, nulla alia de cauſa, niſi vt hoc exemplo intelligat bonus Lector meus, ſibi nullam factam eſſe fraudem, ſi aliquando huius hominis πονηροῖς καὶ κεκιβδηλευμένοις νομίσμασιν (vt loquitur ibidem ſuus *Ariſtophanes*) χρώμεθ' ἐδέν. TAYLOR.

penult. καὶ Θεοὶ, ἐκ οἶδ' ὅτι etc.] Haec iſta diſtingui debent: λέγειν δώσετε. ἐ δήπε γε, ὦ Ζεῦ, καὶ Θεοί. Οὐκ οἶδ', ὅτι δεῖ πλείω λέγειν· οἶμαι γὰρ etc. *ne vtique* hoc fiat, *o Iupiter, et* caeteri *Dii! Scio, non opus eſſe, vt ego plura dicam: opinor enim* etc. Frequens haec Oratoribus Formula: Οὐκ οἶδ' ὅτι etc. in concluſionibus orationum. Lyſias *contra Frumentar.* ad fin. Οὐκ οἶδ', ὅτι δεῖ πλείω λέγειν· περὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων etc. et ita ſaepe Ille, et caeteri. Intelligendum eſt, quaſi ſcriptum fuiſſet hoc modo: Οὐκ (οἶδ', ὅτι) δεῖ πλείω λέγειν· vel hoc: Οἶδ', ὅτι ἐ δεῖ πλείω λέγειν. MARKLAND.

I. TAYLORI
PRAEFATIO
AD
ORATIONEM DEMOSTHENIS
CONTRA MIDIAM.

Midias, Midiae F. Athenienſis, domo Anagyraſius, homo diuitiis abundans et luxurie diffluens, praeſtantiſſimae huic Orationi, vti ex argumentis didiciſti, materiam praebuit. Quam et multi ex antiquis Scriptoribus certatim laudant, (cuius vocabuli vis vt varia

ria eſt, nam ea et *citare* et *commendare* dicimus, ita varie vtor) eximius ille Criticus, *Longinum* intelligo, a nonnullis exiſtimatur commentariis ſuis illuſtraſſe. Qui quidem Commentarii (ſi tamen ſcripſerit, nam de ea re valde dubito) vna cum multis ad hanc orationem a veteribus Scriptoribus adnotatis penitus interciderunt. *Multis*, inquam, quoniam, vt ait *Photius* Cod. CCLXV. γέγονεν ἔτος ὁ λόγος ἐκ ὀλίγοις ἐν σπεδῇ, καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλες ἀμφισβητήσεως ἀφορμὰς παρέσχε· καὶ οἱ μὲν τῦ παθητικῦ χαρακτῆρος εἶναί φασιν αὐτὸν, μετὰ δεινώσεως ἐπειργασμένον, οἱ δὲ τῦ πραγματικῦ, et quae ſequuntur. Habitam quidem non fuiſſe, id profecto vero eſt ſimillimum, cum *Aeſchines* (quem, licet infenſiſſimum, et exprobranti ſimilem, tamen in re nuperrime prorſus geſta ideoque peruulgatiſſima, πρὸς εἰδότας permen iri aegre exiſtimabis) *Demoſtheni* obiiciat, eum iniuriam iſtam cum Midia transegiſſe, et Populi, quod obtinuit, praeiudicium triginta minis fuiſſe cauponatum. Καὶ ταῦτα ἤδη τὰ περὶ Μειδίαν, καὶ τὰς κονδύλας, ἃς ἔλαβεν ἐν τῇ ὀρχήτρᾳ χορηγὸς ὤν, καὶ ὡς ἀπέδοτο τριάκοντα μνῶν ἅμα τε τὴν εἰς αὐτὸν ὕβριν, καὶ τὴν τῦ δήμυ καταχειροτονίαν, ἣν ἐν Διονύσυ κατεχειροτόνησε Μειδίας. Aeſch. *c. Cteſiph.* pag. 441. 2. Id quod et alibi in ead. oratione innuit. p. 607. 608. Τοσῦτον καταγελᾷ τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμίας, ὥςε τὴν μιαρὰν κεφαλὴν ταύτην καὶ ὑπεύθυνον, ἣν ἔτος παρὰ πάντας τὰς νόμυς γέγραφε ςεφανῶσαι, μυριάκις κατατέτμηκε, καὶ τέτων μισθὰς εἴληφε, τραύματος ἐκ προνοίας γραφὰς γραφόμενος, καὶ κατακεκονδύλικεν, ὥςε αὐτὸν οἶμαι τὰ τῶν κονδύλων ἴχνη τῶν Μειδίᾳ ἔχειν ἔτι φανερά. ὁ γὰρ ἄνθρωπος ὁ κεφαλὴν, ἀλλὰ προσοδον κέκτηται. Plutarchus in *vita Demoſthenis*, vt Hiſtoricum magis decuit, rem ita exponit: Δῆλος δ' ἔτι καὶ τὴν κατὰ Μειδίυ παρασκευασάμενος εἰπεῖν δίκην, δύο μὲν

μὲν ἐπὶ τοῖς τριάκοντα γεγονὼς ἔτη, μηδέπω δ' ἔχων ἰσχὺν ἐν τῇ πολιτείᾳ, μηδὲ δόξαν. ὃ καὶ μάλιστά μοι δοκεῖ δεῖσας, ἐπ' ἀργυρίῳ καταθέσθαι τὴν πρὸς ἄνθρωπον ἔχθραν.

Οὐ γάρ τοι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν, ἀλλ' ἀγανόφρων, ἀλλ' ἔντονος καὶ βίαιος περὶ τὰς ἀμύνας· ὁρῶν δ' ἐ φαῦλον, ἐδὲ τῆς αὐτῦ δυνάμεως ἔργον, ἄνδρα καὶ πλέτω καὶ λόγῳ, καὶ φίλοις εὖ πεφραγμένον καθελεῖν, τὸν Μειδίαν, ἐνέδωκε τοῖς ὑπὲρ αὐτῦ δεομένοις. αἱ δὲ τρισχίλιαι καθ' ἑαυτὰς ἐκ ἂν μοι δοκῦσι τὴν Δημοσθένους ἀμβλῦναι πικρίαν, ἐλπίζοντος καὶ δυναμένου περιγενέσθαι. Insignis est locus *Isidori Peluſiot.* IV. *Epiſt.* 205. quem quia non vno mendo laborat, hic deſcribam. πῶς δὲ Δημοσθένης — τὸν Μειδίαν ἐχ εἷλε τὸν τοσαῦτα αὐτὸν κακὰ διαθέντα; ὅτι μὲν γὰρ ἐβάλετο αὐτὸν ἐλεῖν, διὸ καὶ παντὶ σθένει τὴν κατηγορίαν ἔγραψε, δῆλον· διὰ τί δ' ἐν ἐχ εἷλεν; ἐκ ἐπειδὴ ἀσθενεστέρους τὰς λόγους τῆς τῶν ἐχθρῶν δυναστείας ἐνόμισεν; (Ita omnino lege cum interrogatione: aliter cadet *Iſidori* argumentatio. Ita ſupra, διὰ τί Πλάτων ἐξέπεσεν; ἐκ ἐπειδὴ μηδένα τύραννον πεῖσαι ἠδυνήθη; Πυθαγόρας δέ —; ἐκ ἐπειδή —;) ἐ γάρ τι λαβὼν, ὡς Αἰσχίνης ἔφη, ἀπέδοτο τὴν καταχειροτονίαν· ἐ γὰρ δέχεται τὴν αἰτίαν τῆς αἰσχροκερδείας ἡ μεγαλοψυχία τῦ ῥήτορος· ἀδ' ὁ τοῖς ἐπιτρόποις ἀφεὶς τὰ πατρῷα μετὰ τὴν νίκην. ὅτος ἂν ἔλαβεν αἰσχρῶς ἀπὸ (l. ἐπὶ) τῆς κεφαλῆς. ἀλλὰ τὰς ἐχθρὰς ἰσχυρὰς (l. ἰσχυροτέρους) ἡγησάμενος τοῦ λόγου, καὶ ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων βίαν ἐδαμῶ φανεῖσθαι τὴν τέχνην λογισάμενος, εὐπρεπῶς κατέθετο τὴν συμφοράν, ἄμεινον ἡγησάμενος τῇ πραότητι καθυφῆναι δόξαι τοῦ κρίσει δικαιῶν ἥττασθαι. Turba quidem Scriptorum vno ore ſubmiſſionem ad argentum referunt: τριτχιλίαις ἐπείσθη, τρισχιλίας λαβὼν ἀπέλυσε τῆς δίκης, et ſimilia, *Suidas*, *Photius*, *Plutarchus* in *vitis* X. *Oratorum*, (ſi tam pugnan-

pugnantia ſcripſiſſe potuit) et *Scriptor vitae Demoſthenicae* ἀνώνυμος, quam beneficio cl. *Sallierii* ex bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi deſcriptam teneo. Inde factum eſt, quod, cum hanc cauſam nunquam peroraſſe creditur, ſuſpicioſi quidam Critici, vt *Photius* memorat, naeuos quosdam, quales in imperfecto opere eſſe ſolent, deprehendiſſe ſibi viſi ſunt. Καὶ ὁ κατὰ Μειδίᾳ δὲ, καὶ κατ' Αἰσχίνᾳ λόγος αἰτίαν ἔσχε τῷ μὴ τὴν αὐτὴν κατὰ πάντα ἀρετὴν τῷ Δημοσθενικῷ συνδιασώσασθαι χαρακτῆρι. καὶ γὰρ ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις λόγοις ἐκ διαλειμμάτων τινῶν ταῖς αὐταῖς ἐννοίαις ἐπιβάλλων, ἁμιλλᾶσθαι δοκεῖ πρὸς ἑαυτὸν, ὥσπερ ἀσκούμενος, ἢ ἐπ' αὐτοῖς ἀγωνιζόμενος τοῖς ἔργοις. διὸ καί τινες ἔφησαν, ἑκάτερον λόγον ἐν τύποις καταλειφθῆναι, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἔκδοσιν διακεκαθάρθαι. Photius in *vita Demoſthenis*. Recte ſane. Nam, cum pag. 546. pulcherrimam quandam γνώμην, ſine effatum philoſophicum ad Midiam coercendum expromat, eandem, pag. 573. quaſi ſui immemor, (vel, quod verius eſt, πρὸς ἑαυτὸν ἁμιλλώμενος, et re nondum ſatis explorata, vtri loco argumenti ea ῥῆσις decentius conueniret) verbis ipſiſſimis et diſertiſſima oratione repetat. Veroſimilius eſt multo, haec ex inconſtantia, vt dixi, Auctoris profecta, qui nondum rem ad exitum perduxerat, quam conſilio, et vſu veterum, vt nugatur Scholiaſtes. Qui vtrumque locum expenſitauerit, mecum ſentiet. Criticus ex antiquioribus memoriae prodidit, multum in hac oratione profeciſſe *Demoſthenem* ex *Lyſia*, *Lycurgo* et *Iſaeo*. Δημοσθένης εἰς τὸν κατὰ Μειδίᾳ τά τε Λυσίᾳ καὶ Λυκούργῳ ἐκ τῶν τῆς ὕβρεως λόγων, καὶ τὰ Ισαίᾳ ἐκ τῶν κατὰ Διοκλέους ὕβρεως μετενήνοχε. Theo, *Progymn.*

Inſtituta fuit haec cauſa, cum *Demoſthenes* annum aetatis ageret 33. Hoc diſertiſſime teſtatur *Plutarchus* in vita, atque adeo Orator ipſe, pag. 564. ἔτος (de

Midia verba faciens) γεγονὼς ἔτη περὶ πεντήκοντα, οὐδὲν ἐμοῦ πλείους λειτουργίας ὑμῖν λελειτούργηκεν, ὃς δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονα. Iuxta eundem *Plutarchum*, *Zosimum*, Vitae Scriptores, *Dionysium Halic.* caeterosque fide dignos, natus erat Demosthenes anno, qui Centesimam Olympiadem proxime anteibat; ita vt haec Causa, eam rem recte supputante eod. *Dionysio*, in annum quartum Olymp. CVII. caderet, archonte Athenis Callimacho. Κατὰ τοῦτον γέγραπται τὸν Αρχοντα [Callimachum] καὶ ὁ κατὰ Μειδίου λόγος, ὃν συνετάξατο μετὰ τὴν, ἣν ὁ δῆμος αὐτοῦ κατεχειροτόνησε (restitue ex MSS. μετὰ τὴν καταχειροτονίαν, ἣν ὁ δῆμος αὐτοῦ κατεχειροτόνησε.) Dionys. Halic. ad Ammaeum *Plutarchus* interea in *vitis* X. *Oratorum*, anno quarto Olymp. non XCIX. sed XCVIII. natum esse mauult auctorem nostrum. Quo duce, causam hanc meditabatur (*egisse* enim dicere, parum tutum esse videtur) anno extremo Olymp. CVI. siquidem Midiam, vt modo vidimus, in ius vocauit annos natus XXXII. At profecto ea tempestate plurimae ex iis rebus gestae non sunt, quas hic vt gestas Orator commemorat. Tu interea caue credas, *Plutarchum Plutarcho* aduersari, (neque enim Tractatulus iste, quem habemus de *vitis* X. *Oratorum*, *Plutarchi* esse potest) verum recentem aliquem Scriptorem, *Plutarchi* nomine ementito, *Photii*, qui de Vitis Oratorum commentatus est, indiligentiam et ἀνιστορησίαν studiose et dedita opera descripsisse, aliquando etiam nonnullam ex proprio penu addidisse. De *Samuele Petito*, qui in *Demosthenis* Natalibus fidem Pseudo-Plutarchi computo adstruere velit, (*Attic. Legg.* Edit. Nou. p. 266. seq.) commodior erit dicendi locus.

Haec Actio peculiari nomine vocatur Προβολή. De qua diligenter minus, et perfunctorie tantum, qui Iurisprudentiam Atticam profitentur. Προβολὴ erat ex iis Actionibus, quae *publicae* dicebantur, vti ex hac oratio-

oratione liquet, pag. 522. Εσι δὲ πρῶτον μὲν ἐκεῖνο ἀκ ἄδηλος ἐρῶν, — ὡς — δικας ιδιας μοι προσῆκεν αὐτῷ λαχεῖν — ἐχὶ δημοσιᾳ κρίνειν αὐτόν. et deinde 523. εἰ μὴ προυβαλλομην αὐτὸν, ἀλλ' εδικαζομην. Complectebatur quidem praecipue eos, qui in Festis et Religionibus infolenter. aut proterue egerint. Τῦτο δὲ δημόσιον. προβολὴ γάρ ἐσιν ὄνομα δίκης κατὰ τῶν περι την εορτην αδικουντων. Vlpian. ad init. huius Orationis: προβολὴ ἡ κλῆσις εἰς δίκην κατὰ τῶν κακόνως πρὸς τὸν δῆμον διακειμένων — προβολαὶ δὲ ἦσαν καὶ αἱ τῆς συκοφαντίας γραφαί. ἐγίνοντο δὲ καὶ περὶ τῶν ἐξυβρισάντων, ἢ ἀδικησάντων, ἢ ασεβησαντων περὶ τὰς ἑορτὰς, ὡς ἡ κατὰ Μειδίε Προβολή. Poll. l. 8. c. 6. §. 46. Εν δὲ τῷ κατὰ Μειδίε. καὶ προβαλλόμην, φησὶν, ἀδικεῖν τῦτον περὶ τὴν ἑορτὴν, ἀντὶ τῦ προβολῇ ἐχρησάμην τῇ συνήθει καὶ νομιζομένῃ κατὰ τῶν περι την εορτην αδικουντων, ὠνόμασα τῦτον ἐν τῷ δήμῳ. Harpocr. Sycophantas etiam, vt ex *Xenophonte*, *Aeschine* et *Isocrate* discimus. Οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕσερον μετέμελε τοῖς Αθηναίοις, καὶ ἐψηφίσαντο, οἵτινες τὸν δῆμον ἐξηπάτησαν, προβολας αὐτῶν εἶναι, καὶ ἐγγυητὰς καταξῆσαι, ἐὰν κριθῶσιν — προβλήθησαν δὲ καὶ ἄλλοι τέτταρες. Xenoph *Hist. Gr.* l. 1. exeunte. Τῇ μὲν Φήμῃ δημοσίᾳ θύομεν, ὡς Θεῷ· τῶν δὲ συκοφαντῶν, ὡς κακέργων, δημοσίᾳ προβολας ποιέμεθα. Aeschin. π. παραπρεσβ. p. 311. 19. Περὶ δὲ τῶν συκοφαντῶν χαλεπωτέρας, ἢ περὶ τῶν ἄλλων κακεργιῶν, τὰς νόμες ἔθεσαν. τοῖς μὲν γὰρ μεγίσοις τῶν ἀδικημάτων ἐν ἑνὶ τῷ δικασηρίῳ τὰς κρίσεις ἐποιήσαντο· κατὰ δὲ τέτων, γραφὰς μὲν πρὸς Θεσμοθέτας, εἰσαγγελίας δ' εἰς τὴν Βελὴν, προβολας δ' εν τῳ δημῳ, νομίζοντες τὰς ταύτη τῇ τέχνῃ χρωμένας ἁπάσας ὑπερβάλλειν τὰς πονηρίας. Hocr. *de Permutatione.* Similiter in Accessionibus ad *Harpocrat.* ineditis, ex Cod. MS. in Biblioth. Reg. Cant. dicuntur ea actione teneri, qui

Argentifodinas publicas clam exercent, aut aliquid demum ex publicis rationibus aliquo modo depeculantur. Errare ergo videtur *T. Magiſter*, cum ſcribit, ad Dionyſia et in iis ἀδικήματα proprie pertinere, ad caetera improprie trahi hoc vocabulum. Προβολὴ καὶ ἡ κατὰ τῶν ἀσεβέντων ἐν τοῖς Διονυσίοις κατηγορία. καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἡ περὶ πάσης δίκης κατηγορία. ὡς Αἰσχίνης· δημοσίᾳ προβολὰς ποιώμεθα. Locum *Aeſchinis* modo laudauimus. Προβολαὶ igitur erant quaſi *Prouocationes ad Populum*, ſtatim et indeſinenter factae, παρ' αὐτὰ τἀδικήματα, vt loquitur noſter, pagg. 523. 6. 583. 12. et, τότε ἐν τῷ δήμῳ παραχρῆμα ἐξήλεγξα, p. 519. 26. Quod ſi Populi praeiudicium fieret, cauſa ad Theſmothetas deferebatur, qui eam ad iudices adducebant, vt ibi περὶ τῆς τοῦ δήμου καταχειροτονίας, quo modo loquitur *Libanius* in argumento, contentio fieret. Καὶ τὰς εἰσαγγελίας εἰσαγγέλλουσιν, καὶ τας προβολας εισαγουσιν, καὶ τὰς τῶν παρανόμων γραφάς. Poll. VIII. 9. Vid. σχ. *Vlpian.* ad haec verba *Demoſthenis* pag. 515. 14. καὶ κατηγορήσων, ἐπειδή τις εἰσάγει, πάρειμι, ὡς ὁρᾶτε. Hanc denique actionem, vt omnes eas, quae in publico iure verſabantur, ἐξὴν τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι, quoniam ad Remp. crimen ſpectare videbatur; hac tamen addita cautione, quod ὁ μὴ μεταλαβὼν τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, προσωφλίσκανε χιλίας. Poll. VIII. 6. Sunt autem qui exiſtimant, προβάλλεσθαι, vt εὐθύνειν, εἰσαγγέλλειν, γράφεσθαι etc. de *Criminalibus* actionibus, prout a Ciuilibus diſtinguuntur, intelligi debere. Inter quos eſt magnus *Budaeus*. [Δίκαι ἴδιαι et δημόσιαι are they diſtinguiſched, as we do *Actions ciuil* and *Criminal?* TAYLOR in ſchedis.]

Liberalitatem hanc *Demoſthenis*, beneuolentiamque in Tribum, qua ſe ipſe vltro, caeteris renuentibus, Ludorum Curatorem deſignauit, honeſtiſſimo praeco-

praeconio nobilitauit Populiſcitum, quod rogauit Demochares, vbi inter caetera legitur:

Καὶ χορηγιαν ανδρασιν επιδοντι, οτε εκλειποντων των Πανδιονιδων του χορηγειν επεδωκε. κ. τ. λ.

Quod ad Midiam adtinet, erat homo diuitiis, auctoritate, et potentia apud ſuos nobilis: praeter modum contumelioſus, vt ex hoc iudicio liquet, et narratione etiam lepida, quae apud *Diogenem Laërtium* exſtat in vita Diogenis Cynici: Αλλὰ καὶ Μειδίᾳ κονδυλίσαντος αὐτὸν [Diogenem] καὶ εἰπόντος· Τρισχίλιαί σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ· τῇ ἑξῆς πυκτικὸς λαβὼν ἱμάντας, καὶ καταλοήσας αὐτὸν ἔφη· Τρισχίλιαί σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ. Credibile fortaſſe quibusdam videri poſſit, et ex hac hiſtoriola, et ex pretio, quo ſuperius cauſam hanc tranſegiſſe *Demoſthenes* dicitur, Talenti dimidium, ſiue MMM drachmarum ſummam, vel lege vel moribus fuiſſe in his contumeliis definitam. Perinde vt in antiquo iure Romanorum, in ſumma Auri raritate, contumelias et verbera pauxillulo nummorum aeſtimabant. Vnde homunculus apud *Gellium* XX. 1. in re lauta poſitus, Midiae conſimilem ludum luſiſſe dicitur. *Quidam Lucius Veratius fuit, egregie homo improbus atque imnani vecordia. Is pro delectamento habebat os hominis liberi manus ſuae palma verberare. Eum Seruus ſequebatur, crumenam plenam aſſium portitans: et quemcunque depalmauerat, numerari ſtatim ſecundum* XII *Tabb. quinque et viginti aſſes iubebat.* Vt ad Midiam reuertar, videtur ex *Plutarcho* olim adducto in *vita Demoſthenis*, facundia praecelluiſſe, cauſasque aliquando publicas egiſſe, vt liquet ex initio *Androtianae.* Honoribus multis in Rep. functus, etiam eo ipſo tempore, quo *Demoſthenem* laceſſiuit, (ſi *Vlpiano* credimus) ἱππαρχίαν geſſit, et militiae equeſtris curam habuit; vnde lux aliqua loco Orationis *Midianae*, ſc.

p. 519. 14. non plene adhuc intellecto, et, si hanc notitiam Hominis demseris, subobscuriori, affundi poterit. Olymp. CX. 1. ad Concilium Amphictyonicum cum potestate missus, *Aesch. c. Ctesiphontem.* Thrasylochum fratrem habuit, *Demosthenis* pariter infensum, vt ex hac, et II. *c. Aphobum*, oratione constat. An causam egerit c. Phocionem ἐπὶ Ξενίᾳ ἄρχοντος [sc. Olymp. CXVIII. 4.] vt adfirmat *Plutarchus* in *Hyperide*, id profecto vehementer disputo. Nam et constat ex Auctoribus, quos longe maioris facio, quam hunc homuncionem, Phocionem cicutam bibisse Olymp. CXV. 3. et Midiam, tum, cum *Aeschines* in iudicium adduxit Ctesiphontem, sc. Olymp. CXII. 3. teste ipso *Aeschine* in eadem oratione, atque etiam dolente, desiisse inter viuos numerari. En Historicum fide dignum! En illum, quem vocant *Plutarchum*. TAYLOR.

WOLFII ET TAYLORI ANNOTATA AD LIBANII ARGVMENTVM.

Pag. 508. 2. tit. περι.] Ita ex Codd. *Regg.* α. β. et *Vindob.* non ὑπὲρ cum vulgatis. TAYLOR.

509. 5. περὶ τὴν χορηγίαν.] ἐπὶ Editt. superiores *Ald. Felic.* et *Paris.* cum MS. *Baroc.* et *Vindob. Wolfius* περὶ vel κατὰ legit. Variatum est in caeteris. παρὰ ὑπὸ, *Man.* Codd. *Regg. Lind. Ven. Bodl.* Istud παρα est omnium optimum. *Demosthenes* statim ineunte oratione, p. 514. v. 8. orat. πολλὰ καὶ βίαια παθὼν παρὰ πᾶσαν τὴν χορηγίαν. Proxime τὴν χορηγίαν αὐτο *Ald. Felic. Man. Paris.* et MSS. nonnulli. TAYLOR.

7. λαβεῖν.] ἔλαβεν cum *Ald. Bar. Felic. Man. Paris. Vindob.* etc. legit et interpretatus est *Wolfius.* διέλαβεν *Ven.* λαβεῖν margo *Benenati.* TAYLOR.

509. 14

509. 14. *περὶ ὑποτιμήσεως.*] De aeſtimatione litis, *ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι.* Poſtea [ſc. pag. 523. 1.] *τὴν ὑποτίμησιν* alio nomine *τὸ τίμημα* vocat. WOLF.

WOLFII ET TAYLORI ANNOTATA AD ARGVMENTVM POSTERIVS.

Pag. 510. 3. *διπλᾶ.*] Reſtituimus ex Edit. *Paris.* et MS. *Vindob.* TAYLOR.

9. *δώσων τὰς.*] Eam vtique lectionem quanquam reuocauit *Wolfius*, interpretationemque ſuam iuxta accommodauit, (cum Editt. conſtanter fere *δώσοντας*, quod certe pro nihilo habeo) conſtat tamen, MSS. Codd. vel in varietate legendi, antiquae ſcripturae auctoritatem, non *Wolfii* emendationem tueri, cum *Lambini* Codd. et *Vindob.* habeant *εἰς τὸ γυμνάζειν τὰς μέλλοντας ἐπιτελεσαι τὴν ἑορτὴν, καὶ διδοναι τὰς τέτων δαπάνας*, et quae ſequuntur. TAYLOR.

Ibid. *τοῖς τῆς ἑαυτῆ φυλῆς.*] Scil. *χορευταῖς, ἢ ἀγωνισταῖς.* WOLFIVS.

11. *μικρά τε.*] Fortaſſe *μικρά τε κατ' ἔτος (ἢ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν) ἐν ἄστει, καὶ μεγάλα διὰ τριετηρίδος.* Sic eſſe legendum colligi poteſt e vita Tragicorum Poëtarum, *Aeſchyli*, *Sophoclis*, *Euripidis*, et *Apharei* apud *Plutarchum* in vita *Iſocratis*, vbi fit mentio *διδασκαλιῶν ἀστυκῶν καὶ ληναϊκῶν.* WOLFIVS.

Ibid. Vides, mi Lector, textum, quem cudi fecimus, eſſe ex *Wolfiano* penu, cum Editt. ſuperiores, quas ille in hac notula reformare voluit, conſtanter legant *μικρά τε καὶ μεγάλα διὰ τριετηρίδος.* Sola *Pariſienſis*, ſi Cod. *Vindob.* excipias, effuſius paulo, et quodammodo ad *Wolfii* mentem propius: *Διονύσια, καὶ ταῦτα διπλᾶ, μικρά τε καὶ μεγάλα, καὶ τὰ μὲν*

μικρὰ ἤγετο κατ' ἔτος. τὰ δὲ μεγάλα διὰ τριετηρίδος ἐν τοῖς ληνοῖς. Vtcunque distinxerit *Wolfius* inter Liberalia in vrbe, et Liberalia ἐν τοῖς ληνοῖς, (et ego recte distinxisse non negauerim) Tu tamen caue fidem adhibeas Scriptori nostro anonymo, et hic, et in sequentibus, qui Festa Bacchi anniuersaria alia, alia trieterica esse contendit. Neque enim vera ait. DIONYSIA peculiari commentario illustrare voluit *I. Meursius*, qui non pauca Festa Athenienſium dedita opera et multo literarum lumine elucidauit. Eos labores, siue iniuria aetatis interceptos, siue ad vmbilicum non perductos, aliqua ex parte compensabunt, quae de istis sacris commentati sunt, *Scaliger* ὁ μέγας *de Emend. Temporum*, *Is. Casaubonus Animadu. ad Athenaeum*, p. 445. et *Commentar. ad Theophrast.* p. 131. *Castellanus de Festis Graecorum*, *Seldenus* ad *Marm. Oxon.* p. 166. seqq. Edit. Mattaire, Viri docti ad *Aelian. V. H.* II. 13, 30. *Petauius ad Themistii Orat.* XII. *Palmerius* in *Exercit. ad Auctores Graecos*, p. 505. 617. *Petitus ad LL. Atticas*, p. 112. Edit. Wesseling. *Meurs. Athen. Attic.* p. 150. *Spanhemius de vsu Numismatum*, et in *Notis ad Aristoph. Nubes*, *Menagius* denique in tractatu, quem de Fabula *Terentii*, *Heautontimorumenos* dicta, patrio idiomate conscripsit. TAYLOR.

510. 22. ἐσπάνιζε δὲ.] Ita cum *Paris.* non δή. TAYLOR.

26. εἰς τὸ λαχεῖν etc.] ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ κληροῦσθαι τὰς αὐλητάς. Quid inter τὸ λαχεῖν καὶ κληροῦσθαι differat, non est ignotum. WOLFIVS.

27. πλὴν τοῦ τῆς Π.] Plenius Cod. *Reg. a.* καὶ ἐλθόντων τῶν χορηγῶν ἑκάστης φυλῆς, πλὴν τοῦ τῆς Πανδιονίδος, ἠτελίζετο ἀπὸ πάντων. Mox p. 511. 2. idem MS. pro τῇ φυλῇ καθίστησι, ὑπὲρ τῆς φυλῆς προεβάλλετο. *Vindob.* totum h. locum ita legit: καὶ ἰδὼν ὁ Δημοσθένης τὴν ἑαυτοῦ φυλὴν ἀτιμαζομένην, ἐθελοντὴς ὁ ῥήτωρ αὐτο-

αὐτοχειροτόνητον, ἤτοι αὐτεπάγγελτον ἑαυτὸν χορηγὸν ὑπὲρ τῆς Φυλῆς προεβάλετο, καὶ ἐπηνεῖτο παρὰ πάντων διὰ τοῦτο. TAYLOR.

511. 3. καὶ λαχόντος.] *Paris.* καὶ δὴ λαχόντος. melius. Et pro λαχόντος in marg. κληρωθέντα. TAYL.

4. συνέπραξεν κ. τ. λ.] Ὁμηρικῶς saepe Datiui pro Genitiuis ponuntur: sed hic lego aut αὐτῇ τῇ προθυμίᾳ, aut αὐτῷ τῆς προθυμίας. sub. ἕνεκα. WOLF.

Ibid. Olim legebatur αὐτῷ — τῇ προθυμίᾳ. marg. *Par.* αὐτῇ. TAYLOR.

Ibid. καὶ ἔλαχεν.] ἀντὶ τοῦ ἔλαχε τὸν ἄριστον. WOLFIVS.

Ibid. In MSS. *Regg.* καὶ ἔλαχεν αἱρεῖσθαι αὐτῷ τὸν κάλλιστον τῶν αὐλητῶν Τηλεφάνη. TAYLOR.

11. καὶ δὴ etc.] καὶ δὴ καὶ ὡς ὁ Δημοσθένης λέγει. Edit. *Benenati*, et Cod. *Vindob.* TAYLOR.

16. ἐν τῷ θεάτρῳ] *Vt ei alapam impingeret, et vestem dilaceraret.* Wolfius. Quem miror in Interpretatione eas potissimum voces omisisse, quibus Orator ipse tantam vim et auctoritatem tribuat: vt impingeret *in theatro*, et vestem *sacram* dilaceraret. Vid. p. 519. 26. 537. 1. 538. 18. TAYLOR.

512. 15. ἀλλ' ἰδιώτην] Editio *Parisiensis* cum Cod. *Vindob.* multa in hoc argumento pleniora et disertiora habet, sed quibus sensus non magnopere adiuuatur. Vti in hoc loco: ὁ δὲ Μειδίας, ὅτι χορηγὸν απλως ἐκ ἔτυψα· αὐτοχειροτόνητος γὰρ ἦσθα· ἀλλὰ Δημοσθενην ἰδιώτην ὀντα· το δε τυψαι ἰδιωτην ἐκ ἔστι δημόσιον ἀδίκημα. Eodem tenore orationis procedunt in iis, quae mox sequuntur: φαίνεται ἔν ὁ Δημοσθενης — καὶ φάσκων ἅμα Δημοσθενει κ. τ. λ. TAYL.

21. τούτῳ.] Recte *Wolfius* pro τοῦθ' Editionum omnium superiorum. TAYLOR.

23. κεφάλαια δὲ, τὰ τῇ τάξει προσήκοντα.] Videntur aut haec verba redundare, aut ipsa capitum

enumeratio deeſſe. Fortaſſis etiam legendum *προήκοντα, ἀντὶ τῦ προϊόντα.* WOLFIVS.

512. 23. Nihil eorum, quae ſuſpicatus eſt bonus *Wolfius*, aut *redundat*, aut *deeſt*, neque *fortaſſis legendum προήκοντα.* Tu tamen cum marg. Edit. *Benenati* et *Vindob.* leges *τῇ ξάσει προσήκοντα*, non *τῇ τάξει*, et verſionem pariter reformabis. Monendus es autem, abeſſe nonnulla, quae hic leguntur, a Codd. *Vindob.* et *Reg. α.* atque ita procedere ſententiam integrae ſimillimam: *Κεφάλαια δὲ, τὰ τῇ ξάσει προσήκοντα, τὰ δὲ προοίμια καταφορικὰ, ὑπερβολὴν ἔχοντα πολλὴν κ. τ. λ.* Vnde admonuit doctiſſimus *Marklandus*, aliquid huiusmodi ſubeſſe: ſcil. *κεφάλαια δὲ, τὰ τῇ ξάσει προσήκοντα, τάδε· τὰ δὲ προοίμια* etc. Hucvsque enim v. 20. h. p. de *Statu* diſſeruerat: Iam ad *Prooemia* explicanda accingitur. TAYLOR.

25. *ὑπερβολὴν.*] *τετέξιν, αὐξητικά.* Sed *περιβολὴν* pene malim, de qua vide *Hermogenem.* *ὑπερβολὴν* Cicero *ſuperlationem*, nonnulli *exceſſum* vertunt. WOLFIVS.

Ibid. *περιβολὴν*, qua voce tantopere delectabatur *Wolfius*, vt eam, non alteram, lectionem interpretatione donaret, habent MSS. quibus vſi ſunt *Aldus*, *Manutius* et *Felicianus.* TAYLOR.

513. 8. *ἐὰν — ἀδικῆνται.*] *ἐὰν — ἀδικῶνται.* MARKLAND.

11. *αἰσχρεργίας.*] *αἰσχρολογίας* MSS. *Ald.* cum *Vindob.* et marg. *Par.* vbi etiam hic locus ita legitur: *λέγεται γὰρ ὕβρις ἡ δι' αἰσχρολογίας γινομένη. λέγεται ὕβρις καὶ ἡ διὰ λόγων. λέγεται πάλιν ὕβρις καὶ ἡ διὰ πληγῶν.* TAYLOR.

pen. *Ορος κ. τ. λ.*] Vix habeo neceſſe admonere lectorem, haec non continuari orationis filo, (cum ſupra explicatum ſit, quid intellexerint Rhetores per *Ορον κατὰ σύλληψιν.* Vid. pag. 512. 16.) verum adſuta

futa eſſe ex notula *noui* alicuius Magiſtri, qui et rhetoricas ſuas quisquilias huic loco adleuit. Abſunt a *Vindob.* Iuxta etiam habeo et id quoque notare, et exitum huius argumenti in nonnullis Editt. conglutinari cum Scholiorum initio; et in nonnullis, puta in *Pariſina*, adhaereſcere etiam quaedam, quae *Wolfius* nulla cum lectoris iniuria plane omiſit. Pro v. vlt. λέγεται δὲ ἔτως, maluit praeſtantiſſimus *Marklandus* λέγεται δὲ ετος, vti pag. 509. 22. ὅρον κατὰ σύλληψιν. ἔστι δ' ετος. Deinde 514. 3. delet punctum poſt παράδειγμα. παράδειγμα ὁ στρατηγὸς (ἔστιν ſc. ſubintellecto) ne caſus ille, quem *rectum* vocant, ὁ στρατηγὸς, verbo ſuo deſtituatur. v. 4. h. p. quoque leges cum MSS. *Lambini* τὴν παρακαταθῆσαν. Sed de his ſatis. Aliquando *Demoſthenem* ipſum dicentem audiamus. TAYLOR.

WOLFII ET TAYLORI ANNOTATIONES AD ORATIONEM DEMOSTHENIS IN MIDIAM.

Pag. 514. 4. ἐγὼ δ', ὅπερ ἂν ὑμῶν ἕκαστος καὶ ὑβρισθεὶς προείλετο πρᾶξαι] Τὸ καὶ aut abundat, aut deeſt participium aliquod, cuiusmodi ſit προπηλακισθεὶς (aut πληγεὶς) καὶ ὑβρισθεὶς. Sed rectiſſime legi videtur: ἐγὼ δ', ὅπερ ἂν καὶ ὑμῶν ἕκαστος ὑβρισθεὶς κ. τ. λ. WOLFIVS.

Ibid. Edidi iuxta *Wolfii* certiſſimam emendationem, cui ſuffragantur MSS. *Aug. Ven. Bar.* TAYLOR.

515. 9. καὶ δίκην ἅμα βαλόμενοι κ. τ. λ.] *Wolfii* verſio, quanquam mentem auctoris tetigit, eſt contorta nimis, ideoque ſubobſcurior. Dilucidior et felicior multo Italica: *Parte percioche — e parte perche voleua-*

voleuano far vendetta dell' altre cose, nelle quali l' haueano visto insolente, maluagio, e non piu supportabile. Pro ὧν ἐπὶ τῶν ἄλλων, v. 10. ον ἐπὶ τῶν ἄλλων quibusdam non displicet. TAYLOR.

515. 15. χρήματ' ἐξόν.] Distingue: πολλὰ μὲν — χρήματ', ἐξόν μοι λαβεῖν, ὥστε μὴ κατηγορεῖν, ἃ λαβών. MARKLAND.

18. ἃ δ' ἐν ὑμῖν κ. τ. λ.] Aut ἀπὸ κοινῆ repetendum ὑπομείνας, aut ἐλλειπτικὸν est, aut fortassis addendum προελόμενος. WOLFIVS.

Ibid. Nihil horum: neque deest quidquam, nisi verbum substantiuum, et distinctio: ἃ δ' ἐν ὑμῖν (ἐστι) μετὰ ταῦτα, ἔστιν ὑπόλοιπα, *quae vero in vobis deinceps sita* sunt, ea *restant;* hoc est, quod superest, iudices, a vobis dependet. Et rationem reddit proxime sequens sententia. Vel poni potest comma post ὑμῖν. Εν ὑμῖν, *in vestra potestate:* vt p. 586. 25. MARKL.

19. ὅσῳ γὰρ.] Istud γὰρ restituit *Wolfius.* Deest in *Ven. Bar. Reg.* α. et *Aug.* Verte autem: *quanto pluribus iste molestias concitauit et denunciauit.* TAYLOR.

27. παρανόμων.] παρανόμων non est *violatarum legum*, sed, vt Interpres *Italus* felicius vertit, *di leggi mal poste.* Quod semel adnotasse sufficiat. TAYLOR.

516. 8. εἰσέρχομαι.] Neque vim huius locutionis, neque totum loci tenorem cepit, saltem non expressit, Interpres *Latinus:* Vbique praestat *Italus*, omnium, quos vidi vnquam, felicissimus: *Oltre ch' io vengo nel giudicio con quella condannagione, la quale il popolo per queste cose isdegnato et adirato ha fatto, non dubiterò anco di recorrere a i prieghi.* Scilicet *praeiudicium* tulit Populus contra Midiam in aede Bacchi congregatus, quod nunc Demosthenes *in iure* persequitur. TAYLOR.

25. τοιῦτο.] Sic *Wolfius* pro τοῦτο Aldi, *Manutii*, aliorum: τοιοῦτο Cod. optimus *Reg.* α. et *Vindob.* τοιοῦτό τι

τό τι *Baroc. Aug.* Verum, vt *Fabricius* recte obseruauit, tum μηδὲν erit omittendum. Proxime fortasse v. 27. monente Viro eruditissimo, cui tantum debet lector, τὰ φαινόμενα αὑτῷ, *sibi* scilicet. TAYLOR.

517. 3. εν Πανδιονι.] F. εν Πανδιοις, τοῖς Διασίοις, vt habet *Pollux* et *Hesychius*: Πάνδια, ἑορτὴ Αθήνησι. Quod si displicet, lege Πανδιονιοις; vt sit Festum in honorem Pandionis. Πανδίαν dici Lunam, παρὰ τὸ πάντη ἰέναι, vt et Solem Πανδίονα, quasi πάντη ἰόντα, vt et Υπερίονα, παρὰ τὸ ἐπάνω ἰέναι: etsi non inepta coniectura est, tamen quem certum auctorem ex veteribus habeat, scire velim. WOLFIVS.

Ibid. τη υστεραια εν Πανδιοις. *Postridie Iouialia.* An vero τῇ ὑστεραίᾳ τῶν Διονυσίων ἐν Πανδίοις, vt Pandia secuta proxime sint τὰ Διονύσια? Quod si Διόνυσος Sol est, cui medius inter Planetas orbis assignatur, (etsi Veteres Lunam illi proximam fecerunt) haud male eius Festum sequeretur Festum Lunae τῆς Πανδίας. Auctor ipse τῇ ὑστεραίᾳ ἐν Πανδίοις interpretatur μετὰ τὰ Πάνδια. IDEM.

Ibid. Ex sequentibus paulo post verbis eiusdem *Demosthenis* videtur legi debere τῇ ὑστεραίᾳ τῶν Πανδίων, i. e. *postridie ludorum Iouialium.* Nam sic haec verba legis explicat, ἐν Διονύσῳ μετὰ τὰ Πάνδια. Hoc Festum, si *Suidae* fides, fiebat post Dionysia, magna, vt puto, et sic incidebat in decimum octauum Elaphebolionis diem. Sed timeo, ne *Suidas* id acceperit ex hoc loco *Demosthenis*, et, eo quod ait ἐν Διονύσῳ, eum putasse id intelligendum esse de Festo Liberalium. Sed aliud est: nam intelligendum est de loco, non de tempore; ἐν Διονύσῳ, supple ἱερῷ, vel τεμένει, et sic intelligit *Scholiastes.* De hoc Festo sic loquitur *Etymologicum magnum*: Πάνδια, ἡ ἑορτὴ Αθήνησιν ἀπὸ Πανδίας τῆς Σελήνης, ἢ ἀπὸ Πανδίονος, ὃς καὶ ἡ Φυλὴ ἐπώνυμος, ἢ ὅτι τῷ Διὶ ἄγονται τὰ Πάνδια. De Luna et Pan-

Pandione fruſtra eſt, nam ſine dubio dicuntur Πάνδια, vt Παναθήναια. Sed donec aliunde lux affulgeat, ſequendus eſt *Suidas;* nam et quae ſequuntur apud *Demoſthenem*, nihil contrarium tinniunt. PALMERIVS.

517. 3. Nugantur certe Codd. qui legunt ἐν Πανδίονι, vt ſunt *Aldini*, *Regii*, *Vindob.* et *Venetus.* Nam optime emendat ἐν Πανδίοις, vel τῶν Πανδίων, (id perinde erit, τῇ ὑστεραίᾳ τῶν Πανδίων, *poſtridie primi Iouialium*, vel τῇ ὑστεραίᾳ ἐν Πανδίοις, *die ſecundo in Iouialibus*) praeter *Wolfium* et *Palmerium*, praeſtantiſſimus *Lambinus.* Nugantur quoque Scriptores veteres, de Sole et Luna, et conſimili farina: inter nugaciſſimos autem non immerito *Vlpianum* noſtrum pono. Nugatur denique *Wolfius* de Feſto Pandionis, et de Iouialibus poſtridie Liberalium celebratis. Πάνδια, alio nomine, Διάσια, erant Iouis ſacra, et dicuntur eodem more, quo Παναθήναια, Παντώνια, Παμβοιώτια, Πανελλήνια. Vid. *Poll.* VI. 37. Verum quia noſtra explicatio huius tetrici loci ſupponit, eadem eſſe Πάνδια, de ea re primo diſpiciamus. Nemo mecum contenderit, alia fuiſſe, qui *Thucydidem* legerit, I. 126. Vbi memoriae proditur, Cyloni fuiſſe Delphis reſponſum, vt Athenarum arcem occuparet τῇ τοῦ Διὸς τῇ μεγίστῃ ἑορτῇ, *in celeberrimo et frequentiſſimo Iouis die feſto:* (fuiſſe autem τῶν Πανδίων celebriorem, cum nempe Ioui πανδημεὶ et lautiſſime ſacra faciant, quis dixerit?) Ille ratus, oraculum ad Olympia alludere, dum ea agebantur, facinus aggreditur, non animaduertens, fuiſſe Athenis Διάσια, ἃ καλεῖται Διὸς ἑορτὴ Μειλιχίῳ μεγίστη, ἔξω τῆς πόλεως, ἐν ᾗ πανδήμει θύουσι, et quae apud *Thucydidem* ſequuntur. Eadem ſunt ergo Πάνδια et Διάσια. Proximum eſt, vt videamus, quomodo cum Liberalibus temporis ratione conſpirent. Liberalia magna, antiqua, ſiue Antheſteria, de quibus hic agitur, celebrabantur Athenis Menſis

sis Antheſterionis diebus vndecimo, duodecimo et decimo tertio. Proximus dies *legitimus*, quo Κυρία Ἐκκλησία, siue Senatus *ordinarius*, *ſtatiuus* et *lege inſtitutus* habebatur, is erat, vt ex Faſtis Atticis diſcimus, eiusdem menſis dies 24. siue Ἀνθεστηριῶνος Φθίνοντος ἑβδόμη. Sequeretur itaque, quod pridie iſtius Senatus agerentur Διάσια, siue Πάνδια, cum Lex, quam hic adducit *Demoſthenes*, cogat τὸς Πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν ἐν Διονύσῳ τῇ ὑστεραίᾳ τῶν Πανδίων, vel, vt ipſe perinde explicat, ποιεῖν ἐκκλησίαν μετὰ τὰ Πάνδια. Iam eo menſe, et quidem eo menſe exeunte, agi Πάνδια, siue Διάσια, aliunde diſcimus. Διάσια, Ἀθήνησιν ἑορτὴ Μειλιχίῳ Διὸς, μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος Φθίνοντος. σχ. *Ariſtoph. Nub.* 407. Cauit igitur Lex, vt de iis, quae acciderunt in Liberalibus, (diebus ſc. Antheſterionis menſis 11. 12. et 13.) quaeſtio haberetur proximo die legitimo ſenatus habendi, ſc. eiusdem menſis die 24. TAYLOR. Theodoret. de Martyr. et Sacrif. TAYLOR in ſchedis.

517. 24. ἐν Πειραιεῖ.] Cum tria ab Athenienſibus celebrarentur Liberalia, ſc. (1) τὰ ἐν ἀγροῖς, vel τὰ Ληναῖα, menſe Poſideone, (2) τὰ ἐν ἄστει, quae Elaphebolione, et (3) denique magna et antiqua, quae et Ἀνθεστήρια et ἐπὶ Λίμναις, menſe Antheſterione, (quorum de numero, diſtinctione et celebritate minima eſt hodie, aut potius nulla, apud doctos controuerſia) et cum tria haec feſta Euegori noſtri rogatio complecti velle videatur; quaeritur potiſſimum, quo pacto conciliemus *Antheſteria*, siue *Limnaea ſacra*, cum *Piraeenſibus*, nam de reliquis duobus nulla oriri poteſt ſuſpicio, ὅταν ἡ πομπὴ — ἐν Πειραιεῖ — καὶ ἐπὶ Ληναίῳ — καὶ τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις. *Petitus*, vir ad emendandum minime natus, *LL. Attic.* p. 117. nouae editionis, legit: ὅταν ἡ πομπὴ ἢ τῷ Διονύσῳ, ἢν πεζαῖσι, καὶ οἱ κωμῳδοὶ καὶ οἱ τραγῳδοὶ, rationemque

que adducit aeque duram et coactam, atque est emendatio ipsa. Vir illustrissimus *Ezech. Spanhemius* ad *argum. Ranar. Arisoph.* auguratur, sacra haec Anthesteria fuisse aliquando ab vrbe Piraeum translata, nempe post exstructum in ea regione Dionysii Theatrum. Quod certe non longe a vero abest. TAYLOR.

517. 26. πομπῃ.] ἐπὶ Ληναίῳ πομπῇ, vt sit adiectiuum, ἡ Λήναιος πομπή. Sin, vt alii habent, καὶ ἐπὶ Ληναίῳ πομπὴ recto casu, erit subintelligendum ὅταν ἡ πομπὴ ἐπὶ Ληναίῳ, forte ἐπὶ Ληνοῖς, ad torcularia, καὶ ὅταν ὦσιν οἱ τραγῳδοί. WOLFIVS.

Ibid. Placent *Wolfii* δεύτεραι Φροντίδες. πομπῇ quidem in dandi casu est lectio *Aldina*, Codd. item *Parisinorum*, praeter α. et ε. Sed lectionem, quam recepimus, confirmat erudita antiquitas. Λήναιον enim erat δῆμος Atticus, sed incertae tribus. Illud testantur *Stephanus* et *Hesychius*.

Αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν, ἐπὶ Ληναιῳ τ' ἀγών.

Arisoph. Acharn. 502. Cuius Scholiastes: Ὁ τῶν Διονυσίων ἀγὼν ἐτελεῖτο δὶς τὸ ἔτος, τὸ μὲν πρῶτον, ἔαρος ἐν ἄστει — τὸ δεύτερον ἐν ἀγροῖς, ὁ ἐπι Ληναιῳ λεγόμενος. TAYLOR.

pen. καὶ ὁ Θαργηλιων τῃ πομπῃ.] F. καὶ τῶν Θαργηλίων τῇ πομπῇ. Suidas: Θαργήλια ἑορτὴ Ἀρτέμιδος, καὶ Ἀπόλλωνος, Θαργηλιῶνι μηνὶ ἀγομένη. Quem consulito. WOLFIVS.

Ibid. ὁ Θαργηλιὼν Editt. superiores, cum Cod. *Vindob.* Θαργηλιῶνος MSS. α. β Scripsit procul dubio Auctor perinde, vt *Wolfius* emendauit, qui *Lambinum* nactus est consentientem, καὶ ἐν τῇ Θαργηλίων πομπῇ, Codicemque item *Italicum*, ἐν Θαργηλίων πομπῇ. TAYLOR.

Ibid. Notes hic dici, in Thargeliorum solennitatibus eandem legibus dari securitatem, quae in Dionysiis dari solebat; idque confirmat *Antipho* Orat. περὶ χο-

ρὶ χορευτῆ. Επειδὴ χορηγὸς κατεςάθην εἰς Θαργήλια, τὸν χορὸν συνέλεξα ὡς ἐδυνάμην ἄριςα, ἔτε ζημιωσας ἐδένα, ἔτε ενεχυρα βίᾳ φερων, ἔτ' ἀπεχθανόμενος ἐδενί. TAYLOR.

517 vlt. μητε εξεῖναι.] Lego: μη ἐξεῖναι μήτε ἐνεχυράσαι μήτε λαμβάνειν ἕτερον ἑτέρε, ic. κτῆμά τι. Sicut ipse Auctor declarat: ἢ καὶ ἀλλ' ὁτιῶν τινὸς λαμβανόντων, ἢ βιαζομένων. Nili ponatur ἀντὶ τῆ ἐπιλαμβάνεσθαι, *ne quis alteri manus iniiciat.* WOLFIVS.

Ibid. μήτε ἐξεῖναι *Ald. Par.* μὴ *Ven. Vindob.* μήτε ἐξεῖναι ἐνεχυράσαι *Bar.* μή τι ἐνεχυράσαι μήτε λαμβάνειν *Ital.* Mox p. 518. 3. cum omnibus fere libris et ſcriptis et impreſſis ἐὰν δέ τις τέτων τι παραβαίνῃ, non τι τέτων τις. TAYLOR.

518. 4. προβολαι αυτε εσωσαν.] F. κατ' αὐτῆ. WOLFIVS.

Ibid. Coniecturam *Wolfii* nulla ſcriptura munitam reiecimus. Noſtro enim more loquitur *Xenoph. Hiſt. Gr.* l. 1. fin. οἵτινες τὸν δῆμον ἐξηπάτησαν, προβολας αυτων εἶναι. Cod. *Ital.* προβολαὶ αὐτῶν ἔσωσαν. αὐτῷ *Lindenb. Vindob.* et *Reg.* α. Mox reſtituimus εν τῇ ἐκκλησίᾳ ex *Ald. Ven. Baroc. Lind. Paris.* et *Ital.* TAYLOR.

9. κατὰ τῶν etc.] Ita emendamus ex diuinatione *Lambini*, atque auctoritate Cod. *Italici.* Vid. pag. 523. 10. κατὰ τῶν παρὰ τὴν ἑορτὴν *Baroc.* Vulgo περὶ τῶν κατα τὴν ἑορτήν. Friget hic Verſio Wolfii, *de iniurioſis.* Aliter Italus: *Conſiderate — che nella prima legge eſſendo l' accuſa di quelli che nella feſta commeton male, in queſta* etc. TAYLOR.

10. βιαζομένων] *vim faciunt.* Haereo. Fortaſſe, *quiduis alienum capiunt*, *aut* capere conantur. Iterum ita expone pag. 527. 10. TAYLOR.

pen. τρίτον ἔτος τετὶ.] *tertio abhinc anno* Wolfius. Melius Italus: *queſtri tre anni.* Pro τρίτον non-

nulli MSS. τέταρτον, nonnulli τρίτον ἢ τέταρτον, quod posterius certe enatum est ex varia lectione. TAYL.

519. 8. μάλις'.] Restitui ex Editt. *Fel. Man. Lutet.* et MSS. *Baroc. Obsop. Ital.* et *Vindob.* TAYLOR.

15. ἀφεθῆναι τῆς χορείας.] Sub. ὥστε στρατεύεσθαι. Hoc malo, quam τῆς στρατείας. WOLFIVS.

Ibid. στρατείας habent *Fel. Ven. Bar. Bodl. Ital. Vindob.* et scholiastes *Vlpianus*. In marg. *Benenati*: γρ. μὴ ἀφεθῆναι τῆς στρατείας ἠνώχλησεν, et, ἀφεθῆναι τῆς στρατείας ἐκώλυσεν. Lambinus coniicit, locum ita esse legendum: ἢ τὰς χορευτὰς κωλύων ἀφεθῆναι τῆς στρατείας, ἡμῖν ἠνώχληκεν, ἢ προβαλλόμενος κ. τ. λ. Non inscite hunc locum explicat Scholiastes, si στρατείας legas. Nimirum eo tempore, quo haec fiebant, equitatui praefectus erat Midias: eaque auctoritate fretus chorum Demosthenicum ad militiam adegit, licet istius rei immunitatem nactus esset ratione muneris, quod tum gerebat. Εθος ἦν, τὰς τῷ Διονύσῳ χορεύοντας μὴ στρατεύεσθαι τοῦτον τὸν χρόνον. ὁ τοίνυν Μειδίας ἠνάγκαζεν αὐτὰς ἐξιέναι, καὶ ἐκ εἴα τῆς στρατείας ἀφίεσθαι. Vlpian. Προβαλλόμενος hic male a *Wolfio* vertitur *lacessendo*, cum debuit vtique *sese offerendo*. vid. *H. Vales.* ad *Harpocr.* pag. 70. alieniore quidem sensu, quam quo saepius in hac oratione occurrit προβάλλεσθαι. v. Petit. LL. AA. L. VIII. tit. II. TAYLOR.

24. ἔστι δὲ ὑπερβολή.] ἀντὶ τοῦ ὑπερβάλλοντά ἐστι τῇ πονηρίᾳ. Si addas negationem, ἐκ ἔστι δ' ὑπερβολή, αὐξητικώτερον ἔσται. Sed non opus est mutatione, cum et haec bona lectio sit. WOLFIVS.

Ibid. *Lambinus* legit ὑπερβολὴ τούτων τὰ μετὰ ταῦτα, vel ὑπερβολὴ ταῦτα, ἃ μέλλω etc. Verum proba lectio esse potest, τῶν μετὰ ταῦτα. Vide pag. 547. 24. et pag. 550. 10. TAYLOR.

519. vlt.

519. vlt. τέως ἂν χρησθῇ.] ἀντὶ τοῦ ἕως ἂν τις αὐτῇ ἐν τῇ ἑορτῇ χρήσηται. Το χρησθῇ passiue capitur. Sub. ἡ ἐσθής. WOLFIVS.

Ibid. Non subintelligendum est ἡ ἐσθὴς, sed ἐκεῖνος, ante χρησθῇ. et Actiue, non *Passiue*, capiendum χρησθῇ: *quam diu* ille ea *vsus fuerit*. Vide ipsius *Wolfii* versionem: nam in hac notula sibi ipse contradicit. MARKLAND.

520. 12. ἠγωνίσμεθα.] ἠγωνισάμεθα *Bar. Aug. Vindob. Ital. Regg.* et *Vlpianus*. TAYLOR.

19. τὰ δημόσια.] Vide, ne fallaris. τὰ παρασκήνια τὰ δημόσια coniunge, non τὰ δημόσια κακά. WOLFIVS. Pone igitur distinctionem post δημόσια. τὰ παρασκήνια φράττων — ἰδιώτης ὢν τὰ δημόσια, κακὰ etc. TAYLOR.

24. δικαιοτάτους.] Plenius MSS. fide dignissimi: δικαιοτάτους καὶ πιστοτάτους *Ven. Baroc. Aug.* TAYL.

26. προσδιαφθείρας.] F. προδιαφθείρας τοίνυν τοὺς κριτὰς τῷ ἀγῶνι τῶν ἀνδρῶν, id est, τοὺς κρινοῦντας περὶ τοῦ ἀγῶνος (ἢ τὸν ἀγῶνα) τῶν ἀνδρῶν, vt sit phrasis, τινὰ κριτὴν εἶναι ἀγῶνί τινι, ἀντὶ τοῦ τοῦ ἀγῶνος. Sin προσδιαφθείρας, expono, διαφθείρας τοὺς κριτὰς πρὸς τῷ ἀγῶνι τῶν ἀνδρῶν, hoc est, τοὺς κριτὰς καὶ τὸν ἀγῶνα, vt referatur ad chorodidascalum. Fuerunt autem χοροὶ παίδων καὶ ἀνδρῶν. WOLF.

Ibid. Male hic se gessit bonus *Wolfius*. Προδιαφθείρας ferri non potest, et προσδιαφθείρας pessime ab illo exponitur. Miror haesisse in *adnotationibus*, qui in *interpretatione* feliciter se expediuit. *Italus* etiam: *Hora hauendo egli* oltre all' altre ingiurie *corotti i giudici de i giuocatori huomini*. Obseruabit lector in marg. Edit. *Benenat.* a *Lambino*, atque etiam ab *Vlpiano* hic legi τοὺς κριτὰς τῶν ἀγωνιστῶν ἀνδρῶν. vti etiam *Ferrum* Italum vertere vides. Modo v. pen. reposui νενεανιευμένοις pro νεανιευομένοις, ex auctoritate *Baroc.*

Bodl. Reg. α. et *Lamb.* a qua lectione non procul absunt Editt. *Felic.* et *Lutet.* τοῖς ἑαυτῶν νεανιευμένοις. TAYLOR.

521. 13. ἔσχον.] Ita restitui pro ἔχον, confirmantibus omnibus Editt. et MSS. Marg. *Par.* ἦγον. TAYLOR.

17. ἠδίκει.] *Baroc.* qui cum optimo *Aug.* feliciter conspirat, κἀκείνης ἠδίκει τοτε, καὶ νῦν ἐμέ. Mox etiam v. 19. πάντων ἂν τουτων ἀθρόων. TAYLOR.

27. επαρχος.] Alias nomen τῆ δήμῳ solet addi. Hoc aliud cognomen esse videtur. WOLFIVS.

Ibid. Mihi potius videtur esse nomen pagi, vel corrupti, vel cuius alia memoria intercidit. Mox recte restituit *Wolfius* ἔχω pro ἔχων Editorum. TAYLOR.

522. 16. ὑπὲρ.] Omnino περι. saepissime hae voces confundi et misceri inter se solent. TAYLOR.

18. ὅτι.] Restitui ex *Manut.* et *Felic.* Codd. *Regg. Baroc. Ital. Obsop. Vindob.* et *Aug.* Proxime, v. 19. praestantior multo est lectio *Ven. Bar. Bodl. Aug. Ital.* κωλύσων. TAYLOR.

24. αὐτὸς.] Ita, adnuantibus *Ald. Ven. Baroc. Vindob. Lindenb. Aug. Ital. Lambino* et *Wolfio.* Vulgo αὐτός. TAYLOR.

523. 5. προβάλλεσθαι.] προβαλέσθαι marg. *Benenati* et *Aug.* Melius. TAYLOR.

14. μὴ.] *Reg.* α. τῆ δεῖναι δίκην sine μὴ. Vide, annon praestet. Haereo tamen. Totam vero hanc periodum ita melius cum *Italo* interpreteris: *Percioche del reo, e di chi ha peccato, e officio riprouando il presente giudicio, dire che bisognaua, ch' ei fosse stato ad altro tribunale chiamato.* TAYLOR.

21. περὶβαλόμην.] Ex *Ald. Ven. Bar. Fel. Man. Par. Aug.* pro περὶβαλλόμην vulgata. TAYLOR.

523. 22. ἐπὶ τῶν ἰδίων.] Publicorum criminum multam ad remp. priuatorum ad accusatorem rediisse, locus hic docet. WOLFIVS.

26. ἐνέγκαί μοι.] Variant Codd. ἐνέγκαιμι, ἐνέγκοιμι, ἐνεγκαίμην, quarum lectionum vtram praetuleris, pro τᾶτ' v. 25. legendum erit τάτε, vt *Wolfius* vidit. Videtur autem praestantissimo *Marklando* recepta lectio bene posse constare. TAYLOR.

pen. τάτῳ.] Iucundius paulo, et suauius, *Lind. Vindob. Obsop.* et *Ital.* ὅτι ἐκείνῳ πολεμῶ, διὰ τοῦτο με ἀναιρήσετε; TAYLOR.

524. 2. ἔχει.] *Wolfium* in interpretando vides sequi lectionem *Aldinam* ἔχοι, quae tamen improbanda est. TAYLOR.

7. ἀδικήσασιν.] Ita ex MSS. *Vindob. Bar. Bodl. Aug. Ital. Reg.* α. Editi ἀδικήμασιν, male: ἀδικᾶσιν habet σχ. *Hermog.* pag. 88. TAYLOR.

22. κακηγορίας.] Vix moneo, olim legi κατηγορίας, et istud tueri Codd. Leuis ea emendatio, et quam praeripuit *Wolfius*. Eleganter tamen legi moneo in *Ven. Bar. Aug. Ital. Vindob.* δίκην κακηγορίας ἰδίαν φεύξεται. vti v. vlt. ἰδίᾳ ὑπόδικος, et 525. 4. ἰδίᾳ καὶ δίκην. Vide etiam pag. praeced. v. 17. et 22. TAYL.

26. καὶ πάλιν.] *Lambinus* legit: καὶ πάλιν γε εἰ τὸν ἄρχοντα, ταὐτὸ τᾶτο. TAYLOR.

525. 1. ἀλλὰ.] ἀλλὰ καὶ περὶ πάντων Edit. *Lut.* et Codd. *Aug.* et *Vindob.* Quod vnice verum est. TAYLOR.

3. ἐν ἄλλαις.] Istud ἐν ex *Vindob. Baroc. Aug. Ital.* et Edit. *Parisina.* Absorptum erat nempe in praecedenti μέν. TAYLOR.

6. πάνθ' ὅσα.] Vidit *Wolfius*, haec similiter dici, ac si scripsisset, ἐν πᾶσιν, οἷς ἠδίκησεν, sed non vidit, saltem in Interpretatione non hoc significauit quanta cum contentione et δεινότητι haec dicerentur.

Si ἠδίκησε χορηγὸν ὑμέτερον, si istud fecerit ἱερομηνίας ἔσης, si denique ἠδίκησε cum ὕβρει, si πάνθ', ὅσα ἠδίκησεν, ὑβρίσας φαίνεται. TAYLOR.

525. καὶ οἱ ταύταις.] καὶ τὸ ταύταις *Bar. Lind. Aug. Ital.* καὶ τοιαύταις *Bodl. Wolfius* coniicit καὶ ἔτι ἐν ταύταις. Erudi nimus autem *Marklandus* καὶ ταυτ' ἐν ταύταις τοῖς ἡμέραις. Vide pag. 538. 14. 18. 26. et alibi saepissime. TAYLOR.

14. πάλαι.] Post πάλαι addendum censet *Lambinus* ἦν ὁ τῶν βιαίων. TAYLOR.

17. ἀπέχρη.] Ita pro ἀπόχρη ex *Vindob. Bar. Obsop. Ital.* et Editt. *Fel.* et *Par.* TAYLOR.

Ibid. σημεῖον δέ.] marg. *Benenati*, τεκμήριον δέ. ἀπόδειξις δέ. Quae, quemadmodum scite obseruauit *Wolfius*, vt et complura alia, scholia potius esse, quam varias lectiones, dixeris. TAYLOR.

18. ἔθεσθε ἱερὸν νόμον.] Post σημεῖον δέ· τεκμήριον δέ, et locutiones similes, sequi solet vox γάρ. σημεῖον δέ· ἔθεσθε γαρ ἱερὸν νόμον. Sic pag. 563. 6. MARKL.

526. 11. εἰ δὲ παροξύναι.] Male haec olim interpungebantur: εἰ δὲ παροξύναι καὶ τοῦτον καὶ πάντας· ἑατέον. Atque adeo ab ipso *Wolfio*, qui tamen recte vertit. Plenius *Bar.* et *Aug.* καὶ τοῦτον καὶ πάντας τοὺς ἄλλους ἑατέον. Iidem deinde Codd. quorum alterum ex altero describi credibile est, pro γενέσθαι v. 16. γεγενῆσθαι, et statim, Πολύζηλος ἐκεῖνος. Porro circa hunc locum vterque Interpres fidem fefellit: ὅσῳπερ ἂν ἧ πλείω καὶ μείζω. Nihil enim hic de Midia et *eius* facinoribus. Sensus est apertus: *Si alios ab* huiusmodi facinoribus, *quae iste allegat esse frequentia, deterreri expedit, ea de causa iste puniendus est, eoque magis,* quo *plura* ea *sint et atrociora*, caetera. TAYLOR.

17. ὀργῇ καὶ τρόπῳ προπετείᾳ, φθάσαι τὸν λογισμὸν κ. τ. λ.] ἁμαρτὼν ἔφησεν φθάσαι τὸν λογισμόν. Sicut paulo post, p. 527. 16. ἃ μὲν ἄν τις ἄφνω τὸν λογισμὸν

γισμὸν φθάσας ἐξαχθῇ τι πρᾶξαι. vtcunque ferri poteſt. Sed quid ſi legas: φθασάσῃ τὸν λογισμὸν, ἁμαρτεῖν ἔφησεν. WOLFIVS.

526. 17. Immo quid ſi cum pluribus et praeſtantioribus Codd. ὀργῇ καὶ τρόπε προπετείᾳ φθασας τὸν λογισμὸν, ἁμαρτὼν επαισεν? Nempe Polyzelus φθάσας τὸν λογισμὸν, vt infra l. c. τις ἄφνω τὸν λογισμὸν φθάσας. φθάσας habent *Reg. ε. Ital.* ἔπαισεν *Bodl. Ital.* vtrumque *Ven. Bar. Aug. Simoni Fabricio*, qui *Auguſtanum* Cod. contulit, magis placere video ἔπταισεν. TAYLOR.

20. ἐξιν.] Cl. *Marklando* arridet ἔνεξιν, vt p. 527. 12. ἐκ ενεξας αὐτῷ λόγος. et 17. δι' ὀργήν γ' ενι φῆσαι πεποιηκέναι. TAYLOR.

pen. ταὐτὸ τᾶτο.] Diſtingue poſt τᾶτο hoc modo: ταὐτὸ τᾶτο, ἰδίᾳ διαλυσάμενος, vti pag. 524. 27. καὶ πάλιν γε τὸν ἄρχοντα, ταὐτὸ τᾶτο, ἐὰν μὲν κ. τ. λ. ταὐτὸ τᾶτο, *eodem prorſus more*, ſubintellecto ſc. κατὰ, non *de ea ipſa re*, vt *Wolfius* male vertit. MARKL.

527. 11. λέγοντι.] λεξοντι, *dicturo*. MARKLAND.

20. ἐ μόνον δήπε κ. τ. λ.] *Wolfius* interpretatur, perinde ac ſi legiſſet, ἐ μόνον δήπε τᾷ μετ' ὀργῆς ἀπέχει, ſine μή. Verum vtrouis modo recte dicitur: quemadmodum et p. 523. 15. more Attico additur negatiua, et p. 570. 22. Ea autem, quae modo praecedunt, Tu accuratius diſtinguas: ἃ δ' ἂν ἐκ πολλᾶ, συνεχῶς, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, παρὰ τὰς νόμες, etc. Haec cum vocis contentione et membratim pronunciata, mirum quantam vim et grauitatem orationi concilient. TAYLOR.

27. ὕβρει.] MSS. nonnulli ὕβριν. Videtur ergo olim lectum fuiſſe, vt admonuit marg. *Benen.* δι' ὕβριν. TAYLOR.

528. 1. ἂν μὲν ἑκὼν.] ἂν μὲν ἑκών τις βλάψῃ *Aug. Baroc.* TAYLOR.

528. 8. ἀνέσεως.] αἰδέσεως Codd. *Regg.* α. β. *Baroc. Lindenbrog. Ital. Vindob.* MSS. *Ald. Man.* et *Felic. Vlpianus* denique scholiastes. TAYLOR.

12. ἂν ἐποίησεν.] ἂν ετ' ἐποίησεν. Ita restitue cum MSS. quamplurimis, *Bar. Vindob. Lind. Aug. Ital.* marg. *Benen.* et σχ. TAYLOR.

19. ὅσον περ.] ὅσον περ δη τῷ ἰδιώτη. *Lindenb. Ital. Vindob.* ὅσον περ αν *Aug.* et *Bar.* qui deinde habent v. 20. ὅσα αν τις βιαζόμενος πρατ]η. Recte. TAYL.

24. δημοσίας δεῖσθαι βοηθείας.] *Reip. velle satisfactum.* Perperam. Vertas cum Italo: *Colui, chi di sua volontà s'è accordato, di priuato, e chi è stato forzato*, di publico aiuto ha di bisogno. TAYLOR.

529. 2. ἐφ' ἑαυτῷ λαμβάνειν.] *iniuriam vendere pecuniâ.* Nihil hic agitur de *transactionibus*, et *litibus cauponandis.* Nihil minus. Dicitur solummodo in causis τῆς ὕβρεως, τιμωρίαν fuisse priuatam, *mulctam* ad *fiscum*, ad *publicum* redire, τὸ τίμημα ἐποίησεν ὅλον δημόσιον. Nihil lucri aut quaestus accedebat dolenti. Quantum interfit inter hunc sensum et interpretationem *Wolfii*! TAYLOR.

7. πράττειν.] ταυτα πράττειν *Baroc.* et *Aug.* Modo pro ἐπέταξεν, v. 8. ἐπέτρεψεν Codd. *Regg.* α. β. *Benen. Ital.* et *Vindob.* TAYLOR.

18. τριακοντα.] εντος τριάκοντα ἡμερῶν, vt *Wolfius* interpretatur, Cod. *Italicus.* TAYLOR.

19. αφ' ης αν η γραφη.] Sub. ἀπενεχθῇ ἢ γένηται. εἰ δὲ μὴ, sub. τριάκοντα ἡμερῶν, ὅταν ἡ πρῶτον οἷόν τε. WOLFIVS. Nonnulli, qui hanc legem laudant, dubium, an casu, an consilio, ita legunt: τριάκοντα ἡμερῶν, ἀφ' ἧς ἂν γραφη. Eruditissimus *Marklandus* censet ante η γραφη consimilem vocem elidi, ἀφ' ἧς ἂν ἢ ἡ γραφή. TAYLOR.

20. εἰ δε μη.] Operae pretium est hanc locutionem illustrare et rationem eius reddere: eo magis, quod

quod video, *Wolfium*, optimum fere Interpretem, et linguae Graecae bene gnarum, in ea lapsum fuisse. Sententia integra haec est: Οἱ δὲ Θεσμοθέται εἰσαγόντων εἰς τὴν Ηλιαίαν [ἐντὸς] τριάκοντα ἡμερῶν, ἀφ' ἧς ἂν [ἢ] ἡ γραφὴ, εἰ μή τι δημόσιον κωλύῃ· εἰ δὲ μὴ, ὅταν ἢ πρῶτον οἷόν τε. *Sexuiri autem actionem danto intra dies triginta apud Heliaeam ab eo die, quo res in iudicium allata fuerit, nisi publicum aliquod impediat: tum vero, cum primum fieri poterit.* *Wolfius* vertit εἰ δὲ μὴ, *tum vero:* in annotationibus autem dicit: εἰ δὲ μὴ, *subintellige* τριάκοντα ἡμερῶν, hoc est, *si vero non* dent actionem intra triginta dies etc. Sed in hoc falsus est vir optimus. Haec enim phrasis, εἰ δὲ μὴ, vel εἰ δὲ μή γε, vel εἰ μή γε, nunquam respicit remotiorem, sed semper proxime antecedentem, sententiam; vt in hoc loco, vbi non refertur ad τριάκοντα ἡμερῶν, sed ad ἐὰν μή τι δημόσιον κωλύῃ, et, licet Negatiua sit, tamen vim habet *Affirmatiuam:* et significat, *si vero publicum aliquod negotium impediat.* Cuius significationis haec est Ratio. Elliptica est, εἰ δὲ μὴ, et plena locutio foret: εἰ δὲ μὴ οὕτως ἔχει, *si vero res non ita se habet.* Iam vero connecte huic ea, quae praecedunt: *Sexuiri actionem danto intra* XXX. *dies, si publicum aliquod non impediat:* εἰ δὲ μὴ, *si vero res* NON *ita se habet, vt publicum aliquod* NON *impediat*, hoc est clare, *si vero publicum aliquod impediat.* Vt igitur εἰ δὲ μὴ *affirmet*, necesse est, vt *Negatiua* sit sententia, quae praecedit. Atque haec est vis huiusce locutionis apud optimos Graecos Scriptores, a quibus defluxit ad Euangelistas. *D. Marcus* II. 22. Οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιοὺς· εἰ δε μη, ῥήσσει ὁ οἶνος ὁ νέος τοὺς ἀσκούς etc. vbi iterum εἰ δὲ μὴ est, *si vero mittit vinum nouum in veteres vtres* etc. eadem, qua prius, resolutione. *Si vero res* NON *ita se habet, vt iste* NON *mittat;* hoc est, *si vero mittit.* Vide *Matthaeum* IX. 17. et *Lucam* V. 36. qui habent εἰ δὲ μή γε, quod idem est. Quod si sententia, quam proxime se-

quuntur haec verba, *Affirmatiua* fit, tunc εἰ δὲ μὴ *Negatiuam* retinet et vſitatam verborum ſignificationem, *ſi vero non*. Cuius non opus eſt vt exempla proferam, quae vbique occurrunt. MARKLAND. Ita Xenoph. Anabaſ. l. IV. ed. Steph. p. 191. 14. τραχὺς ἦν ὁ ποταμὸς — καὶ ἕτω ἐν τῷ ὕδατι ἦν ἔχειν τὰ ὅπλα. εἰ δὲ μὴ, ἦρπαζεν ὁ ποταμός. TAYLOR in ſchedis.

529. 21. καταγνωτε.] Forte καταγνωσθῇ. Prior eſt κατάγνωσις, reum teneri obiecto crimine; poſterior, aeſtimatio mulctae. WOLFIVS.

Ibid. καταγνῶτε eſt lectio Editt. omnium, et Codd. plurium. καταγνῶται *Bar.* pro varia lectione: καταγνῷ marg. *Paris.* καταγνῶτι, alii. Recte hic animaduertit *Wolfius*, agi de binis ſententiis, quarum prior damnabat, altera poenam adiudicabat. Atque ita intelligo locum in parili lege apud *Aeſchinem c. Timarch.* in qua de altera ὕβρεως ſpecie, nempe ea, quae *ſtuprum* deſignat, ſimiliter cauetur. Has duas leges, quia in vtraque περὶ ὕβρεως agitur, et eadem fere ſeueritate verborum, eodem certe ritu et ſolennitate, *Petitus* in vnam miſcet, quem, quia Cl. *Weſſelingo* ſatis poenarum dedit, idcirco dimittam. Ibi legitur: τίμημα ἐπιγραψάμενος, ᾧ ἄν τὸ δικαστήριον καταψηφισθῇ. Corrigunt alii ᾧ ἄν, alii ὅ ἄν. Quibus prior correctio placet, locum prae manibus, prout a *Wolfio* emendatur, habere poſſunt vindicem, ὅτῳ δ' ἄν καταγνωσθῇ. Verum infeliciter ſemper cauſam egit *Wolfius*, quandocunque contra omnes Codd. et editos et MStos diuinationem ſuam obtrudat. Lege et punge mecum: ὅτῳ δ' ἄν καταγνῷ τι ἡ Ηλιαια, τιμάτω περὶ αὐτῷ παραχρῆμα. *Quemcunque in aliqua cauſa condemnauerit Heliaea, ſtatim* etc. Vel potius, ὅτῳ δ' ἄν καταγνῷ ἡ Ηλιαια, cum marg. *Benenati.* Simile quiddam in proxima oratione, p. 595. 24. ὁ νόμος ἐκ ἐᾷ τὴν βουλὴν αἰτῆσαι τὴν δωρεάν, ἐὰν μὴ ποιησητε τὰς

τὰς τριήρεις. Immo ποιῃση certe, nisi corrigendum, vt scribi fere video, ἐὰν μὴ ποιήσαιτο. Quae scriptura mendo in *Demosthenis* Codd. locum fortasse dedit. TAYLOR.

529. 26. εαν δε αργυριου τιμηθῃ της υβρεως.] Sub. ἕνεκα ὁ φεύγων. Alias dicit τιμᾶται τῷ φεύγοντι. WOLFIVS.

Ibid. γρ. τῷ δημοσίῳ, ἐὰν ἀργυρίᾳ τιμηθῇ· τῆς δ' ὕβρεως, ἐὰν ἐλεύθερον κ. τ. λ. marg. *Benenati*. Locum ita ex ingenio refingere vult *Lambinus*: τῷ δημοσίῳ· ὁ δ' ὑβρίσας εἴτ' εἰς ἐλεύθερον, εἴτ' εἰς δοῦλον, ἐὰν μὲν θανάτῳ τιμηθῇ, αὐθήμερον τεθνάτω, ἐὰν δ' ἀργυρίᾳ, δεδέσθω, μέχρις ἂν ἐκτίσῃ. Ακούετε etc. Concinnius multo, sine vlla cautione de vltimo supplicio, cuiusmodi vocum nec vola nec vestigium superesse videtur in Codd. mecum reformabis: τῷ δημοσίῳ. ἐὰν δὲ ἀργυρίᾳ τιμηθῇ, δεδέσθω, μέχρις ἂν ἐκτίσῃ. Totam ergo Legem ita ordino: Νομος. Εάν τις ὑβρίζῃ τινά, ἢ παῖδα, ἢ γυναῖκα, ἢ ἄνδρα τῶν ἐλευθέρων, ἢ τῶν δούλων, ἢ παράνομόν τι ποιήσῃ εἰς τούτων τινά, γραφέσθω πρὸς τοὺς Θεσμοθέτας ὁ βουλόμενος Αθηναίων, οἷς ἔξεστιν. Οἱ δὲ Θεσμοθέται εἰσαγόντων εἰς τὴν Ηλιαίαν [ἐντὸς] τριάκοντα ἡμερῶν, ἀφ' ἧς ἂν [ἡ] ἡ γραφή, ἐὰν μή τι δημόσιον κωλύῃ, εἰ δὲ μή, ὅταν ἡ πρῶτον οἷόν τε. Οτῳ δ' ἂν καταγνῷ ἡ Ηλιαία, τιμάτω περὶ αὐτοῦ παραχρῆμα, ὅτῳ ἂν δόξῃ ἄξιος εἶναι παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι· (Οσοι δ' ἂν γράφωνται γραφὰς ἰδίας κατὰ τὸν νόμον [τοῦτον,] ἐάν τις μὴ ἐπεξελθῇ, ἢ ἐπεξιὼν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ἀποτισάτω χιλίας δραχμὰς τῷ δημοσίῳ) ἐὰν δὲ ἀργυρίᾳ τιμηθῇ, δεδέσθω, μέχρις ἂν ἐκτίσῃ. Ita vero interpretor: LEX DE CONTVMELIIS. *Quicunque contumelioſe tractauerit liberum vel ſeruum, liberam ſeruamue, publice de eo cognoſcitor. Si damnas fuerit, ſecundis ſententiis ſtatuito, quid luendum* [corpore], *aut ſoluen-*

ſoluendum [aere] *fuerit.* Actionem ὕβρεως publicam eſſe voluit ſapientiſſimus Legislator, vt in hac oratione pluribus contendit Orator noſter: πάνθ', ὅσα τις βιαζόμενος πράττει, κοινα ἀδικηματα, καὶ κατὰ τῶν ἔξω τῆ πράγματος ὄντων ἡγεῖτο ὁ νομοσθέτης — τὸν βιασθέντα δημοσιας δεῖσθαι βοηθείας, διόπερ τὰς γραφας ἔδωκεν απαντι τω βϐλομένῳ. [p. 528. 20.] Γραφέσθω, ait Lex, ὁ βϐλόμενος Αθηναίων, οἷς ἔξεστιν. Eam enim eſſe formulam, ſiue ſolennitatem *publicae* actionis erudite oſtendit *Salmaſius* ὁ μέγας *Obſeruat. ad Ius Attic. et Rom.* C. 7. p. 231. *Haec quippe nota eſt*, inquit ille, *publici iudicii, cum volenti cuilibet licet reum facere illum, a quo non laeſus eſt, ſi modo alterum laeſerit* etc. Idcirco autem publice datur accuſatio, ſaltem omnibus, quibus cauſae dictio eſt, (ὁ βϐλόμενος eorum, οἷς ἔξεστιν) quoniam par eſt, exiſtimare, crimen ad omnes pertingere, Remque publicam, non eum ſolummodo, qui contumeliam perpeſſus ſit, in eo laedi. Vt recte *Vlpianus*: εἰ πᾶσιν ἔξεστι κατηγορεῖν τῆ ἀδικῆντος, πρόδηλον, ὅτι κοινὸν ἁπάντων ἔγκλημα καὶ δημόσιον ἀδίκημα. Interea tamen ſi ille ipſe, cui facta ſit iniuria, eam perſequi velit, pergit Lex, ſiue potius diuertitur, modumque agendi circa eam rem quaſi *interlocutorie* definit: *Si priuatus quispiam iniuriam ſibi factam conqueſtus fuerit iuxta legem hanc, eamque aut non perſecutus fuerit, aut perſecutus quintam ſuffragiorum partem non tulerit, is mille drachmis damnas eſto.* Potuit nempe de contumeliis et *publice* agi, vbi ſcil. accuſabant Reip. gratia οἱ ἔξω τοῦ πράγματος; potuit etiam *priuate*, vbi cauſam egerit ille, qui indoluit. Et in hac fortaſſe parte ceſſabant omnes illae *publici iudicii* ſolennitates, ea priuilegia, quae Reip. cauſa dabantur: δίκη ἰδία inſtituebatur, verum de publico crimine, atque tum demum aerario ſoluebat Actor, ſi quintam ſuffragiorum partem non tule-

tulerit. Ciuitas igitur ad *publicas* actiones de vi et iniuriis hortabatur, ad *priuatas* non item, nam ibi Actori et poena mille drachmarum, si quintae parti Iudicum non persuaserit, atque etiam ἀτιμίας, siue Capitis diminutionis, si verum sit, quod habet *Vlpianus*, erat proposita, ὁ μὴ ἐλέγξας ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀτιμᾶται. Lex ergo, cum modum statuisset inter *publicam* et *priuatam* contumeliarum actionem, *redit*, vnde diuertebatur, nempe ad illud, quod luere aut soluere deberet, qui iudicio teneretur; *Si aere*, inquit, *aestimabitur*, ἐὰν δὲ ἀργυρίᾳ τιμηθῇ, δεδέσθω, μέχρις ἂν ἐκτίσῃ. Addidit nimirum aliquis τῆς ὕβρεως, deinde alius ἐὰν ἐλεύθερον ὑβρίσῃ, ad oras Exemplarium, vtrumque scil. vt admoneatur lector, hoc vltimum comma non spectare ad mille drachmas, quibus teneri potuit Actor priuatus, licet id tamen proxime antecessit, sed ad mulctam ὕβρεως causa, ad iudicium Heliastarum, ad sententiam, si quis ὑβρίσῃ. Deletis igitur otiosis iis vocabulis, restat communis Atticarum legum formula, ἐὰν δὲ ἀργυρίᾳ τιμηθῇ, δεδέσθω, μέχρις ἂν ἐκτίσῃ. Ita *Demosth. c. Timocrat.* ἐὰν δὲ ἄλῳ, τιμάτω ἡ Ἡλιαία, ὅ, τι χρὴ παθεῖν αὐτὸν, ἢ ἀποτίσαι· εαν δε αργυριᾳ τιμηθῃ, δεδεσθω τεως, εως αν εκτιση. p. 733. 14. et rursus: ἐὰν δ' ἅλῳ, τιμάτω ἡ Ἡλιαία περὶ αὐτοῦ, ὅ, τι ἂν δοκῇ ἄξιος εἶναι παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι· εαν δε αργυριᾳ τιμηθῃ, δεδεσθω τεως, εως αν εκτιση, ὅ, τι ἂν αὐτῷ καταγνωσθῇ. pag. 720. pen. TAYLOR.

530. 9. ἐδὲ τέτας ὑβρίζειν ἀξιῶσιν.] Ἀθηναῖοι καὶ τῆς τῶν δήλων προνοοῦντες τύχης ἐνομοθέτησαν καὶ ὑπὲρ δήλων γραφὰς ὕβρεως εἶναι. Ὑπερίδης γοῦν ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου· Λίκιας, φησὶ, ἔθεσαν οὐ μόνον ὑπὲρ τῶν ἐλευθέρων, ἀλλὰ καὶ ἐάν τις εἰς δήλου σῶμα ὑβρίσῃ, γραφὰς εἶναι κατὰ τοῦ ὑβρίσαντος. τὰ ὅμοια εἴρηκε καὶ Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος πρώτῳ, καὶ

τῳ, καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίᾳ. Athen. l. VI. p. m. 134. TAYLOR.

530. 15. ὁ τοίνυν ἀ παρὰ τὸ τοῖς Ἕλλησι] Lego: ὁ τοίνυν ἀ παρὰ τὸν παρὰ τοῖς Ἕλλησι μόνον — ἀλλὰ καὶ τοῖς Βαρβάροις εὖ δόξαντ' ἂν ἔχειν etc. WOLFIVS.

Ibid. Scripturam haud paulo praeſtantiorem ex Editt. et MSS. expreſſimus. TAYLOR.

pen. κνισσᾶν.] τιμᾶν Cod. *Reg.* ε. quod diſplicet noſtro *Wolfio*, vt decebat. Ille tamen coniicit, aliquando legi potuiſſe pro τιμᾶν, θυμιᾶν, vt eſſet Scholion. Hoc quidem eleganter. Caeterum de phraſi hac κνισσᾶν ἀγυιὰς, conſulas *Hellad. Beſantin.* apud *Phot. Biblioth.* cui adiungas haec *Ariſtophanis:*

> Εγώ; πρὸς ἀιθρώπες πέτομαι παρὰ τὸς πατρὸς,
> Φράσσσα θύειν τοῖς Ολυμπίοις θεοῖς,
> Μηλοσφαγεῖν τε βεθύτοις ἐπ' ἐσχάραις,
> Κνισσᾶν τ' ἀγυιάς.
>
> *Aues*, 1230.

> Ω ταῖς ἱεραῖς νήσοις ἐπίκερε, καὶ Φέγγος ἐν Αθήναις,
> Τίν' ἔχων φήμην ἀγαθὴν ἥκεις, ἐφ' ὅτῳ κνισσῶμεν ἀγυιάς;
>
> *Equit.* 1316.

Pluribus contendit *Harpocratio* legendum eſſe apud *Demoſthenem*, non ἀγυιὰς cum graui ſed circumflexe, ἀγυιᾶς, vt ſit pro ἀγυιέας, a recto ἀγυιεὺς, κνισσᾶν non *vicos* et *compita*, ſed *ſtatuas* compitalitias ante fores poſitas. Hominem vide. Cuius tamen criſin refellere videtur Oraculum a *Demoſthene* allegatum in Orat. *c. Macartatum*, iisdem fere verbis conceptum, quibus illud, in quo expoliendo iam exercemur: Καὶ ἀποπέμπειν Αμφικτυόνεσσι περὶ τύχας ἀγαθᾶς, Απόλλωνι Αγυιεῖ, Λητοῖ, Αρτέμιδι, καὶ τας αγυιας κνισσῆν, καὶ κρατῆρας ἱσάμεν etc. p. 1072. 20. Et clariſſime refellit epitheton εὐρυχόρες in hoc Oraculo.

quales

quales enim (Dii boni!) sunt *statuae*, in quibus *lati chori duci possunt?* TAYLOR.

531. 4. ευρυχωρες.] Editt. *Felic. Manut.* et Cod. *Reg.* α. ευρυχορες. Atque ita omnino rescribe, *siue* vocem hanc non pro *spatioso* acceperis, sed pro *loco choreis apto*, vt vel hic sumi possit: *siue* cum Poetis ω magnum in paruum licenter mutaueris: *siue* denique, quae aliorum est sententia, verum maxime improbabilis, χορὸς in hac compositione vim et notionem τῦ χῶρος induerit. *Homerus* certe semper εὐρύχορος. Vid. *Iliad.* B. 498. I. 474. Ψ. 299. Odyss. Δ. 635. Z. 4. Λ. 255. N. 414. O. 1. Ω. 467. [Pausan. Phocic. p. 614. Lucian. T. 1. Not. p. 54. Priscian. col. 554. Salmas. ad Inscr. Herodis et Regillae. Diodor. Vol. I. p. 430. ed. Wessel. Athen. L. XII. p. 536. Callimach. Hymno in Cererem et fragm. Φιλίππε Μεγαρέως εἰς τὸς ἀναιρεθέντας ὑπὸ Περσῶν Θεσπιέας. Ἄνδρες θ' οἵ ποτ' ἔναιον ὑπὸ κροτάφοις Ἑλικῶνος, Λήματι τῶν αὐχεῖ Θεσπιὰς εὐρύχορος. Apollon. Rhod. IV. 42. ἄξεος εὐρυχόροιο. Hoelzlin. ad Ap. Rh. II. 906. Doruille ad Chariton. seu potius Manethon. p. notar. 786. TAYLOR in schedis. Ita apud *Diod. Sic.* l. XI. Οἱ δ' Ελληνες ἐκ τῶν λαφύρων δεκάτην ἐξελόμενοι κατεσκεύασαν χρυσῆν τρίποδα, καὶ ἀνέθηκαν εἰς Δελφὸς, ἐπιγράψαντες ἐλεγεῖον τόδε·

Ελλάδος ευρυχορε Σωτῆρες τόνδ' ἀνέθηκαν,
Δελοσύνης ςυγερᾶς ῥυσάμενοι πόλιας.

Ita Oraculum apud *Herodot.* VII. 220.

Υμῖν δ', ὦ Σπάρτης οἰκήτορες ευρυχοροιο.

Corrige ergo Poetam apud *Plutarch.* in *Theseo* fin.

τὸν ἐν ευρυχωρῳ ποτ' Αφίδνη
Μαρναμενον Θησεὺς Ελένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο
Κτεῖνεν.

et Inscriptionem poculi, quod dicauit Pausanias Lacedaemonius, et memorat *Heracleotes* apud *Athenaeum:*

Μνᾶμ'

Μνᾶμ' ἀρετῆς ἀνέθηκε Ποσειδάωνι ἄνακτι
Παυσανίας ἄρχων Ἑλλάδος εὐρυχόρου
Πόντου ἐπ' Εὐξείνου, Λακεδαιμόνιος γένος, υἱὸς
Κλεομβρότου, ἀρχαίας Ἡρακλέους γενεᾶς.

TAYLOR.

531. 7. καὶ Ἡρακλεῖ] Vel dele καὶ ante Ἡρακλεῖ cum *Reg.* α. vel substitue istam particulam ante Ἀπόλλωνι cum *Ital.* TAYLOR.

12. ἰδίας.] F. ὁσίας. Quis enim *alienas* manus porrexerit? et ἀνίσχοντας. refertur enim ad Infinitiuum.

Casta decent Superos: pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.

WOLFIVS.

Ibid. ἰδίας habent MSti, credo, et editi omnes libri. Ego textum corrigo ad mentem *Wolfii*, tam ὁσίας, quam ἀνίσχοντας, (vulgo enim legitur ἀνίσχοντες) cui postremae lectioni fauent quodammodo marg. *Par.* et *Ital.* Abest certe tam ἰδίας, quam ὁσίας, ab Oraculo altero in Orat *c. Macart.* p. 1072. 21. σεφανηφορεῖν κατὰ πάτρια θεοῖς Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίαις, πάντεσσι καὶ πάσαις, δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς ἀνίσχοντας μνασιδωρεῖν. TAYLOR.

Ibid. Videtur Formula fuisse in Sacris Gentilium: ὁσίας χεῖρας (vel δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς) ἀνίσχειν. Et huic forte adludit, et simul lectionem οσιας confirmat S. *Paulus* 1 *Tim.* II. 8. Βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας οσιους χεῖρας, χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ MARKLAND.

16. της Θυσιας.] F. τῆς Θυσίας καὶ τῆς Θεωρίας. αἱρετὸς δὲ πέμπειν. WOLFIVS.

Ibid. Hanc interpunctionem *Wolfius* ex ingenio suo procudit. Lectum olim et scriptum hoc modo: τῆς Θυσίας. καὶ τῆς Θεωρίας αἱρετὸς πέμπειν, sine δέ. TAYLOR.

531. 18.

531. 18. *καὶ τέτρες διὰ τ. τ. Δ.*] F. *θύειν τῷ Διὶ τῷ Δωδωναίῳ ἐννέα ἀροτρεῖς βῆς.* Et, pro *δύο βοήσεις*, v. 19. f. *δύω βοίσσας*, *ἢ βοίδας*, vnde *βοίδιον* et *κατὰ συναίρεσιν. βοῖδιον τρισυλλάβως*, vt notat *Vlpianus.* WOLF.

Ibid. Non inconcinne Vir doctissimus transduxit istud *ἐννέα* ad *βῆς*, non ad *θεωρές*. Certe abest a nonnullis Codd. et vehementer etiam displicuit Viro solerti, qui *Italicum* Cod. contulit: legit enim ille pro *ἐννέα*, *ἕνεκα*, puta, *θεωρίας ἕνεκα*, et proxime iuxta *Wolfii* suspicionem, queritur, omissam fuisse a Scriba post *ταχέων* vocem *θύοντας*. Porro, in *Aldino* exemplari deerat *Δωδωναίῳ*, quod caetera rite supplent. Minus feliciter *Bodl.* *Κτησίῳ ἢ Νεμίῳ*. Deinde, admonemur ab *Italico* adnotatore, quosdam, quos non memorat, opinari legendum *οἷς* pro *βοήσεις*, quod quo modo fieri potuit, parum perspicit, diuinat tamen, aliam varietatem lectionis posse indicari ista notula, nempe pro *βοήσας*, *βοήσοις*. Quod ego minus perspicio. Procul dubio intelligendum est legere istos viros *οἷς* aut *οἵας*, nimirum, *boues nouem, et bis tot* ouiculas. Et nescio sane, annon haec vera sit lectio. Solere enim aliquando sacra fieri duabas victimis, maiore primum, deinde minore, *boue* nimirum illa, hac autem *oue*, atque hoc sacrificii genus vocari *Ἐπίβοιον*, docet *Harpocratio.* *Ἐὰν δέ τις τῇ Ἀθηνᾷ θύῃ βῆν, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τῇ Πανδώρᾳ θύειν οἶν μετὰ βοός, καὶ ἐκαλεῖτο τὸ θῦμα ἐπίβοιον.* Certe *βοήσεις* non legitur in Lexicis. TAYLOR.

Ibid. Nihil *transponendum* puto, si adhibeatur haec distinctio: *τῆς θεωρίας. αἱρετὸς δὲ πέμπειν κελεύει Θεωρὸς, ἐννέα (καὶ τέτρες διὰ ταχέων) τῷ Διὶ τῷ Δωδωναίῳ ἀροτρεῖς βῆς, καὶ πρὸς ἑκάστῳ δύο βοήσεις· τῇ δὲ Διώνῃ βῆν* etc. Si poneretur *καὶ* ante *ἐννέα*, nulla de lectione fuisset dubitatio, sed frequenter omittitur copula, quando plures et diuersae res, vt

in hoc loco, recenſentur. Quod autem viri docti, *Wolfius* atque *Italus*, ſuſpicantur deeſſe θύειν vel θύσοντας ante τῷ Διΐ, in eo falluntur, prout ex ſequentibus patet. Licet enim recte dicatur θύειν τῷ Διΐ βῦς, et τῇ Διώνῃ βῦν καὶ ἄλλα ἱερεῖα, nemo tamen, opinor, dicit θύειν τράπεζαν χαλκῆν et τὸ ἀνάθημα. Nihil igitur hic deeſt, ſed verbum πέμπειν ſingulis applicandum eſt, πέμπειν βῦς, καὶ ἱερεῖα, καὶ τράπεζαν, καὶ τὸ ἀνάθημα. MARKLAND.

531. 21. ο ανεθηκεν.] F. ἀντὶ τοῦ ηὔξατο ἀναθήσειν. Cur enim iam dicatum denuo dicetur? WOLFIVS.

24. σημαιν'.] σημαίνει *Ital. Lambin.* Hic proxime δημοτελειν ἱερεῖον τέλειον. Recte. TAYLOR.

27. και ελεειν.] Dubito de lectione, ſed emendationis coniecturis deſtituor. WOLFIVS.

pen. Δι Κτησιῳ.] Vide, quae ſcripſit de Ioue Cteſio Cl. *Mattaerius* ad Inſcriptionem II. in *Appendice ad Marm. Oxon.* Lond. 1733.

Διος Κτησιου
Διος Καπετωλιϐ
Ρωμης
Αγαθου δαιμονος.

Iupiter Κτήσιος erat Athenis Icuncula, ex Diis Penatibus vna, πλουτοδότης, ideoque in Cella penuaria, ἐν τῷ ταμείῳ, collocata. Egregius eſt locus *Iſaei de Cironis haereditate*, ideoque exſcribam: Οὐδέποτε θυσίαν ἄνευ ἡμῶν ἠδεμίαν ἐποίησεν, ἀλλ' εἴτε μικραί, εἴτε μεγάλα θύοι, πανταχῇ παρῆμεν ἡμεῖς, καὶ συνεθύομεν. καὶ ὐ μόνον εἰς τὰ τοιαῦτα παρεκαλέμεθα, ἀλλὰ καὶ εἰς Διονύσια εἰς ἀγρὸν ἦγεν ἀεὶ ὑμᾶς· καὶ μετ' ἐκείνου τε ἐθεωρῦμεν καθήμενοι παρ' αὐτὸν, καὶ τὰς ἑορτὰς ἤγομεν παρ' ἐκεῖνον πάσας, τῷ Διι τε θύων τῳ Κτησιῳ, περὶ ἣν μάλιστ' ἐκεῖνος θυσίαν ἐσπέδαζε — καὶ ηὔχετο ἡμῖν υγιειαν διδοναι καὶ κτησιν αγαθην. [v. Anti-

Antiph. 113. 12. 22. Mauſſac. ad Harp. p. not. 54. 205.] Hinc ſatis adparet, quam negligenter a *Wolfio* verſum *opulento Iovi*. Admonere potuit illud *Callimachi Hym.* I. 91.

Χαῖρε μέγα, Κρονίδη πανυπέρτατε, δῶτορ ἐάων.

TAYLOR.

532. 5. πρὸς ἁπάσαις.] πρὸς ἁπάσαις αει Cod. *Aug.* Modo pro ἀφικνεμέναις *Fel.* et *Man.* ἀφικομέναις. TAYLOR.

7. δῆλον.] δηλῶσι marg. *Par.* f. δῆλοί εἰσι. Sed tum pro στεφανέμεθα legetur στεφανέμενοι. WOLF.

9. περὶ αὐτῶν.] Solito errore περὶ pro ὑπέρ. Hoc legit *Scholiaſtes*, qui et optime interpretatur, ὑπὲρ αὐτῶν, τῶν Θεῶν δηλονότι ἁπάντων. Idque adparet ex iis, quae proxime v. 12. infert: τὸν ἓν εἴς τινα τῶν χορευτῶν ὑβρίζοντα ἄλλο τι πλὴν ασεβειν φήσομεν; Minus recte igitur *Baroc.* et *Fel.* ὑπὲρ ὑμῶν, quemadmodum coniecerat atque interpretatur *Wolfius*, et ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν, vt legunt *Obſop.* et *Manut.* Memineris porro, ὑπὲρ ſcribi in *Ald. Ven. Aug.* et *Regg. β. ε.* ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν ἐστεφανέμεθα *Vindob.* TAYLOR.

11. τὴν δὲ τῶν ἐπινικίων.] *Wolfius* non recte haec cepit: *qui parta victoria ſacrificat.* Per τὴν τῶν ἐπινικίων intelligo *diem* victoriae celebrandae, et reſpondet ſuperioribus, τὰς μὲν ἡμέρας ἐκείνας etc. pro Diis coronamur, τὴν δὲ τῶν ἐπινικίων, victor pro ſeipſo. Vidit praeſtantiſſimus *Ferrus: El giorno della feſta della vittoria per ſe medeſimo alhora s' incorona il vincitore.* Vide, ſi vacat, quae olim ſcripſimus ad *Lyſiae* orat. c. *Alcibiad.* ineuntem, p. 517. Not. 4. TAYLOR.

18. προσκαλέσαντι.] Scil. πρὸς τὸν ἄρχοντα, quod infra p. 534. 1. plene effertur, προσκαλέσασθαι πρὸς τὸν ἄρχοντα. Vnde explicantur iſta, quae ſequuntur: ἀλλ' ἐὰν μὲν καλέσῃ (nempe πρὸς τὸν ἄρχοντα) πεντήκοντα δραχμάς· ἐὰν δὲ (καὶ τὸν ἄρχοντα) καθίζεσθαι κελεύσῃ, χιλίας ἀποτίνειν ἐτάξατε.

Hoc est, *simpliciter citare* aliquem a Choro, vt appareret coram τῷ ἄρχοντι, puniebatur mulcta L drachmarum: si vero qui hoc fecerat, rem vrgebat et persistebat, ita vt cogeret ἄρχοντα καθίζεσθαι, *pro tribunali sedere*, de causa cogniturum, mille drachmis hoc delictum aestimabatur. MARKLAND.

532. 18. Ego tamen aliter explico: *Si choragus aliquem in ius vocauerit, de peregrinitate hominis experturus, mulcta erat L drachmae: sin autem causa indicta, et sua solummodo auctoritate fretus, e choro deturbauerit et inter spectatores sedere iusserit*, καθίζεσθαι κελεύσῃ· (id quod non sine vi et contumelia fieri potuit) *M pendito.* Et haec est mens Scholiastae non vno in loco: ἐὰν κελεύσῃ αὐτὸν ἀπελθόντα εἰς τὸ πλῆθος καθέζεσθαι, ὡς ξένον, χιλίας διδόναι. Iterum: οἷον ἐὰν βιαίως ἀποσπάσει μὲν ἀπὸ τῆς χορῆς, θεωρεῖν δὲ καὶ μετὰ τῶν ἄλλων καθέζεσθαι ἀναγκάσει. TAYLOR.

25. κατὰ τὸν νόμον] *Qui actorem citarit, lege indemnis non erit.* Wolfius. Pessime tamen. Lex erat Athenis, ξένον μὴ χορηγεῖν, verum huic negotio se inferere volentem, vel hoc negotio defunctum in ius vocare. Erat tamen altera, ξένον μεταξὺ χορηγοῦντα μήτε καλεῖν μήτε ἐπηρεάζειν, propter coronae, quam iam gestabat, religionem, loci temporisque solennitatem. *Demosthenes* igitur κακέργως, vt ait *Vlpianus*, prioris legis adminiculo vtitur, vt clarior esset antithesis et oppositio. Si ille, qui *actorem lege citauerit* (nam lege quidem potuit, sed priori, sed generaliter, non μεταξὺ χορηγοῦντα) condemnabitur: qui *aedilem ipsum contra omnes leges conciderit*, ille poenas non dabit? Astute quidem hoc et κακέργως. Nam peregrinum *coronatum et sacris operantem* citare adeo erat legibus interdictum, ac aedilem ipsum pulsare. TAYLOR.

533. 14. οἱ ἀντιχορηγοὶ.] Minus explicate vertitur a Wolfio: *eius in aedilitate aemuli.* Ἀντιχορηγοὶ erant, qui caeteris tribubus inuicem certaturis praeficieban-

ciebantur: vt pag. prox. v. 25. συμβῆναι Τισίαν — ἀντιχορηγῆσαι τῷ Διοκλεῖ. TAYLOR.

533. 17. ἀλλὰ τοσοῦτον κ. τ. λ.] Ἀλλὰ ἴδοι τις ἂν τοσοῦτον εὐσεβείας ἐν ἑκάστῳ ὑμῶν συγκεχωρηκὸς, τοσοῦτο συνεληλυθός. Τὸ συγκεχωρηκὸς τῆς εὐσεβείας, ἀντ' εὐλαβείας, ἢ συγχωρήσεως περὶ τὴν εὐσέβειαν τοσαύτης, ἂν ἀρέσκει, καίτοι ἂν ἀγνοοῦντι τὸ συνειδὸς ἀντὶ συνειδήσεως λεγόμενον, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. WOLFIVS.

Ibid. Pro ἐν ἑκάστῳ legit quidam ἕνεκα. το συγκεχωρηκὸς *Bar. Aug.* et *Ital.* συγκεχωρηκὼς *Reg.* ε. *Ma tanta facilità per cagion della religione in ciaſcuno ſi potea vedere.* Italus. TAYLOR.

Ibid. Lego τῇ εὐσεβείᾳ — το συγκεχωρηκὸς ὥστε etc. *Tantum quod cedit religioni*, i. e. *tantas religioni factas conceſſiones.* Participialia enim regunt verborum ſuorum caſus: Συγχωρεῖν αὐτῷ p. 562. I. τοῖς νόμοις p. 535. 5. MARKLAND.

20. τῶν χορηγῶν.] Vide, annon praeſtet lectio Cod. *Vindob.* ἀπέχει του χορηγῶν τ. ἄ. TAYLOR.

25. ἴσε δήπου.] Forte ἴσε δὲ δήπου τοῦθ', vel ἀλλ' ἴσε δήπου etc. Sic p. 546. 22. ἀλλ' ἴσε δήπου τοῦθ', ὅτι κ. τ. λ. MARKLAND.

27. εἶδε.] εἶχε *Lamb.* TAYLOR.

534. 1. προσκαλέσασθαι.] Ita lege cum Codd. non προκαλέσασθαι cum Editt. *Mamut.* et *Paris.* TAYL.

4. ἐκ ἔν — φροντίζειν;] Ita melius cum Interrogatione ex mente *Wolfii*, quam abſolute et categorice ἐκεῖν — φροντίζειν, iuxta Edit. *Benenati*, etc. TAYL.

6. ταὐτὸν.] Τὸ ταὐτὸν videtur nihil facere ad ſententiam. WOLFIVS.

Ibid. ταῦτα, τοτὶ et ταυτὶ alii. τῶν μὲν νικᾶν παρὰ τοτὶ *Lambin.* vti interpretatur *Wolfius*, atque *Italus: iquali per queſta coſa ſola penſano di poter vincere.* Inutile quidem eſt ταὐτὸν, et abeſſe poteſt cum optimis exemplaribus, *Aug.* et *Bar.* Recte haec Wolfius:

fius: *in ea re positam esse victoriam putarent*, νικᾶν παρὰ τοῦτ' οἰομένων, *à cela près*. Angl. *If it had not been for that*. Proxime v. 8. distinguas: μηδένα τολμῆσαι πώποτε, μηδ' ὧν οἱ νόμοι διδόασιν, ἄψασθαι. TAYLOR.

534. 23. Πιτθεῖ.] Id mauult *Wolfius* et *Lambinus*. Πιθεῖ MSS. quamplurimi, quae vera est lectio, si *Stephano Byzantino* et Interpretibus ad *Hesiodum* fides haberi possit. Sed verissimam esse confirmat Marmor:

Αιξονεις
Στεφηφορου
Αγνος στεφηφορου
Ονησιμος στεφη-
φορου
Ερμειας
Ερμειας
Ερμογενης Ερμειου
Πιθεας
Ηλιοδωρ . . Ημο-
δωρου
Επι Κλ . . . . .
Ευχαρισος
Γραμματευς βου-
λευτων Στρα-
των Ολυμπιου Μελιτευς.

TAYLOR.

535. 8. ταύτη.] Ita restituit *Wolfius* contra Editt. omnes, quae ταύτην exhibent. Et recte. Cum *Wolfio* faciunt *Vindob. Baroc.* et *Regg.* α. β. TAYLOR.

9. Φιλόστρατον.] *Plutarchus* in *vita Demosthenis* habet: Καλλιστράτει τῷ ῥήτορος ἀγωνίζεσθαι τὴν περὶ Ωρωπῷ κρίσιν ἐν τῷ δικαστηρίῳ μέλλοντος. Sed vt hic praecipuus fuerit Accusator, fieri potest, vt Philostratus quispiam Subscriptor fuerit, aut τὴν δευτερολογίαν habuerit. WOLFIVS.

535. 9. Non habuit, vnde pertimeſceret *Wolfius*, permiſceri hic Philoſtratum cum Calliſtrato Oratore. Nam ſiue cauſa illa, quam egit Calliſtratus, fuerit de finibus regundis, Oropum ciuitatem conterminam Thebanis hinc, Athenienſibus inde vendicantibus; ſiue, vt verba *Plutarchi* potius ſuadent, reus in ea actione Calliſtratus cauſam capitis dixerit; neutra quaeſtio ſpectare poteſt iudicium, ad quod adludit noſter in hac oratione, vbi *accuſabat* Philoſtratus *reumque peragebat* Chabriam. Praeterea Calliſtratus ille, ſi qua fides *Plutarcho* in *Oratt. vitis*, domo erat Αφιδναῖος, Philoſtratus hic Κολωνῆθεν, atque idem eſſe videtur cum eo, quem memorat *Demoſthenes c. Neaeram.* TAYL.

23. ἐξορκεῖντα.] ἐξωτακεῖντα marg. *Benenati.* Si ſtet vulgata lectio, explicari fortaſſe poteſt ab iis, quae leguntur in Argumento poſteriore, p. 511. 12. ὅτι ὀμνύοντων τῶν κριτῶν τῷ καλῶς ἅπαντι δεῖναι τὴν νίκην, νύττων αὐτὸς ὁ Μειδίας ἔλεγε, πλὴν Δημοσθένους. TAYLOR.

pen. καὶ βίαν.] δύναμιν καὶ βίαν κρείττω τῶν νόμων *Baroc.* Deſunt καὶ βίαν in MSS. nonnullis, *Lindenb. Ital. Vindob.* et *Pariſinis.* TAYLOR.

536. 13. χωρὶς.] χορηγὸς *Baroc.* a manu ſecunda, et ſcribi potuit ἀλλὰ χορηγος ων ὑβρίσθην, καὶ τῆς νίκης προσαπεστερήθην. Verum vulgata ſine dubio recte ſe habent. TAYLOR.

537. 10. ἐπὶ τῷ βοηθεῖν.] F. pro τῷ βοηθεῖν, adiuuando. WOLFIVS.

14. Εὔθυνον τὸν παλαίσαντά ποτε.] *Meurſius Attic. Lect.* v. 29. queritur, hunc locum corruptum eſſe, idque haud leuiter. Et primo pro Εὔθυνον reſcribit Ευθυμον. Euthymus enim, qui Olympia ter vicerit, memoratur a *Plinio* VII. 48. ab *Aeliano* V. H. VIII. 18. a *Suida* etiam, *Pauſania*, etc. Dehortantur multa et reclamant, ne ita reſcribas. Euthymus ille *pugil* erat,

Euthynus noſter *luctator*. Hoc tamen leue viſum viro doctiſſimo, rurſus enim *Demoſthenem* emendat, et, vt Euthymo, quem plane deperibat, locus non deeſſet, pro παλαίσαντα, minimo negotio, neque maiore auctoritate, reſcribit πυκτευσαντα. Illud certe eſt Hypotheſi δελεύειν! Deinde autem, Euthymus ille Pugil natione erat Italus, Λοκρὸς τῶν Επιζεφυρίων. Poſtremo certauit ſuo artificio Olympiade LXXIV. LXXV. LXXVI. et LXXVII. Inter hanc autem extremam Olympiadem et ſaeculum Orationis *Midianae* anni interceſſere CXXIV. Homo autem, de quo ſermonem habet *Demoſthenes*, erat iis, qui tunc aetatem agebant, notiſſimus, ἴσασιν απαντες, εἰ δὲ μὴ, πολλοί γε. Non memini certe, me vidiſſe locum alterum, ita temere, ita futiliter, ſollicitatum. TAYLOR.

537. 18. ἔτως.] Τὸ ἔτως ex inferioribus huc quoque perperam videtur irrepſiſſe. WOLFIVS. Recte. Irrepſit procul dubio e v. 19. TAYLOR.

25. πολλὰ γὰρ ἂν etc.] Hunc locum tractauit *Quintilianus* VI. 1. vbi rei atrocitatem ex circumſtantiis conſiderat, his verbis: *Plurimum tamen affert atrocitatis modus, ſi grauiter, ſi contumelioſe: vt Demoſthenes ex parte percuſſi corporis, ex vultu ferientis, ex habitu inuidiam Midiae quaerit.* Eodem animo locum expendit *Claudius Saturninus de poenis Paganorum* l. 16. §. 6. *D. de poenis.* qui totam hanc periodum, verum ex Codd. inemendatis, deſcripſit, iuxtaque interpretatur. De qua *flagitioſa* interpretatione, vt vocat, conſulas velim eruditiſſimum *Jenſium* in *Stricturis Iuris Romani*, praef. p. 14. Graeca ipſa laudantur, et ſane quam emendate in σχ. *Baſilicωn* L. 60. tit. 51. Rhetoricas virtutes in his verbis exponunt vimque τῶν ἀσυνδέτων *Plutarchus Platon. Quaeſt.* verſus finem, et *Dionyſius Longinus* per totam Sectionem XX. Tu iis per otium vtaris. Meminit etiam *Stobaeus* ex Muſonio in ſermone an phi-

an philosophus actionem iniuriarum contra aliquem susceperturus sit, *Serm.* XIX. hisce verbis: Δημοσθένης γὲν τῷ βλέμματι ὑβρίζειν τινὰς, καὶ ἀφόρητα εἶναι τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐξίστασθαι τὲς ἀιθρώπες ὑπ' αὐτῶν. *Saturnini* interea interpretationem lectori ob oculos sistam: *Non enim plaga repraesentat contumeliam* (legit enim παρίστησι τὴν ὕβριν), *sed dedecoratio: neque verberari liberis est malum, quamuis est malum, si in contumeliam.* (lege, sed *in contumeliam.* Graeca sunt ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει) *multa enim vtique facit, qui verberat, o viri Athenienses, quorum qui patitur quaedam, neque annunciare poterit alii, schemate, aspectu, voce, cum verberat, vt contumeliam inferens, cum vt inimicus exsistens, cum verberat fustibus,* (sic) *cum in pupilla* (ἐπὶ κόρης): *haec mouent, haec extra se constituunt homines eorum* (αὐτῶν) *non assuetos exsistentes, vt conuiciarentur.* κονδύλοις τύπτειν est pugnis caedere et manu contracta, ἐπὶ κόρης alapam malae infligere palma expansa. Notissima differentia. *Cic.* II. *de Fin.* 6. *Zeno Rhetoricam Palmae, Dialecticam Pugno similem esse dicebat.* Verumtamen sane ex hisce locis omnibus constat, quam sedulo semper ab Antiquis lecta fuerit et quasi enarrata pulcherrima haec Oratio: addo etiam studiose ab omnibus ornatam verbis quam magnificis. *Nam et scribo aliquid et lego: sed quum lego, ex comparatione sentio, quam male scribam, licet Tu mihi bonum animum facias, qui libellos meos de vltione Heluidii Orationi Demosthenis* κατὰ Μειδίᾳ *confers; quam sane, quum componerem illos, habui in manibus, non vt aemularer, (improbum enim, ac pene furiosum) sed tamen imitarer et sequerer, quantum aut diuersitas ingeniorum, maximi aut minimi,* (lege *maximi* et *minimi*) *aut causae dissimilitudo pateretur.* Plin. VII. *Epist.* 30. TAYLOR.

538. 10. ὁ μέν γε ὑπὸ γνωρίμε.] Codd. nonnulli MSS. *Harpocrationis*, qui hunc locum citat v. Αντίθεσις,

θεσις, habent ὑπὸ φιλεως γνωρίμ8. Id vero quid sit, aut cur *Maussacus* tam studiose laudaret, equidem non video. TAYLOR.

538. 12. ἐφ' οἷς.] Reuocaui priorem vocem adiutus optimis exemplaribus, *Baroc.* et *Aug.* ἐφ' ἃ *Ital.* Proxime, v. 14. καὶ ταῦτ' επαθεν εἰς οἰκίαν etc. *Aug.* TAYLOR.

21. οἶμαι καὶ βεβλεῦσθαι.] Deleui otiosum istud vocabulum, auctoritate *Baroc. Vindob.* et *Reg.* β. TAYLOR.

23. αὐτῷ.] Ita Edit. *Lutet.* Et recte. *Baroc.* enim et *Aug.* habent ἑαυτῷ. *Wolfius*, qui vulgatam lectionem αὐτῷ interpretatus est, loci sensum non vidit. Vidit Interpres Italus: *Et Eueone, e qual si sia che l' honor suo ha difeso, essendo stato offeso, io ho molto per iscusato.* TAYLOR.

539. 3. ταύτην τὴν ὑπερβολήν.] Vox ista penultima iam accedit ex Editt. fere et MSS. omnibus, *Ald. Paris. Ven. Baroc. Lindenbr. Vindob. Aug. Ital.* Mox v. 6. corrige ἀμύνασθαι ex iisdem. TAYLOR.

10. ἐκ αὐτὸν.] Potius ἐχ αὐτὸν. *Seipsum.* MARKLAND.

15. ἡμῖν.] Ex Editt. *Fel. Man. Paris.* et MSS. *Bar. Obsop.* et *Vindob.* TAYLOR.

19. ἐξ ἀρχῆς.] περὶ ταύτης [sc. ἔχθρας] *ab initio* dicere. Restitui enim ἐξ. Defendunt *Ald. Ven. Lindenb. Vindob. Bar. Ital.* et *Regg.* Et hoc coniecit *Wolfius*, licet vulgatam interpretetur scripturam, περὶ ταύτης ὑμῖν ἀρχῆς εἰπεῖν. Recte Italica Versio: *Voglio di questa da principio parlarui.* TAYLOR.

20. ὅτι καὶ τέτων.] ὅτι καὶ τέτων την μεγιστην ὀφείλων δῶναι δίκην φανήσεται *Baroc.* et *Aug.* Abest δῶναι *Lind.* et *Ital.* TAYLOR.

21. ἔσαι κ. τ. λ.] Haec fere αὐτολεξεὶ repetit pag. 566. 22. vbi pro δοκῶ legitur δοκῆ. MARKLAND.

539. 26.

539. 26. ὡς περὶ] ὥσπερεὶ *Lind. Aug.* et *Ital.* quod probat *Wolfius*. Inuenimus tamen p. 564. 17. γεγονὼς ἔτη περι πεντήκοντα. *Matthaeus* XXVII. 46. περὶ τὴν ἐννάτην ὥραν. TAYLOR.

540. 1. ὑπὸ.] Videtur *Wolfio* haec vox abundare. Mihi profecto videtur potius abundare vox ἐκεῖνος in praecedentibus. Nam si retineatur, Midiam designabit, sat scio, quod contra historiam est. Agi enim permutationem sub *nomine* Thrasylochi constabit vtique ex secunda *in Aphobum*. Lege itaque: τὄνομα μὲν δὴ παρέσχεν καὶ ἦν ὁ ἀντιδιδὸς Θρασύλοχος, τὰ δὲ ἔργα — τάτε. *Nomen commodabat Trasylochus* (siue eius res agebatur), *egit autem omnia Midias*. TAYLOR.

6. ἂν.] Deest ἂν ante ἄνθρωποι *Baroc.* et pro φθέγξαιντο *Reg.* α. et *Obsop.* φθέγξοιντο. Cl. *Marklandus* recte omitti istam voculam censet a MSS. (certe enasci potuit a dictione pone sequenti) et loci huius sensum ita interpretatur: *verba obscoena*, et *huiusmodi*, *quae* loquantur *isti*, *neque enim me adduci sinam, vt ea coram vobis recitem*. TAYLOR.

8. καὶ τὴν μητέρα.] F. καὶ εἰς τὴν μητέρα, nisi forte pro ἐξεῖπον, v. 9. legas εἶπον. κακῶς εἰπεῖν, ἢ λέγειν, ἢ ἐρεῖν τινὰ est vsitatum: compósitum ἐξειπεῖν τινὰ κακὰ, non item; quod ego quidem meminerim. WOLFIVS.

11. ὡς αὐτῶν ἔσας.] Expressior multo et sincerior, quam *Wolfiana*, Versio *Italica; liberaro dalle lite i tutori*, come s' ella fosse stata la loro. TAYLOR.

16. τῶν παρὰ τοῖς ἐπιτρόποις.] Reuocaui τῶν ex optimis omnibus exemplaribus, tam Editis, quam MSS. TAYLOR.

Ibid. ἐχ ὅσα ἐδυνήθην.] Sensus huius loci videtur esse subobscurior, optime tamen ab *Vlpiano* illustratur. *Redimo*, inquit Orator, *istud negotium viginti mi-*

ti minis: quoniam cauſam, quae cum Tutoribus inſtituta fuit, nullo modo deſerere volui. In ea enim exſpectaui, me totam haereditatem paternam recuperaturum, omne id nimirum, quo me fraudatum eſſe intellexi: non praeſenſi fore, vt poſtea tantillum, quantum recepi, mihi ex ea cauſa recipere contingeret. Haec eſt mens Auctoris, ſi liberius vertas. TAYLOR.

541. 6. Θεωριτκος.] Lege Θορίκιος. nomen fuit demi ſeu pagi Atticae Θόρικος, Gentile ſecundum *Stephanum*, Θορίκιος. PALMER.

Ibid. Eadem in ſententia video fuiſſe *Wolfium*, eadem *Valeſium* ad *Harpocr.* pag. 94. verum absque vllius Cod. auctoritate. Θεωρίσκου *Ital.* quaſi eſſet nomen Patris. TAYLOR.

9. ηδη.] F. καὶ επι τῇ κρίσει. WOLFIVS.

19. ὅπερ τὸν ταλαίπωρον etc.] Hunc locum ita, vt legis, complanaui, fideiuſſoribus optimis MSS. *Baroc.* et *Aug.* Olim legebatur: ὅπερ τὸν ταλαίπωρον ἠνώρθωσε, ἀλλὰ καὶ πάνυ αἰσχρῶς, ἠδὲ δικαίως ἀπολώλεκεν. TAYLOR.

23. ὑπωμοσίαι.] Noue hoc a *Wolfio* vertitur *dilationes*. Quid ὑπωμοσίαι, quid παραγραφαὶ, docebit *Vlpianus*. Neque enim par eſt exſpectare, vt talia ab Interprete diſceres, cum *Romana* Themis non ſemper in *legis actionibus* reſpondeat *Graecae*. TAYLOR.

542. 4. δεδωκότα.] Fortaſſe δεδιητηκότα. Quid enim eſt ἔρημον [i. e. δίκην] διδόναι? Infra pag. 544. 6. παρὰ τῶν ἔρημον καταδικαιτησάντων αὐτῶ. Video autem, *Valeſium* ad *Harpocr.* p. 148. mecum, verum dubitanti ſimilem, hunc locum reſtituere. TAYLOR.

15. Φυλάξας τὴν τελευταίαν ἡμέραν τῶν διαιτητῶν.] *Petitus* hunc locum optime illuſtrat in *tit. de Arbitris*, pag edit. nou. 437. Ad quem, cum Scholiaſte ab eo emendato, lectorem noſtrum remitto. TAYL.

542. 20.

542. 20. κατηγόρων ἔρημον.] Ita Editt. omnes, atque adeo *Wolfiana*. Hic tamen in notis videtur legere et exponere: κατηγορῶν ἔρημον] ἐρήμην, id est, ἀπόντος Στρατώνος. Quae videtur esse lanior lectio multis de caulis, κατηγορῶν ἔρημον, sc. δίκην. (Plene foret, κατηγορῶν αὐτῷ ἔρημον δίκην.) Tum autem voces, quae sequuntur, ἐδεν ὃς παρόντος, glossae suspicionem habent. TAYLOR.

543. 7. ἀλλὰ χιλίων.] Laudo *Venetum* Cod. qui addit negationem μεγάλην, νὴ Δί', ὦφλε δίκην —; οὐκ. ἀλλὰ χιλίων etc. Quanquam non ignoro, et receptam lectionem posse etiam tolerari. TAYLOR.

9. συνέβη δὲ etc.] F. συνέβη δ' αὐτῷ διὰ τὸ λαθεῖν ὑπερημέρῳ γενομένῳ, ἀδικηθῆναι. S. ὑπὸ τῦ Στρατώνος τῦ διαιτητῦ. Haec per obiectionem dicuntur. Sequitur Refutatio: ἀλλ' αὐθήμερον μὲν etc. Sed quomodo potuisset ignorare τὴν κυρίαν Midias, nisi forte litium definita tempora non fuerint? Vide *Vlpianum*. WOLFIVS.

Ibid. Hic locus pessime semper exceptus fuit, et de fortuna sua merito queri potest. Nam ab *antiquis* Criticis, si credas *Vlpiano*, ὠβελίζετο et tanquam ἀδιόρθωτος negligebatur: a *recentioribus*, qui corrigere et explicare voluerunt, perperam intellectus. Forte, inquit *Wolfius* noster, συνέβη δ' αὐτῷ διὰ τὸ λαθεῖν ὑπερημέρῳ γενομένῳ, ἀδικηθῆναι (dubium, an ita locum *corrigi* et legi, an *explanari* potius per hanc notam voluit.) Ego per omnia contraria eo, et intelligo, non cum *Wolfio* ἀδικηθῆναι διὰ τὸ λαθεῖν, verum cum *Demosthenis* textu plano et sincero, λαθεῖν etc. διὰ τὸ ἀδικηθῆναι. Hoc pacto: *Qua tanta affectus erat contumelia Midias, vt hominem arbitrum ciuitate eiiceret? num grandi dica damnatus, adeo vt de re familiari in periculum veniret? Minime. agebatur tantum causa* X *minarum. Esto, ait ille, sed iudicatum vel* X *minarum solui praeter*

praeter ius fasque id profecto piget, et bilem merito commouere poteſt. Quomodo ais praeter ius? Damnatus erat, quod ſe iudicio non ſtitit: ὑπερήμερος erat, ideo iudicatus. Contra ille obiicit: Immo ideo ὑπερήμερος erat, quod ſumma iniuria adfectus, et contra omne ius in iudicium adductus ſtatum diem conueniendi neque nouit, neque ſcire potuit. Quid ais? Illene non nouit, qui eo ipſo die, ſed veſperi quidem, aduenerit? Ideo non dici poteſt, eum ὑπερήμερον factum per imprudentiam. Delenda eſt igitur Interrogatio poſt ἀδικηθῆναι v. 10. et Verſio *Wolfiana* ita reformanda: *Eſto: ſed mordet etiam hoc, inquiet aliquis, quum per iniuriam iudicatum ſoluendum eſt: accidit autem* [vel *enim*] *illi, vt ſtatum diem ignoraret, eo quod iniuſte cum illo ageretur. Immo illo ipſo die cognouit*, caetera. TAYLOR.

543. 13. ἀλλὰ μή πωτε τοῦτο.] Id eſt, *ſed pone non ita fuiſſe, et Midiam diem ſtatum reuera ignoraſſe, nihilominus licebat ei* etc. Non recte Wolfius: *Sed de hoc poſterius.* Decepit eum particula πω, quae non ſemper *tempus* denotat, etiamſi habeat praecedentem μή. MARKLAND.

17. πρὸς ἣν ἐκ ἀπήντα· δέον.] S. ἀπαντᾶν, καὶ εἰ μὲν ἠδίκηκε, δίκην δῷ. τὸ ἵνα repete, ἵν' ἀγωνίσηται, et ἵνα δῷ δίκην. WOLFIVS.

Ibid. Haec nota *Wolfii* turbat ſententiam. Mens loci optime conſtabit ex noſtra interpunctione, et verſione viri doctiſſimi. TAYLOR.

544. 19. η κυρια του νομου] F. ἡ κυρία ἐκ τοῦ νόμου, et 23. ὄντας ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις. WOLFIVS.

24. αυτω.] F. αὐτοῦ. WOLFIVS.

Ibid. Male *Wolfius.* Multo enim rectius αὐτῷ vel αὑτῷ, *in eius* (vel *ſui*) *gratiam.* Quae caſus tertii vſitata eſt ſignificatio. MARKLAND.

545. 7. επειδαν βουλωνται] Adde ex *Ital.* ἐπειδὰν δὲ βέλωνται. Sunt qui referant κατὰ κοινὸν non

non ad *βέλωνται*, sed ad *μενέτωσαν*. Quod insscitius. TAYLOR.

545. 8. *μηκετι καταφερετωσαν*] *τί ἂν τοσαυτάκις ἡ δίαιτα εἰς δικαστήριον καταφέρεται;* Eo fortassis, quod non delecti, sed ex lege adhibiti fuerunt. WOLFIVS.

Ibid. Recte rem vidit *Wolfius*, et optime distinxit inter Arbitros *compromissarios* et sorte vel *lege datos*. Eam distinctionem recepit Ius Romanum. In quo pariter non licet ad alium iudicem prouocare, si Arbitrium sit compromissarium. *Arbitrorum genera sunt duo, vnum eiusmodi, vt siue aequum sit, siue iniquum, parere debeamus: quod obseruatur, cum ex compromisso ad arbitrum itum est.* l. 76. *D. Pro socio.* Plura *Petitus* Lib. IV. Tit. V. TAYLOR.

9. Pro *καταφερέτωσαν Budaeus* mauult *μεταφερέτωσαν*, in *Comment. L. Gr.* pag. 34. Edit. 1525. *ἀναφερέτωσαν* marg. *Par.* TAYLOR.

546. 1. *περιπέπτωκεν.*] Addunt *Bar.* et *Aug. περιπέπτωκεν ἀδικως.* Bene, vt p. 547. 5. TAYLOR.

8. *παράδειγμα.*] *παράδειγμα τοῖς ἄλλοις* iidem Codd. Recte. TAYLOR.

9. *τίνα.*] Plenius Editi et MSti *καὶ τινα*, exceptis solis *Aldinis*, vnde *Wolfius* sua expressit. TAYLOR.

547. 6. *τέτῳ δὲ.*] Forte cum Cl. *Marklando τέτῳ δή.* TAYLOR.

8. *ἐγὼ γὰρ οἶμαι.*] Verba sic ordino: *Ἐγὼ οἶμαι πάντας ἀνθρώπες ἀξιῶν φέρειν (ὅπως ἂν φέρωσιν οἱ δεόμενοι ἐν τοῖς δικαστηρίοις) αὐτοῖς (ἑαυτοῖς) παρ' ἑαυτῶν ἔρανον εἰς τὸν βίον παρὰ πάνθ', ὅσα πράττεσιν.* Hoc est: Acta cuiusque vitae est *ἔρανος*, hoc est stips vel collecta, quam confert aliis, recepturus, cum opus fuerit: et hanc collectam omnes ab iis postulant, qui sui rationem haberi volunt. Puto, vocem *ἑκάστες* omissam

omiſſam a librario, et ſic legendum: *φέρειν ἑκάζους ἀξιῶν.* Sic fere *Ouidius* IV. *de Ponto* [III. 29.]

Quid facis, ah demens! Cur ſi Fortuna recedat,
Naufragio lacrymas eripis ipſe tuo?

cum infido et obtrectatore amico expoſtulans. WOLF.

547. 8. De notione *τῆ ἐράνε*, et quis ſit *πληρωτὴς ἐράνε*, diſputant bene multi, et locum idcirco prae manibus illuſtrant. Vid. *Caſaub.* ad *Athenaeum* VIII. 10. *Ramirez de Prado*, in *Pentecontarch.* c. 11. *Spanh.* m. ad *Callimach. Hymn. ad Cererem* v. 73. *Petit.* ad *LL. Attic.* L. 5. tit. 7. *Heraldum* praecipue et *Salmaſium.* Hunc de *Vſuris* c. 3. iterumque pag. 679. in omiſſis, praecipue autem *Obſeruat. ad Ius Attic. et Rom.* ſtatim ab initio: Illum in *Animadu.* l. 6. c. 5. ſeqq. TAYLOR.

11. *οὗ.*] Codd. *Regg.* α. β. et *Obſop.* ων. Proinde quaſi olim hic ſcriptum fuiſſet, vti in loco, qui huic plane germanus et conſimilis eſt, pag. 574. 12. *ἐχὶ τέτδε μόνες, ἃς συλλέγεσί τινες, καὶ ὧν πληρωταὶ γίγνονται* etc. TAYLOR.

12. *οἷον ἐγώ.*] Lege mecum: *ἀλλὰ καὶ ἄλλον. οἷον, ἐγώ τις ἔτοσί; μέτριος πρὸς ἅπαντάς εἰμι* etc. *Sed etiam aliam. Exempli gratia: Ego ille qualisnam? Aequus, comesque erga omnes.* Mox, v. 14. pro *ταῦτα, ταὐτὰ* cum marg. *Benen.* et *Ital.* TAYLOR.

Ibid. Ex pag. 574. 12. patet, hunc locum ita diſtinguendum eſſe: *καὶ ἄλλον. οἷον· Ἐγώ τις ἔτοσὶ, μέτριος πρὸς ἅπαντάς εἰμι, ἐλεήμων, εὖ ποιῶν τὰς πολλάς; ἅπασι — ταὐτὰ — παραξῆ. Ἕτερος ἔτοσί τις, βίαιος — ἄνθρωπον; τέτῳ — ὑπάρχειν.* Confer loca. Hanc diſtinctionem *Wolfius* non videns in Verſione ſua *Demoſthenem* inducit de ſe ipſo putide *καυχώμενον.* Rectiora eum docere potuiſſet vocabulum *τις*, per quod *Demoſthenes* innuit *quemuis, quemlibet* transferre in *ſe* poſſe hanc gnomen, et *ſe ipſum* interro-

interrogare: *Ego hicce ſumme aequus — erga omnes? Omnes igitur par eſt eadem tali rependere.* Et ita in ſequenti ſententia, de alio *quolibet*. *Alter hicce, quicumque ſit, eſtne violentus* etc. MARKLAND.

547. 16. *βίαιος.*] βίαιος, ωμος *Ven. Bar. Aug.* Quod praeſtat. Deinde v. 17. pro *τὰς αὐτὰς, τὰς ὁμοίας* MSS. *Ven. Baroc. Reg. α. Lindenbr. Obſop. Aug. Ital.* TAYLOR.

18. *δὲ.*] Lege *δὴ* cum *Ital.* Nam concludendi vim habet. Locus eſt *συμπερασματικός.* TAYLOR.

22. *καὶ.*] Dele cum *Baroc.* Natum eſt enim ex voce, quae ſequitur. TAYLOR.

vlt. *τὸν κονιορτὸν Εὐκτήμονα.*] Ad diſcrimen alterius fortaſſis *Εὐκτήμονος*, cuius fit mentio in *Androtiana* et *Timocratea*. *Κονιορτὸν* autem cognomentum eſſe puto *τῷ μιαρῷ καὶ λίαν εὐχερῶς*, vt ſi dicat hominem pluma leuiorem. *Κόνις* eſt Puluis, *κονιορτὸς* puluis a vento concitatus, *παρὰ τὸ ὄρσαι τὴν κόνιν.* Quid ſi turbinem dicas? WOLFIVS. Explicationem hanc mutuo ſumſit a Scholiaſte. Verum vterque falli videtur. *Επικλήσεις* antiquorum plurimae (*nom de guerre* vocant Galli) feſtiue explicantur a duobus Comicis vetuſtioribus, *Ariſtophonte* ſc. [apud *Athenaeum* l. 6. p. m. 120.] et *Anaxandride* [ib. 122.] et bene mehercule factum, vt inter eas conſeruaretur quoque vox *Κονιορτὸς*, quam non a *leuitate*, verum a *ſquallore* inditam diſcimus:

Πνίγος ὑπομεῖναι, καὶ μεσημβρίας λαλεῖν;
Τεττιγ. ἐλαίῳ μήτε χρῆσθαι, μήθ' ὁρᾶν;
Κονιορτος. ἀνυπόδητος ὀρθρεῖ περιπατεῖν;
Γερανος. καθεύδειν μηδὲ μικρόν; Νυκτερις.

Et rurſus:

χαίρει τίς αὐχμῶν ἢ ξυπῶν;
Κονιορτος ἀναπέφηνεν. —

TAYLOR.

548. 1. ἀνεκρίνετο.] Editt. ſuperiores praeter *Pariſinam* ἂν ἐκρίνετο. Male. Correxit *Wolfius*. Inſederat etiam antiquitus in *Demoſthenis* Codd. eadem prava lectio, a qua cauendum eſſe docet *Scholiaſtes* ad locum, qui etiam ibidem bene explicat, quid ſit Ἀνάκρισις. *Wolfius* vim vocis in Interpretatione non expreſſit, neque enim potuit. TAYLOR.

21. ὁσίαν.] Ita Editi et MSS. conſtantiſſime. Solus *Wolfius* ὅσιον. Noſter p. 556. 9. ὁ θεὸς — καὶ τὸ της ὁσιας ὅ, τι δήποτ' ἐστὶ τὸ σεμνὸν, καὶ τὸ δαιμόνιον, συνηδίκηται. TAYLOR.

549. 2. ἐξελέγχηται.] Melius cum *Ven. Baroc. Lind. Reg.* α. *Obſop. Aug. Vindob.* et *Ital.* ἐξελεγχθῇ. TAYLOR.

7. ἀναλώμαθ'.] ἀναλώματα παντα *Baroc. Aug.* TAYLOR.

13. διὰ τί, ἄ. δ.] Interrogat et non reſpondet recta, ſed ἀποσιωπήσει vtitur, cum Iudices ipſi rem ſatis intelligant, Midiae violentiam in cauſa eſſe. WOLFIVS.

23. διαφθαρεντος Νικοδημε.] Hiſtoriam hanc de caede Nicodemi narrat *Vlpianus* ad locum, *Scholiaſtes* item ad *Aeſchinem* περὶ παραπρεσβ. §. 46. Edit. *Brooke*, et *Athenaeus* l. 13. Vide praeterea eundem *Aeſch.* ibid. §. 52. et *Orat. c. Timarch.* verſus finem. TAYL.

24. επεξημεν.] ἐπεξῆμεν (ſic *Wolfius*) pro ἐπεξήειμεν, et fortaſſe τῷ Ἀρισάρχῳ. Τὸ γὰρ ἐπεξιέναι καὶ ἐπεξελθεῖν δοτικῇ συντάσσεται. WOLFIVS.

550. 3. ἁπάντων.] Ita diſtinguendum: ὑμῶν ἁπάντων· πρὸς Διὸς — ἀκούετε τῇ γνώμῃ. MARKLAND.

5. ἀκούετε.] ὧν ἂν ἀκούητέ μου *Bar. Aug.* ἀκούσητε *Lind. Reg.* α. *Obſop. Ital. Vindob.* et ita quoque apud Scholiaſtem reperitur. TAYLOR.

550. 10.

550. 10. τέτοις.] ἐπὶ τέτοις. MARKLAND.

12. ὑπερβολὴν.] Rectius haec et felicius vertit *Hier. Ferro* Italus: *Percioche che fine, per Dio, al far male ſi porrà, o che maggiore isfacciataggine, crudeltà, o ingiuria aſpetteremo, che* etc. TAYLOR.

15. δεινότερα.] δεινότερα ὑστερον ἄλλα *Bar. Obſop. Vindob.* cum Edit. *Felic.* TAYLOR.

26. παρῆλθέ μοι.] με coniecit Cl. *Wolfius*, quo pacto legitur in optimo *Aug.* et *Regg.* α. β. Deinde legit etiam p. 551. l. λαχόντος καὶ δοκιμαζομένῳ, conſentiente *Baroc.* TAYLOR.

551. 3. ὧν ἐπεπόνθειν.] ὑπερ ὧν ἐπεπόνθειν *Lind. Obſop. Ital. Reg.* α. et *Vindob.* TAYLOR.

10. ὁμοίων.] νόμων *Obſop. Ital.* et *Vindob.* Sed vulgata amplector. Modo, v. 11. pro τοῖς πολλοῖς, τοῖς λοιποῖς iidem *Ital.* et *Vindob.* Interea corrige ἡμῖν. Non enim dicitur *multi e nobis*, ſed oppoſitio eſt inter τὰς πλεισίας, et ἡμᾶς τὰς πολλάς. Quod quantum interſit vel me ſilente animaduertis probe, mi bone Lector. Vide interea, quae dixi ad pag. 561. 13. TAYLOR.

24. καὶ τινος των πολιτων.] Ita lege, non καὶ διά τινος. Et [v. 27.] εἰπεῖν καὶ πρᾶξαι. hoc malo, quam διαπρᾶξαι, διαπράξασθαι facilius admitterem. Et [v. pen.] εἴτ' ἀληθὲς, non εἰ δ'. Et [552. 4.] εἴασε δ' ἀρχι-θεωρῆντα, vt et *Vlpianus*, et *Obſopoeus*, et *Felicianus* habent, non ἀρχιερῆντα. WOLFIVS.

Ibid. Examinemus ſingula. Primo ab omnibus Codd. tam editis, quam MStis, alteram lectionem recipi video καὶ δια τινος. Codex *Ital.* cum habeat καὶ ἰδίᾳ τινὸς, idem velle videtur. Error enim vocis ἰδίᾳ oritur ex vicinia verbi praecedentis. Tu ipſe, *Wolfi*, bene reddidiſti lectionis antiquae ſenſum in iſta tua interpretatione: bene etiam Italus: *o per mezzo d' alcun*

cittadino. Non nego itaque vim et genium tuae correctionis, si per Codd. liceret. Deinde διαπραξαι habent Editt. et MSti praestantiores, *Felic. Man. Vindob. Obsop.* et *Aug.* Forte καὶ δὴ πράξαι, *Sino Fabricius.* Quod inutile et otiosum. Proxime εἰ δ' ἀληθὲς cum vulgatis, non εἰτ' ἀληθές. Si haec verba vsque ad διορίζων mecum parentheſi includas, illud rectissime se habere sentias. Vltimo, istud ἀρχιθεωρεῖντα est probum, ἀρχιερεῖντα vno nititur *Aldino.* De ἀρχιθεωροῖς vide, quae diximus ad *Marmor Sandvicense.* Hoc vero comma cum *Italico* Interprete, non cum *Wolfio*, vertas ita: *Hora costui è si impio, e scelerato huomo, et a fare et a dire ogni cosa così audace (ne se e vera o falsa, ne verso nimico o amico, e simil cose, fa niuna distintione) che quantunque m' habbia incolpato d' homicidio — nondimeno* etc. TAYLOR.

551. vlt. ἢ τὰ τοιαῦτα.] Forte καὶ τὰ τοιαῦτα. MARKLAND.

552. 6. ταῖς σεμναῖς θεαῖς.] Ταῖς Ερινύσιν ἢ Εὐμενίσι, Furiis, quae κατ' εὐφημισμὸν Venerandae Deae vocantur. WOLFIVS.

Ibid. Sollicitauit hunc locum *Philippus Iacobus Maussacus* doctus Vir in suis ad *Harpocrationem* notis, pag. 260. et adeo audacter pronunciat, eum esse corruptum, vt fere minetur plagas iis, qui contrarium sentiunt. Sed quibus viris? *Vlpiano* primum, antiquo *Demosthenis* scholiasti, deinde *Budaeo*, *Sigonio*, et omni ferme Eruditorum cateruae. Operae pretium est audire eius verba. Sic igitur ille de hoc *Demosthenis* loco: *Quae verba hactenus ita lacera et corrupta remanserunt, nec est vllus ex his, qui aliquid in Demosthenem contulerunt, qui non crediderit, veram esse hanc huius loci lectionem, et qui non concluserit cum Vlpiano ex horum verborum auctoritate, tres tantum fuisse Dearum illarum*

illarum ἱεροποιὸς. *Vlpianus:* τρεῖς δὲ ἴσως ὑπέσησεν, ἐπεὶ καὶ τρεῖς δοκοῦσιν εἶναι θεαί. *Eandem opinionem amplexati sunt viri doctissimi post illum, Budaeus, Sigonius, et omnis ferme Eruditorum caterua. Nos primi monere volumus, textum Demosthenis esse corruptissimum, et non tres tantum Dearum illarum* ἱεροποιὸς *fuisse, sed decem. Togam compone, lector, et te a regina veritate abduci patere. Verba Demosthenis sic corrigo:* περιεῖδε ταῖς σεμναῖς θεαῖς ἱεροποιὸν αἱρεθέντα ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων, καὶ περι τον αυτον καιρον καταρξάμενον. *Ex* περὶ τὸν *fecerunt* τρίτον *Notarii, et vocem* καιρὸν *praetermisere. Quae cum ita se habeant, corruit omne fundamentum, quo suffulta videbatur sententia prior; ex verbis enim Demosthenis coniiciebant omnes, tres tantum fuisse* ἱεροποιὸς *Eumenidum. Sed non sufficit, corruisse fundamentum, nisi tota domus aut aedificium susque deque vertatur et pessundetur. Superest probandum, decem fuisse* ἱεροποιὸς *Venerandarum Dearum, vt nostra melius adstruatur opinio: quod exsequimur breuiter, ne vadimonium videamur deserere. Nam fideiussorem dabimus Dinarchum, qui est soluendo, et in Orat.* κατὰ Λυκέργε εὐθύνων, *quae nobis periit, ita locutus est:* καὶ τὰς σεμνὰς θεὰς, αἷς ἐκεῖνος ἱεροποιὸς καταστὰς, δέκατος αὐτός. *Quisquis ille erit, qui in posterum ibit inficias, et haec negare audebit, nae territus ille, et qui ad Praetorem et cognatos amandetur, dignus erit.* Haec *Mauss.* maximo verborum apparatu, et satis quidem pro imperio minas agit cum omnibus literatis. Sed tandem modestius agat, et bacchari desinat, vel illi sua verba reddentur, et pro cerrito circumferri iubebitur, qui tam confidenter ex loco *Dinarchi*, et oratione, quae non exstat, textum *Demosthenis* antiquissimis *Vlpiani* scholiis confirmatum, et optimum sensum habentem, mutare non erubescit, et ex τρίτον αὐτὸν

facit καὶ περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν, sine necessitate, sine verisimilitudine, additis decem literis. Sed dicat, si potest, quare potius *Demosthenes* ex *Dinarcho*, quam *Dinarchus* ex *Demosthene* corrigendus: nam multo facilius ex δέκατος fiet τρίτος, quam ex τρίτον αὐτὸν fiat καὶ περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν, vt vult *Mauſſacus*. Sed demus, *Dinarchi* locum non esse ex *Demosthene* corrigendum, (quod facio lubens, vtpote qui credam, vtrumque locum esse sanum) quis nobis praes est, non variasse numerum τῶν ἱεροποιῶν, prout res exigebat, vel ex populi libitu, vel ex oraculorum monitis, vel ex vatum responsis? Quis denique negare potest, non potuisse ex illis decem, de quibus loquitur *Dinarchus*, (si numerus ille fuit ordinarius et status, quod non probatur) populum tres eligere ἐξαιρέτους ad sacrificium quoddam, vel ad θεωρίαν, i. e. *sacram legationem*, vel aliud quod ministerium sacrum exsequendum? Certe quod ait *Demosthenes* τρίτον αὐτὸν, non παρέλκει, sed ad eius dignitatem augendam pertinet: nam quo pauciores fuerant, eo digniores videbantur, et phrasis τρίτος αὐτὸς manat ex puriore Helleniſmo. Ea vsus est saepe *Thucydides*. Sed et ipse *Dinarchus* in loco a *Mauſſaco* citato, δέκατος αὐτὸς, debebat monere eum, vt pruritum suum corrumpendi, non corrigendi, *Demosthenis* sedaret, et ab hoc loco manus suas contineret. Ego certe cum *Vlpiano*, *Budaeo*, *Sigonio*, malo cerritus vocari, quam esse *Mauſſaci* nimiae confidentiae hoc loco συνθιασώτης. PALMER.

552. 6. *Mauſſacus*, notante eruditissimo *Valesio*, emendationem suam ex *Etym. M.* mutuo sumsit, qui ita laudat hunc locum *Demosthenis*. Ineptam tamen crisin vocat idem *Valesius*, hominemque ait modestius egisse, si contentus fuisset dicere, καὶ τρίτον αὐτὸν καταρξάμενον τῶν ἱερῶν, in qua emendatione tantum καὶ transponitur. TAYLOR.

552. 11.

552. 11. ἐξελέγχεται.] Restitui ex Edit. *Benenati* et MSS. *Baroc. Lind. Vindob.* et *Ital.* Vulgo ἐξελέγξεται. TAYLOR.

14. δι' ἐμὲ.] Cum *Demosthenem* ipsum non posset, amicum eius vexauit. Non multo post, in eandem sententiam dicit, p. 553. 6. λέγων δὲ καὶ καταστιώμενος ταῦτα ἕνεκα τῆ συκοφαντεῖν ἐμέ. In variis lectionibus annotatum est δι' ἐμῆ [ita legunt MSS. *Ald. Felic.* et *Manut. Regg.* α. ζ. ε. *Ital. Vind. Lindenb. Baroc.* et *Vlpianus*] sed illud melius. Μετ' ἐμὲ, *post me*, vel, *me relicto*, rectius legi videretur. WOLFIVS. Fallitur Vir doctissimus: δι' ἐμὲ bene explicatur in sequentibus, p. 553. 7. ἕνεκα τῆ συκοφαντεῖν ἐμέ. TAYLOR.

553. 4. τάτῳ.] τούτων. MARKLAND.

10. τῆ προτεραίᾳ ὅτε.] F. τῆ προτεραίᾳ ἢ ὅτε. Vid. *Lect. Lysiac.* cap. 1. deinde τῆ θ' ὑστεραίᾳ πάλιν. TAYLOR.

17. μηδὲν εἰρηκέναι περὶ αὐτῆ φλαῦρον.] Φλαυρον et φαυλον in MSS. saepius confunduntur, vti in hoc loco, etrursus p. 554. 24. Earum autem vocum significationes diremit *Eranius Philo*, quem nuper edidit bono rei literariae natus Cl. *Valckenaer*: φλαῦρον καὶ φαῦλον διαφέρει. φλαῦρον μὲν γάρ ἐστι τὸ μικρὸν καὶ κῆφον κακόν. φαῦλον δὲ τὸ μέγα. Quod quam recte dixit, non definio. TAYLOR.

20. αὐτῷ.] αὑτῷ, *sibi ipsi*. MARKLAND.

22. Μαρτυρες.] Vix credo, hic adesse Testes, qui infra de hac re adducuntur, sc. 554. 7. Error est Scribae post vocem consimilem repetentis. Inter haec duo testimonia nihil noue allegatur, nihil, quod Testium fide comprobari postulauit. TAYLOR.

554. 3. φόνε etc.] Πότερον ἐμαυτὸν ἐμαυτῷ? Quod est aut absurdum, aut ὑπερβολικώτερον. An

λαχεῖν τινα? Quia λαγχάνεσθαι dicere noluit, etsi εἰλημμέναι δίκαι reperitur. WOLFIVS.

554. 3. Nihil *absurdum*, aut ὑπερβολικώτερον in isto ἐμαυτὸν ἐμαυτῷ φόνε δίκην λαχεῖν. Sensus est: *si istum dimisissem, iure mihi ipsi dicam homicidii scripsisse viderer.* Proinde tu *Wolfii* et mentem et interpretationem mecum corrigas. TAYLOR.

15. αυτον.] αυτου, vt pag. 549. 5. αὐτόχειρά μϐ. MARKLAND. Ita *Manut. Obsop. Reg.* α. et Cod. *Vindob.* TAYLOR.

21. ειρηκως.] Ita pro εἰρηκότα, iuxta auctoritatem omnium Editt. et MSS. praeter *Aldum.* Verissime interpretatus est *Wolfius*, textum reformare aut neglexit, aut dubitauit. TAYLOR.

22. ως εμβεβληκοτα.] Interpres *sic iniecta dextra.* Proinde vt in superioribus, ἐφεξῆς ἅτωσὶ καθεζόμενος. i. e. *Negligenter, temere*, quod *Wolfius* ibi in versione non debuit omittere. *D. Ioannes* IV. 6. ἐκαθέζετο ουτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. *Iacentes sic temere*, Horatius, L. II. Od. XI. Obseruabis tamen illud ἅτωσὶ dici, hoc ὡς, quod longe secus. Tu delebis, me fideiussore. Adnotauit olim nescio quis, istud εἰρηκότα scribi in nonnullis εἰρηκὼς (vt scribi debuit) nimirum — ως pro — οτα: verum deceptus ὁμοιοτελευτῇ verborum, crisin suam adposuit iuxta alteram vocem ἐμβεβληκότα, deinde in textum irrepsit et in hunc diem ibi inueterauit. TAYLOR. *Vt erat* Ouid. Metam. saepe. H. Stephan. Conformité du langage Francois auec le Grec. pag. 86. vbi ostendit ἅτως hic valere ὡς ἔτυχεν. Ita Lucian. in Asino. διὰ τὶ ἅτω καθέζῃ. v. Chrysost. ad locum Ioannis. TAYLOR in schedis.

pen. εἰ.] εἰπεῖν *Ven.* TAYLOR.

554. vlt.

554. vlt. αὐτὸν.] αὐτὸν, *se.* MARKLAND.

555. 7. ἀλλὰ πᾶσιν ὁμοίως ὀργιστέον· ἐκλογιζομένοις κ. τ. λ.] πάντας ὁμοίως ὀργίζεσθαι προσήκει τοῖς ὑβρισταῖς καὶ ἐκλογίζεσθαι. Constructio est τῷ θετικῷ ἐπιξρήματος, ἀχὶ δὲ ἡ τῷ ξήματος ἰδία. etsi id ipsum etiam datiuum postulat, vt ἐγὼ ὀργίζομαι τοῖς ὑβρισταῖς, ὀργιστέον ἐμοὶ τοῖς ὑβρισταῖς. Obseruetur et participium dandi casu positum, vt cum verbi constructione consentiat. Alias plerumque accusatiuo, ταῦτ' ἐγνωκότας καὶ λογιζομένους, et ἐνθυμουμένους, cum sc. verba praecedentia accusatiuum postulant. WOLFIVS.

15. τὸ δίκην.] Quaere, annon τῷ δίκην — λαμβάνειν. MARKLAND.

24. καὶ τότε ἂν ἀδικοῦντας ὁρᾷ τις.] F. καὶ ὅταν, vel ὁπόταν ἀδικοῦντά σε ὁρᾷ τις. WOLFIVS.

Ibid. Editt. omnes et MSti plurimi constanter, vt ego editum curaui. Scriptura, quam nulla auctoritate munitus adeo tuetur *Wolfius*, planissimam et expeditissimam periodum nobis intricatam praestitit. Hem! vide, quantum praestet Lectio nostra: *Si quis te criminetur, sine de te iudicium capi; quod vbi diligenter celebratum fuerit, post tuam causam nimirum cognitam, tum demum, si te laesum fuisse queraris, aut si alios criminis alicuius postulas, ad iudicem ito: neque tu tuam causam, nouo interposito crimine, praereptam velis.* TAYLOR.

556. 14. ἐμοῦ.] ομου coniecit *Wolfius*. Eleganter et adeo vere, quam quod ita est maxime. Ita legit quoque *Baroc.* cum *Augustano*. Deinde, v. 16. addidi τους ante συνεξεταζομένους iuxta fidem omnium Editt. (*Aldina* excepta) et MSS. *Bar. Obsop. Vindob. Ital.* Porro, v. 18. ὑπολαμβάνειν pro ὑπολαμβάνετε, cum *Bar. Ven. Aug.* TAYLOR.

556. 17. δοκιμασὰς.] Δοκιμασὴς hic eſt non ἐξεταστὴς, ſed ὁ ἀποδεχόμενος καὶ συνευδοκῶν. WOLFIVS.

557. 1. τί ἦν; σὺ δεινότερα.] Addenda negatio, σὺ μὴ δεινότερα. Nec enim mihi placet *Vlpiani* enarratio: cum ſubiiciantur atrociſſima crimina, grauiora etiam iis, quae in *Demoſthenem* commiſit. WOLFIVS.

5. παρ' ἀμφοτέρων ὑμῶν.] Lego ἡμῖν, vel ἐμοὶ ὕδωρ παρ' ἀμφοτέρων· ἐμοῦ τε τοῦ διώκοντος καὶ Μειδίου τοῦ φεύγοντος. WOLFIVS. Promtior eſt medicina παρ' ἀμφοτέρων ημων. Atque ita tandem comperio ſcriptum in optimo Codice *Vindobonenſi*. TAYLOR.

11. πρῶτον.] τουτο πρῶτον *Fel. Man. Bar. Ital. Obſop. Vindob.* Recte. TAYLOR.

558. 11. πότερ'.] πότεροι *Baroc.* *Wolfius* hic interpretatur, quaſi legiſſet συμβαλλόμενοι. Redde cum Italo: *Ma dimmi, o Media, chi è colui, che fa vergogna alla città, coloro che fanno paſſagio in ordinanza con quelli arneſi, che a coloro, che vanno ad affrontare i nimici, et a congiongerſi co' confederati ſi richieggono: o tu* etc. TAYLOR.

16. ἐπ' ἀργύρου δὲ ὀχούμενος ἐξ Αργύρας τῆς Εὐβοίας.] *Vlpianus* hoc loco non caret culpa, qui legit ἐξ ἀργυρᾶς, et ſic ait: τὸ γὰρ ἠργυρῶσθαι τὴν καθέδραν δεῖγμα ἦν τοῦ ἐπιτηδεύοντος καὶ ἐντρυφῶντος τούτῳ τῷ εἴδει. Sed debebat meminiſſe, ſupra v. 3. *Demoſthenem* dixiſſe: περὶ δὲ τῶν συστρατευομένων ἱππέων εἰς Αργυραν, et infra hac eadem oratione, p. 567. 18. ἐπειδὴ δὲ ὁ στρατηγὸς Φωκίων μετεπέμπετο τὰς ἐξ Αργύρας ἱππέας. Itaque non fuit argentata cathedra, ſed cathedra vehebatur in reditu ex Argura, Euboeae loco vel oppido, de quo *Stephanus*. PALMER.

Ibid. Malo ſtare ab hoc doctiſſimo Tribuno, quam ab aliis, qui et numero et aetate vincunt. Inter eos eſſe

esse videtur *Helladius Besantinous* in *Chrestomath.* apud *Photium*, p. 1590. Λέγεται μέντοι ἀπὸ ἀργύβη καὶ τὸ κατασκεύασμα· ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου λόγῳ, ἐπ' ἀργύβης ὀχέμενος ἀργυρᾶς. *Vlpiani* auctoritate se vinci palam profitetur *Mauſſacus* ad *Harpocr.* En ipsius verba! „Sed quid faciemus *Vlpiano*, vetere „*Demosthenis* interprete, qui ad haec *Midianae* ἐπ' ἀργύβης „ὀχέμενος, non Ἀργύρας cum *Harpocratione*, et „faece interpretum, vt ille loquitur, legendum esse pu„tauit, sed Ἀργυρᾶς? Ita vt secundum eum ex verbis „*Demosthenis* hic sensus sit eliciendus: Midiam vsum „esse cathedra argentea, ad molliciem et eius lasciuiam „arguendam et aperiendam, non cathedra ex Argura „Euboeae ciuitate sibi comparata, quomodo vulgus „existimabat. Verba illius digna relatu sunt: Εἶθ', in„quit, ἵνα μὴ ἀντιπέσῃ, τί ἂν εἰ κακωθεὶς ἐχρήσατο „ταύτῃ τῇ καθέδρᾳ, προσέθηκεν ἀργυρᾶς, τὸ μὲν ἠρ„γυρῶσθαι τὴν καθέδραν, δεῖγμα ἦν τῆς ἐπιτηδεύοντος „καὶ ἐντρυφῶντος τούτῳ τῷ εἴδει· τὸ δὲ καὶ ἐξ Εὐβοίας, „ὅτι μὴ εἰωθότων τῶν Ἀθήνησι τοιαύτας ἐργάζεσθαι, „αὐτὸς ἐξ Εὐβοίας ὠνήσατο. ἡ δὲ δημώδης [scriptura „scilicet aut lectio vulgaris] ἐξ Ἀργέρας ἔχει, ἀπὸ τό„που τῆς Εὐβοίας, ἀλλὰ τὰ ἑξῆς δηλοῖ, ὅτι μαλακίαν „αὐτῷ, καὶ τρυφὴν ὀνειδίζει, χλανίδας λέγων, καὶ ἱμά„τια τρυφερὰ καὶ σκευὴ ἐπιτήδεια πρὸς ἀνειμένον βίον. „Quae profecto verissima et acutissima sunt, et vulga„rem aliam lectionem reiiciendam demonstrant aper„tissime.„ Haec *Mauſſacus*. Ἀργυρᾶς marg. *Par.* cum scholiaste: ὀχέμενος Ἀργέρας τῆς ἐξ Εὐβοίας Codd. *Vindob. Ital.* et *Lindenb.* TAYLOR.

558. 19. ἡμᾶς.] Ita ex *Bar. Fel. Man. Par. Ital.* pro ὑμᾶς. TAYLOR.

21. εἴ τις ἄλλος.] ἢ τις ἄλλος. MARKLAND. Quae coniectura confirmatur a *Vindobonensi*. TAYL.

558. 22.

558. 22. ταῦτα.] ταῦτα παντα Cod. *Reg.* ε. TAYLOR.

26. κατεσκεύαζον.] Emendaueram olim κατεχλεύαζον. Ita legit et *Lambinus*. TAYLOR.

vlt. τοιαῦτα.] τα τοιαῦτα *Vindob.* et *Aug.* quibus fere conſentiunt *Bar.* et *Lind.* TAYLOR.

559. 4. λυπήτης.] λυπήσεις *Ven. Bar. Ital.* λυπήσαις marg. *Paris.* TAYLOR.

7. ἀθρόων.] Ita ex auctoritate Edit. *Benenati* et mente *Wolfii*, pro communi ἀθρόον. TAYLOR.

12. τίς ὑμῶν.] τίς ὑμῶν ἐμοί τι σύνοιδε τοιοῦτον; ἢ τίς ὑμῶν ἐμὲ ταῦθ' ἑώρακε ποιοῦντα; Ita *Bar.* et *Aug.* Malim etiam τοιαῦθ', ita vt *Wolfius* interpretatur. TAYLOR.

14. καταψευδομαρτυρῆμαι τὰ τοιαῦτα.] Lege et diſtingue, vt *Wolfius* interpretatus eſt, καταψεύδονταί μου· καταψευδομαρτυρῆμαι· τὰ τοιαῦτα. TAYL.

Ibid. Frigide, vt mihi videtur, legitur καταψευδομαρτυρῆμαι τὰ τοιαῦτα. Quare enim τοιαῦτα, et non potius ταῦτα? Vnde ſuſpicor, vocabulum excidiſſe, et *Demoſthenem* ſcripſiſſe καταψευδομαρτυρῆμαι. ἐκείνοις τὰ τοιαῦτα· τούτῳ δ' οὖ τἀναντία τούτων. *Wolfius* videtur legiſſe καταψευδομαρτυρῆμαι, καὶ τὰ τοιαῦτα. Sed praeceſſit λογους δὲ ἀφθόνους τοιουτους, cui non bene ſubiungi poteſt καὶ τὰ τοιαῦτα, in eadem periodo, et de eadem re. MARKLAND.

17. τὴν τῆ βίᾳ.] Melius cum *Vindob. Bar. Ven. Lind.* et *Ital.* τὴν ὑπερφανίαν τῆ βίᾳ ſine articulo. TAYLOR.

22. ὁρῶντας.] *Ven. Bar. Aug.* δεδιότας. Scilicet erat vel varia lectio, vel gloſſa τῆ ὀῤῥωδοῦντας, quod hic olim ſuſpicor fuiſſe ſcriptum. TAYLOR.

pen. εἰ δ' ἄρα, κ. τ. λ.] Non bene haec a *Wolfio* reddita. Verte: *fiet in poſterum modeſtior: ſin forte* non

te non ita se gesserit, *minoris erit*, *quam omnium apud vos*. Vt recte Versio Italica: *forte egli niuno ingiurierà, e se ingiurierà, fia pochissimo stimato*. TAYLOR.

560. 1. δίκην δ', ἂν κ. τ. λ.] Vel *eadem, qua nostrum aliquis, poena adficietur*, vel, *aequo iure poenas dabit nobis caeteris*. Ambigua est enim constructio, δώσει δίκην ἡμῖν, vel, δώσει δίκην ἐξίσᾳ ἡμῖν, et vtraque sententia bona. WOLFIVS. Interpres *Italus* verum sensum adripuit: *E se fara qualche insolenza, sarà al pari di noi castigato*. TAYLOR.

8. δεινοί τινες εἰσὶν — φθείρεσθαι πρὸς τὲς πλησίες.] Alii παρὰ [MSS. *Ald.*] Videtur de industria posuisse verbum in hac significatione insolentius, ἀντὶ τῦ ὁμιλεῖν τοῖς πλησίοις, ἀλλὰ μετ' αἰσχύνης καὶ βλάβης. Et fortassis assectas mensarum et parasitos intelligit, qui ventre metiuntur felicitatem, nec praeterea vllum faciunt operae pretium, nisi cum adulationibus aut calumniam, aut lenocinium, aut vtrumque, aliaque nefaria ministeria, coniunxerint. Verti: *vt corrupti largitionibus diuitum adsint*. Quod si minus placet, repone, *vt cum diuitibus se coniungant*. WOLFIVS.

Ibid. Res infeliciter cessit nostro *Wolfio*, neque felicius quidquam Hieronymo Ferro: *Ma sono di natura, Signori Athenienſi, che volontieri s' accostano a i ricchi per esser corotti*. Vtrumque Interpretem cum Lexicographis, credo, omnibus latuit vis τῦ φθείρεσθαι. Eam vtique proditurus sum ad *Lycurgum*, p. 166. not. 79. TAYLOR.

16. Τάχα etc.] Τάχα τοίνυν ισως etc. *Bar.* et *Aug.* Codd. optimi. vt infra 576. 15. et alibi. TAYL.

17. τί δὴ τὰ.] Locum sic lego omnino emendatius, ejecta interrogatione: ἦξει πρὸς ὑμᾶς λόγος, τί δή; τὰ καὶ τὰ πεπονθὼς ὁ δεῖνα ἐκ ἐλάμβανε δίκην παρ' ἐμῦ· ἢ τί δή; πάλιν ἄλλον ἴσως τινὰ τῶν ἠδικηκότων

των ὀνομάζων. Sic autem interpretor: *Talis Oratio proferetur, ſcil. Quid? Alius profecto, qui haec et ſimilia a me perpeſſus eſt, ille neutiquam mecum lege egit. Quid? alium deinde nomine ciens eorum, qui laedebantur.* TAYLOR.

560. 20. *δι' ἃς προφάσεις.*] *δι' ἃς μὲν προφάσεις* Codd. optimi et plurimi, *Bar. Par. Ital. Aug. Vind.* TAYLOR. Recte, nam ſequitur *μέντοι* v. 24. quod idem eſt atque *δὲ*, cum praecedit *μεν*. Sic p. 575. pen. p. 576. 25. p. 564. 6. 14. MARKLAND. Quorum locorum in vno (ſc. 576. 25.) pro *μέντοι* Cod. *Vindob.* legit *δέ*. TAYLOR.

23. *μυρί' ἐξὶν αἴτια.*] *μυρία ἐξὶν ετερα Bar. Aug.* TAYLOR.

25. *ἀλλ' ὡς κ. τ. λ.*] *ἀλλ' ὡς ἃ πεποίηκε ταυτα, ἐφ' οις αὐτῷ κατηγόρηκα Bar. Ven. Aug.* TAYLOR.

561. 6. *τινων.*] *τιμών Aug.* TAYLOR.

13. *πολλοῖς ὑμῶν.*] Suadeo autem *πολλοῖς υμιν, Vobis, qui populus eſtis.* Sentit mecum *Ven. Lind. Ital.* et qui *Italicum* Cod. procurauit. Interea tamen et priori modo ſcribi aliquoties ſentio. Infra pag. 566. 3. *τὲς πολλὲς υμων ὠφελεῖ.* et p. 582. 10. *ἂν ἴσα μὲν κτήσηται τοῖς πολλοις υμων, ἃς νῦν ὑβρίζει καὶ πτωχὲς ἀποκαλεῖ.* Ita etiam p. 566. 10. *ὧν ἅπασι μέτεξι τοῖς πολλοις υμων.* Vbi profecto vel *ἅπασι*, vel *τοῖς πολλοῖς ὑμῶν* gloſſae naturam ſapit. Perpetua eſt enim et notiſſima diſtinctio inter *τὲς πολλὲς ὑμῶν* (vel *ὑμᾶς*), quae locutio deſignat *Populum Athenienſem*, ſiue *Ciuitatem vniuerſam*, *τὲς ἅπαντας* ſc. et *τὸν ἐντυχόντα ὑμῶν*, *Individuum* et *Priuatum*. Ita p. 573. 23. *ἐδὲν γὰρ ῥῆμα ἐδ' ὄνομα οὕτως ἐξὶ τοις πολλοις υμων χαλεπὸν, ὡς ὅσα ὑβρίζων τις τον εντυχοντα υμων διαπράτεται.* Ita ſimiliter p. 566. 4. *ἐπὶ πολλὲς καὶ τὲς τυχόντας ὑμῶν ἀφικνέμενα. In populum vniuerſum et priuatum quemque re-*

que redundantia: i. e. et publice et priuatim nocitura. Male ibi Wolfius: *in multos et proximos quoſque veſtrum.* Rectius omnino Italus: *che al popolo et a qual ſi voglia di voi appertengono.* TAYLOR.

561. 14. ἢ.] Ita *Wolfiana* Editio cum *Aldina* et *Pariſina.* Reſtitue mecum lectionem Codd. praeſtantiorum, ſc. *Bar. Fel. Man. Obſop. Ital. Vindob.* et marginis *Lutetiani*, προσῆ. TAYLOR.

15. Αλκμαιωνιδῶν.] Vide *Iſocratem* περὶ ζεύγους, et *Plutarchi* vitam *Alcibiadis.* WOLFIVS.

19. πρὸς δὲ μητρὸς, Ιππονίκου.] Cum loquatur hoc loco *Demoſthenes* de Alcibiade illo celeberrimo duce, non conſentit cum *Plutarcho*, nec cum *Andocide*, qui in hoc negotio fide dignior, vtpote qui contemporaneus fuerit Alcibiadis, et contra eum orationem compoſuerit, in qua eius genus curioſe recenſet. Sed credo, oratoria aſtutia *Demoſthenem* de illo Alcibiade dixiſſe, quae Alcibiadi iuniori prioris illius filio conueniebant. Nam Alcibiades dux ille celebratus duxerat Hippareten, filiam Hipponici et ſororem Calliae, ex qua genuerat Alcibiadem iuniorem, quem accuſauit *Lyſias* λειποταξίου. Ergo erat ille iunior πρὸς μητρὸς, Ιππονίκου, quod ait hoc loco *Demoſthenes* de Alcibiade patre, cui mater erat Dinomache, filia Megaclis Alcmaeonidae. Tranſtulit ergo ſtemma filii ad patrem, non, credo, ignoratione veri, ſed eo quod ad propoſitum ſuum faciebat. Fallebat igitur *Demoſthenes*, vel falſus erat. En tibi, benigne lector, Alcibiadis ſtemma ex *Herodoto*, *Lyſia*, *Platone*, *Plutarcho* et *Pauſania* deſcriptum:

ALCMAEO


ALCMAEO
MEGACLES, Cylonii piaculi Auctor.
ALCMAEO, quem Croesus auro donauit.
MEGACLES, Paralorum caput, Pisistrati socer
AGARISTE, Clisthenis Sicyonii Filia.
HIPPOCRATES
CLISTHENES, qui Pisistratidas expulit et Remp. ordinauit.
COESVRA
Vxor PISISTRATI secunda et ἄπαις. Fuerunt eius item vxores:
1. Anonyma, vnde HIPPIAS et HIPPARCHVS.
3. TIMONASSA, vnde SOPHO et THESSALVS.
MEGACLES
bis exsul per ostracismum.
AGARISTE, cuius maritus XANTHIPPVS
PERICLES
CLINIAS
Alcibiadis bis exsulis ostracismo F.
DINOMACHE
HIPPONICVS
Calliae ad R. Persarum legati F. Cui ex alia coniuge nata.
XANTHIPPVS. PARALVS
EVRYPTOLEMVS
CALLIAS
HIPPONICVS
ALCIBIADES
Dux celebris.
HIPPARETE
ISODICE, vxor Cimonis.
ALCIBIADES
iunior, quem Lysias accusauit.
Anonyma
ob Hipponico repudiata
ob incesti cum fratre suspicionem.

PALMER.

561. 19. Vide eundem *Palmerium* ad *Plutarchi Periclem*, *Exercit.* pag. 191. et ad *Aristophanis Aues*, pag. 754. *Meurs. Attic. Lect.* VI. 12. *Valesium* ad *Mauſſaci Notas in Harpocr.* v. Αλκιβιάδης, ſc. pag. 214. rurſus eundem *Valesium Emendat.* IV. 1. vbi hunc *Demoſthenis* duplicem errorem fuſius perſequitur. Duplex enim fuit: neque enim Alcibiades ὁ πάνυ, de quo hoc loco agitur, paternum genus ab Alcmaeonidis, neque maternum ab Hipponici domo duxit. Eodem errore, quo *Demoſthenes*, tenetur etiam *Libanius Declam.* IX. TAYLOR.

20. καὶ ταύτης τῆς οἰκίας.] καὶ ταύτης δὴ τῆς οἰκίας *Bar. Aug.* TAYLOR.

26. ἱππέων.] Potius cum *Bar.* et *Ven.* ἵππων. TAYL.

562. 1. ἀδενὸς τότων.] F. ἀδενὸς ενεκα τότων, vel, ανθ' ἀδενός. Tale certe aliquid ἐλλείπει, vt cum dicunt μισθῷ φιλεῖν, τεττάρων δραχμῶν εἶναι πονηρὸν, et, ἀδενὸς πράγματος ἀδ' ἔργε τὸ ὑβρίζειν συγχωρητέον. WOLFIVS.

Ibid. Fortaſſis aliquid tale in *Structura* ἐλλείπειν poteſt, vt multa in Graeciſmo elliptice dici ſolent, verum id non protinus ab Emendatore in *Textu* ſubſtituendum erat. TAYLOR.

4. αὐτοῖς.] Ita reſtituendum curaui ex auctoritate *Ital.* et *Reg. α.* loco τῷ αὐτοῖς. ἑαυτοῖς *Vindob.* TAYLOR.

12. Αγάθαρχον τὸν γραφέα.] Ζωγράφον interpretatur *Vlpianus*, non γραμματέα. *Plutarchus* huius facti non meminit. WOLFIVS.

Ibid. Illud eſt adnotare! Primo enim, anne nouum hoc et inſolitum, vt γραφεὺς *Pictor*, non *Scriba*, exponeretur? An Tu, *Wolfi*, cuiquam incidiſti, qui aliter exponeret? Deinde, quod ais diſſimulari a *Plutarcho*, neſcio ſane, quo ore dixiſti, cum ab eo Scriptore diſerte memoretur illa hiſtoriola, atque et-

iam ab *Andocide* siue *Phaeace c. Alcibiadem.* Cuius sunt verba: πείσας Αγάθαρχον τὸν γραφέα συνεισελθεῖν οἰκαδε, τὴν οἰκίαν ἐπηνάγκασε γράφειν. δεομένῳ δὲ καὶ προφάσεις ἀληθεῖς λέγοντος, ὡς ἂν ἂν δύναιτο ταῦτα πράττειν ἤδη, διὰ τὸ συγγραφὰς ἔχειν παρ' ἑτέρων, προεῖπεν αὐτῷ δήσειν, εἰ μὴ πάνυ ταχέως γράφοι· ὅπερ ἐποίησε, καὶ ἐ πρότερον ἀπηλλάγη, πρὶν ἀποδρὰς ὤχετο τετάρτῳ μηνὶ τὰς φύλακας λαθών, ὥσπερ βασιλέως. ἔτω δ' ἀναίσχυντός ἐστιν, ὥστε προσελθὼν ἐνεκάλει αὐτῷ ὡς ἀδικούμενος κ. τ. λ. Negligitur sane ab *Athenaeo*, qui l. XII. p. m. 264. plurima de Alcibiadis luxuria et intemperantia conseruauit, quae alibi frustra quaeras. TAYLOR.

562. 16. ἱερὰν ἐσθῆτα.] Ita omnes omnino libri, qui hodie supersunt, tam scripti, quam impressi. *Wolfius* interea, quod in notis dissimulat, videtur ex versione legisse, τὸ δ' ὅλως ἀφανίζειν ιερα, quasi istud ἐσθῆτα natum esset ex errore Scribae repetentis voces proximas ἔσθ' ὅ, τι. Istud, siue errore, siue consilio, a *Wolfio* factum egregiam tamen recipit auctoritatem ab *Vlpiano*, cuius verba, id enim non creberrimo vsu venerit, hoc loco subiungam: ιερα μόνον ἡ ἀρχαία [ἔκδοσις sc.] ἔχει. ἐκφαντικὸς ἅσα πολλῶν, οἷον, σεφάνων, ἐσθῆτος, αὐτῆς τῆς ἐν ἱερῷ παινηγύρεως, καὶ ταύτην ὕβρισε. ἐπεὶ τόγε τὴν εσθητα προσθεῖναι, πολλὴν ἔχει τὴν ἐλάττωσιν. TAYLOR.

19. μὴ τοίνυν κ. τ. λ.] Has voces ordinant melius *Ven.* et *Barocc.* μὴ τοίνυν πρὸς τῷ μὴ καλὸν ὑμῖν, μηδὲ θεμιτὸν νομίζετε κ. τ. λ. *Praeterquam quod inhonestum est* [μὴ καλὸν], *reputate, esse contra legem et contra religionem* [μηδὲ θεμιτὸν, μηδ' ὅσιον.] Bonus *Wolfius* in sua ad hunc locum adnotatiuncula [Subaudi εἶναι, vel lege μὴ καλῷ] primo nugatur, deinde delirat. TAYLOR.

562. 23.

562. 23. *καὶ μηδένα μηδαμόθεν.*] Ab omni parte nullum, id est, vilissimum hominem, qui est *infra omnes infimos homines*, vt Comicus seruulus loquitur. WOLFIVS.

563. 1. *ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ.*] Vt in *Ione Euripidis*, qui cum esset Apollinis Filius, pro seruo se gerebat. Si legeretur, *ἐν τῇ τραγῳδίᾳ, ἐναίρθως*, certe aliqua Tragoedia intelligenda esset, in qua homo vilis in regiam familiam adoptatus est. Fortassis adludit ad *Oedipum Tyrannum Sophoclis.* WOLFIVS.

2. *ᾧ δύο κ. τ. λ.*] *ᾧ εἶναι, ἀντὶ τοῦ ὃν ἔχειν συμβέβηκεν.* Ferri potest, sed malim *τὸ εἶναι ἀπεῖναι*, cum *τὸ συμβέβηκεν* sufficiat. WOLFIVS.

5. *ὑποβαλλομένη.*] *ὑποβαλομένη Ital. ὑπολαμβανομένη Aug.* TAYLOR.

8. *τῆς ἴσης τιμῆς.*] *ταύτης τῆς τιμῆς* Cod. *Reg. α. Obsop. Ital.* Modo v. 9. *τῶν δ' προσηκόντων* iidem MSS. Deinde v. 11. *κατ' ὀδένα — τρόπον Ven.* TAYL.

17. *μάλα βεβίωται.*] Cum viderim, libros editos constanter prae se ferre hanc lectionem, quo me verterem, nescii: cum in MSS. *Lindenbr.* sc. *Obsop. Vindob.* et *Ital.* variari pro *μάλα, ὧν*, tantundem. Quo errore ortum sit illud *μάλα*, quo casu enatum, iudicent eruantque nasutiores. Fortasse pertinet ad sequentia *τῶν μαλα χρωμένων αὐτῷ.* TAYLOR.

26. *σκόπει δὲ.*] Melius cum *Ital.* et MSS. *Ald. σκόπει δή.* Proxime vero, *ἐξαιτήσεται* v. 27. et *καταγελάσει* v. pen. marg. *Paris.* *ἐξαιτήσεται* etiam MSS. *Aldini.* TAYLOR.

564. 2. *ἕτωσι.*] Aegre tuli, *Wolfium* post hanc vocem punctum commaticum addidisse, quia intempestiue et inficete hoc factum. Deinde illud *ἕτος* Cod. *Bar.* et *ἕτοσι* Editt. *Fel.* et *Lutet.* eodem animo accepi. Recte, signanter et felicissime scriptum — *τιμήσειν ὀδενὸς ἐλάττονος τούτῳ, ἢ ὅσον καταδεὶς αὐτῶσι παύ-*

σεται τῆς ὕβρεως. Nimirum hic frigent omnes Verſiones, neque vim aut ictum capiunt Graecae orationis. Producam locum *Aeſchinis*, quia eſt obſeruatu digniſſimus. Iubet Lex Aedilem, qui fuerit Athenis, quadraginta ad minimum annos natum ad id munus accedere. Rationem addit grauiſſimus Scriptor, ἵν' ἤδη ἐν τῇ σωφρονεσάτῃ αὐτῶ ἡλικία ὢν ουτος ἐντυγχάνῃ τοῖς ὑμετέροις παισί. Locus eſt in initio orationis c. *Timarchum*, p. 36. 2. Tu tamen cum Codd. melioris notae (inter quos numerabis vnum praeſtantiſſimi Viri *I. Locker.* qui me plurimum et amicitia et beneficiis ſibi deuinxit) emphatice magis leges: *vti in ſobria et ſeuera aetate conſtitutus* ουτως ἐντυγχάνῃ τοῖς ὑμετέροις παισί. *Ita. Ita demum. Xenopho* initio l. 2. *Cyropaed.* προσευξάμενοι θεοῖς καὶ ἥρωσιν ἵλεως καὶ εὐμενεῖς πέμπειν σφᾶς, ουτω διέβαινον τὰ ὅρια. Iſocr. *de Permutat.* Οὐγὰρ ἀγνοοῦντες, ὅσον διαφέρουσιν αἱ μείζους τῶν συμμαχιῶν πρὸς τὴν ἀσφάλειαν, ουτως ἐβουλευόμεθα περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ κ. τ. λ. Herodot. *Cl.* 196. Ἐκδοῦναι δὲ τὴν ἑωυτοῦ θυγατέρα, ὅτεῳ βούλοιτο ἕκαστος, οὐκ ἐξῆν, οὐδὲ ἄνευ ἐγγυητέων ἀπαγαγέσθαι τὴν παρθένον πριάμενον, ἀλλ' ἐγγυητὰς χρῆν κατασήσαντα, ἢ μὴν συνοικήσειν αὐτῇ, ουτω ἀπάγεσθαι. Simile eſt iſtud *Demoſthenis:* καὶ παρασχὼν ἑαυτὸν ἴσον καὶ κοινὸν ἀμφοτέροις ἀκροατὴν, ουτω τὴν διάγνωσιν ποιήσεται περὶ πάντων. *De Corona*, p. 227. 23. Neque abſimile eſt valde illud, quod de *Lycurgo* Oratore circumfertur: Λυκοῦργον οὐ μέλανι, ἀλλὰ θανάτῳ, χρίοντα τὸν κάλαμον κατὰ τῶν πονηρῶν, ουτω συγγράφειν. Vid. *Plutarchum* in *vita Lycurgi.* Adde, quae dixi inferius ad pag. 577. 9. TAYLOR.

564. 14. εἰ μέντοι κ. τ. λ.] εἰ μέντοι τί ποτ' ἐστὶν, ἃ λειτουργεῖ τῇ ἀληθείᾳ Μειδιας, δεῖ σκοπεῖν. *Ven. Bar. Aug.* TAYLOR.

564. 19. ὃς δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονα.] Ergo Euthydemo, vel, vt *Diodorus*, Eudemo Archonte, anno 4. Olymp. 106. egit hanc cauſam Demoſthenes. Nam ſecundum *Plutarchum* in *decem Oratorum vitis* natus fuit Dexitheo Archonte, anno 4. Olymp. 98. PALMER.

Ibid. Caue credas. Nec maior erit adhibenda fides *S. Petito* in *Comment. ad LL. Atticas*, pag. 266. Dixi alibi. Porro Interpres hic nobis clam biennium ſubripuit: *annum ago alterum et trigeſimum.* Si enim *Demoſthenes* δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονε, annum egit *trigeſimum tertium.* TAYLOR.

22. ἦμεν.] ἦσαν Cod. *Reg.* ε. Quod perinde eſt. Variatur magis in ſequentibus: nam pro οἴκων, ἐδαπανῶμεν habent *Ven. Baroc. Aug. Ital.* Caeterum hunc *Demoſthenis* locum de συντελείᾳ illuſtrare poſſunt ea, quae habet *Petitus* libri laudati p. 356. *Wolfius* nihil egit, cum vocem συντελεῖς [pen.] reddidit *attributos.* Neque multo plus agit, cum ſuam interpretationem ita defendit: „Attributos verti. Sunt autem ii, qui „vna tributum conferunt ad munus aliquod obeun„dum: quod ſinguli ſuis ſumtibus exſequi non poſ„ſint.„ TAYLOR.

24. ἐπληρῶμεν.] πότερα σκευῶν, ἢ ἑρετῶν, ἢ στρατιωτῶν, ἢ τούτων ἁπάντων; Sic *Vlpianus* interpretatur πληρώματα, ναύτας, καὶ ἐπιβάτας, καὶ σκεύη κατ' αὐτάς. WOLFIVS.

565. 4. ἀτελέσι.] ἀτελεῖς MSS. quamplurimi, *Ven. Baroc. Lindenbrog. Obſop. Aug. Ital. Vind.* TAYLOR.

11. ἡγεμὼν συμμορίας.] Vid. *Vlpianum* in III. *Olynth.* et *de Claſſibus.* Ἡγεμὼν autem id videtur habuiſſe munus, vt ante alios omnes tributum conferret, et tenuiorum ceſſationem de ſuo reſarciret. WOLFIVS.

565. 14. τῆς.] Reſtitui ex Cod. *Reg.* ε. et proxime, ſc. 17. ἓν ex *Ven. Bar. Obſop.* atque Editt. *Fel. Man.* et *Pariſina.* TAYLOR.

23. πλὴν εἰ ταῦτα.] F. πλὴν εἰ μὴ ταῦτα. MARKLAND.

27. λευκῆ ζεύγει τῇ ἐκ Σικυῶνος.] Vid. *Hadr. Iunii* I. *Animadu.* 12. et *Vlpianum* in commentariis. TAYLOR.

vlt. φιάλας.] φιάλας καὶ τὰ τοιαυτα ὀνομάζων. Ita plenius et melius *Ven. Bar. Aug.* Hunc locum laudat *Athenaeus* l. XI. p. m. 237. et 244. ibique explicat, quid ſit κυμβίον, quid ῥυτόν. Sunt autem vtrumque poculi genus. Memorantur a multis, praecipue ab *Epigene* Poeta antiquo, vt liquet ex his locis *Athenaei.* Ηδυποτιδες — μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ Επιγένης ἐν Ηρωΐνῃ διὰ τέτων, ψυκτήρια, κύαθον, κυμβία, ῥυτὰ τέτταρα, ἡδυποτίδας τρεῖς, ἡθμὸν ἀργυρᾶν. l. XI. p. m. 230. Rurſus: Επιγένης δ' ἐν Ηρωΐνῃ καταλέγων πολλὰ ποτήρια, καὶ τῆ ψυγέως ἔτως μνημονεύει· τὴν Θηρίκλειον δεῦρο καὶ τὰ Ροδιακὰ κόμισον λαβὼν τὰς παῖδας εἰσοίσεις μόνος ψυκτῆρα, κύαθον, κυμβία. Ex quibus locis collatis ita Senarios inſtruo:

Τὴν Θηρίκλειον δεῦρο καὶ τὰ Ροδιακὰ
Κόμισον, λαβὼν τὰς παῖδας· εἰσοίσεις μόνος
Ψυκτῆρα, κύαθον, κυμβία, ῥυτὰ τέτταρα,
Ηδυποτίδας τρεῖς, ἡθμὸν ἀργυρᾶν —

Martial. VIII. 6.

Archetypis vetuli nihil eſt odioſius Eucti:
Ficta Saguntino cymbia *malo luto.*

Idem II. 35.

Cum ſint crura tibi, ſimulent quae cornua Lunae,
In rhytio *poteras, Phoebe, lauare pedes.*

566. 1. παριόντας.] Hoc malo, quam παρόντας. WOLFIVS. Poſteriore modo legunt *Ald. Par. Ital.* et *Vindob.* TAYLOR.

566. 11.

566. 11. ἣν.] Τὸ ἣν abundat, et ἐπέδωκε nota interrogationis legendum. WOLFIVS.

Ibid. Delent iſtam otioſam, vt videtur, vocem cum *Wolfio Ven. Bar.* et *Aug.* Verum fortaſſe laborat potius praua interpunctione. Lege: Ἀλλὰ, νὴ Δία, τριήρη, ἣν ἐπέδωκε· ταύτην γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι θρυλλήσει, καὶ φήσει· Ἐγὼ ὑμῖν τριήρη ἐπέδωκα· ἔτωσὶ δὴ ποιήσατε. *Quod vero adtinet ad triremem, quam donauit, (eo enim munere, ſat ſcio, gloriabitur, et praedicabit: Ego vobis triremem donaui) de ea re ita ſtatuite.* TAYL.

567. 11. προϊέσης.] προϊέσης ἤδη τῆς ἐκκλησίας *Ven. Bar. Aug.* Proxime autem v. 13. reſtitui ἐπὶ τὴν ναῦν ex Editt. omnibus ſuperioribus et MSS. TAYLOR.

20. λιπὼν τὴν τάξιν ταύτην.] Corrigas diſtinctionem in Graecis, et *Wolfii* verſionem cum optimo *Marklando*: κατείληπτο σοφιζόμενος — λιπὼν τὴν τάξιν ταύτην· ἐπὶ τὴν ναῦν κ. τ. λ. *et iſtum fraude agere conſtabat, eum ordinem relinquendo: in nauem ſe coniecit*, etc. TAYLOR.

23. ἃ μὴν κ. τ. λ.] ἃ μὴν Νικήρατός γε οὐχ ἕτως ὁ τῦ Νικίᾳ *Bar.* et *Aug.* Quod praefero, quoniam ita immediate legitur: ἀδ' Εὐκτήμων ὁ τῦ Ασίωνος, οὐχ οὗτως. Deinde autem ὁ ἀγαπητὸς παῖς habent *Ital.* et *Bar.* TAYLOR.

24. ὁ ἀγαπητὸς, ὁ ἄπαις.] *Vlpianus* exponit, [vocem ἀγαπητὸς] ὁ ὅμοιος τῷ πατρὶ, καὶ [vocem ἄπαις] νέος ἔτι καὶ παῖς. Vbi fortaſſis legendum ὁ μονογενὴς τῷ πατρὶ, *vnicus filius*, [γρ. μόνος, quod facilius et verius] καὶ ἀντίπαις, τετέχι ὁ πρόσηβος καὶ ἀνδρόπαις, vt augeatur eius ſtudium a cauſis deterrentibus ab expeditione, quae ſunt ſolitudo patris, aetas et valetudo adoleſcentis. Sin ὁ ἄπαις recte legitur, ſignificat familiam vna cum eo exſtinctum iri. Sed haec, cum priuatae ſint hiſtoriae, nihil ad nos. WOLFIVS.

568. 6. ὦ πρὸς θεῶν] ὦ πρὸς των θεῶν Codd. *Baroc.* et *Reg.* ε. TAYLOR.

12. καὶ γὰρ αὖ τότε] καὶ γὰρ αὐτῷ τὸ *Lindenb. Vindob. Obſop. Ital.* Pro τότε, τῶτο MSS. *Ald.* et *Bar.* TAYLOR.

14. ἀπεπλεῖτε.] Rectius cum MSS. *Ald. Vindob.* et *Reg.* α. ἐπεπλεῖτε. Licet in Teſtimonio, quod modo ſubiicitur, iſta Vox non ſollicitetur. TAYLOR.

20. σύνισε μὲν.] σύνισέ μοι MSS. *Ald.* et *Obſop.* fere. Deinde τὰ πολλὰ τέτων υμεις *Ven. Bar.* et *Ital.* credo, qui tamen iſtam vocem ex errore ſubſternit poſt τέτῳ, non, vt debuit, poſt τέτων. TAYLOR.

23. Παμφιλος.] Deeſt municipii cognomen. WOLFIVS.

569. 4. ξυλων καὶ χαρακων καὶ βοσκημάτων.] Hunc locum allegat *Plutarchus* in libello, *An ſeni gerenda ſit Reſp.* Οπε γὰρ ὁ Δημοσθένης φησὶν ἀνάξια πάσχειν τὴν Πάραλον ἱερὰν ὖσαν τριήρη, ξύλα, καὶ χάρακας, καὶ βοσκήματα τῷ Μειδίᾳ παρακομίζσαν· ἢ πε πολιτικὸς ἀνὴρ κ. τ. λ. Sed fallitur eruditiſſimus Scriptor: non enim haec geſta ſunt in Paralo, ſed in trireme, quae Midiae erat priuata. Fuit quidem Midias Parali Quaeſtor, vt liquebit p. 570. Sed duas hiſtorias commiſcuit, memoria nimium fretus. Quod tamen minime debuit: nam ni haec in Paralo eſſent geſta, corruit argumentatio *Plutarchi*, et labefacta eſt omnis vis et gratia iſtius orationis. Locum vide. TAYL.

8. εἰ τοίνυν.] Haec melius ordinarentur iuxta *Italicum* interpretem, hoc modo: ſc. εἰ τοίνυν ὡς ἀληθῶς, ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι, τοιαῦτ' ἦν αὐτῷ καὶ τὰ λελειτεργημένα καὶ πεπραγμένα, ἅπερ φήσει καὶ καταλαζονεύσεται πρὸς ὑμᾶς αὐτίκα δὴ μάλα, καὶ μὴ τοιαῦτα, οἷα ἐγὼ δεικνύω. *Se ben tutte le coſe, Signori Athenieſi, foſſero ſtate coſi fatte et adminiſtrate da lui, come egli le dirà, e preſto ſe n' auanterà con voi, e non com' io le*

io le moſtro. Vide, quantum praeſtet interpretationi *Wolfianae.* TAYLOR.

569. 17. *ὑπὲρ τῆς πόλεως.*] *τῇ πόλει Baroc.* Id quod *Auguſtanus* habet loco ſcholii. In ſequentibus, v. 18. *ἀλλ' ὅμως υμεις* iidem boni Codices. TAYLOR.

20. *ὁπότ'.*] *ὅπε* Codd. *Vindob. Reg. α.* et ſcholiaſtes *Vlpianus.* TAYLOR.

22. *δέδονται.*] Ita antiquiſſimi Codd. et Editiones, non *δίδονται* cum *Wolfio.* TAYLOR.

24. *τῇ ϛήλῃ.*] *καὶ τῇ ϛήλῃ* Editt. *Felic.* et *Man.* *ἐν τῇ ϛήλῃ Pariſina.* TAYLOR.

570. 5. *ἐρχεῖσθαι.*] Melius legitur in aliis Editionibus *ἐχεῖσθαι.* PALMER.

Ibid. Lectionem antiquam Editt. *Aldinae* et *Pariſinae* recte reformauit cum *Wolfio Palmerius*, quibus ſuccenturiantur MSS. fere omnes libri. TAYLOR.

7. *βοώνην.*] Ita Codd. *Lindenb.* et *Regii α. β. ε. βοιώνην* Editiones *Feliciana*, *Manut.* et *Lutetiana.* TAYLOR.

13. *τίνος ἐϛ' ἄλλε ἄξιος ἔτος;*] Redditiuum addit *Venetus* Codex: *ουδενος.* TAYLOR.

18. *τὰ σύμβολα συγχέων.*] *τὰς συνθήκας λύων.* De ſymbolis vide Orationem *περὶ τῆς Αλονήσε.* Niſi forte *σύμβολα* appellet *ſigna impreſſa ſarcinis*, quae deleuerit Midias, ne agnoſcerentur: vt intellexiſſe videtur *Vlpianus.* WOLFIVS.

24. *δώδεκα τῆς πόλεως.*] Forte *δώδεκα υπερ τῆς πόλεως.* WOLFIVS.

571. 3. *τὰς πομπὰς ἡγεῖτο.*] Forte *τῆς πομπῆς.* Nam *τὸ ἡγεῖμαι* genitiuo et datiuo iungi ſolet. WOLF.

4. *καὶ ταῦτα πάντα ἴσασιν οἱ ἱππεῖς.*] Alii *καὶ ταῦτα εξιοντων.* Quod ferri poteſt, addito articulo: *καὶ ταῦτα των ἐξιόντων πάντες ἴσασιν οἱ ἱππεῖς.* Etſi hoc modo potius dicendum eſſet: *καὶ ταῦτα τῶν ἱππέων πάντες ἴσασιν οἱ ἐξιόντες.* WOLFIVS. Omnino

autem cum pluribus Codd. et doctissimo *Marklando* verum erit istud παντες. TAYLOR.

571. 13. πρώτης.] πρῶτον *Bar.* et *Aug.* quod videtur satius esse et commodius. TAYLOR.

25. ἐβέλεσθε.] ἐβελεύεσθε Cod. *Reg.* ε. ἐβελεύσασθε *Bar.* et *Aug.* Modo v. 26. pro ζημιῶσαι, κολάσαι habent *Bar. Lindenb. Regg.* α. β. *Obsop. Aug. Vind.* et *Ital.* TAYLOR.

572. 2. πρὸς ὑμᾶς.] πρὸς ὑμᾶς ἄνθρωπος. εἷς etc. Sic *Benenatus*, *Lind.* et *Ital.* quo pacto etiam *Vlpianus* Interpres *Demosthenis* legisse videtur. Et recte, meo quidem iudicio, dissentiente licet *Lambino*. Rescribe igitur: ἐλογίζετο αὑτῷ γεγενῆσθαι πρὸς ὑμᾶς ο ανθρωπος. εἷς μὲν ἕτος, et quae sequuntur. TAYL.

11. θέαν — καταλαμβάνοντες.] Ita loquitur *Lucianus* ad fin. *lib. de Saltatione*, nisi fallor, et alibi. MARKLAND. Vide omnino *P. Leopard.* I. *Emendat.* 13. TAYLOR.

15. εἰ κατελάμβανον κ. τ. λ.] εἰ κατελάμβανεν, ἄνθρωπε, θέαν, καὶ εἰ μὴ etc. Editio *Lambini*. TAYL.

17. τίνος — εἶ κύριος; καὶ ὁ ἄρχων αὐτὸς τοῖς ὑπηρέταις κ. τ. λ.] Ita male in *Wolfiana* pungitur. Ego distinxi certissima fide, et miror, eos, qui hoc saxum ante me euoluerint, non admoneri potuisse ex *Wolfiana* interpretatione, quae rectissime se habet. TAYLOR.

20. πρὸς τὸ μὴ τὸ σῶμα.] Duriuscula haec sane, et aliena a *Demosthene*. Lege: πολλὰ γὰρ προ τὸ μὴ τὸ σῶμα ἕκαστον ὑβρίζεσθαι πεποιήκασιν οἱ νόμοι. Atque ita legunt *Vindob. Ital. Lindenb.* et *Baroc.* Nugatur *Wolfius*, μὴ εἰς, vel κατὰ, τὸ σῶμα ἕκαστον, vel, μὴ τὸ σῶμα ἑκάστε. TAYLOR.

25. καὶ ὑμεῖς κ. τ. λ.] Forte: καὶ ὑμεῖς εἰσελθόντα ἀπεκτείνατε τοῦτον· Κτησικλέα λέγω. διὰ τί δή; ὅτι σκύτος etc. Nam ita in quibusdam Codd. clare legi-

re legitur, in plurimis desunt posteriora ista τοῦτον ἀπεκτείνατε. TAYLOR.

573. 4. ὧν εἶλεν ἀποφὰς.] Cl. *Marklando* magis placet ον εἶλεν ἀποφὰς, subintellecto ἐκεῖνε, *remittens* vel *condonans* illi, *quem iudicio vicerat*. Eadem est locutio pag. 577. 18. ὥστε καὶ [ἐκεῖνος,] πρὸς ὃς μηδέν ἐστι σοὶ πρᾶγμα, λυπεῖσθαι. Ον εἶλεν, vt supra pag. 541. 16. εἶλεν αὐτόν. Lambinus legit ὧν ὁ μὲν τῆς, ἧς εἶλεν, δίκης ἀποφάς. TAYLOR.

5. εὖ οἶδ'.] Reuocaui istud ευ, adiuuantibus Editt. *Fel. Man.* et *Lutet.* MSS. autem *Bar. Ital. Obsop. Vindob.* aliisque fere omnibus. Saepissime excludi solet vox ea in isto situ. Vide *Lection. Lysiac.* c. XII. initio. Mox, v. 6. pro φήσειαν, φήσητε habet *Baroc.* et φήσαιτε *Aug.* TAYLOR.

16. ὑμεῖς δὲ.] ἀλλ' ὑμεῖς δὲ *Ven. Bar. Aug.* quo pacto etiam exorsa est periodus anterior: ἀλλα Πύῤῥον, ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι, vel, vt *Lind.* et *Ital.* legunt, ἀλλὰ Πύῤῥον μεν, ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι. Quam lectionem recipiendam esse statuo: et plerumque, quae in MSS. Auctoris nostri *adduntur*, eiusmodi sunt, vt elegantiam et emphasin secum trahant. TAYLOR.

20. ἔθ' ὑντινῶν.] Desunt in *Veneto*. Alii habent ἔτε ἄλλον ἐδένα, vt *Baroc. Aug.* et *Vlpiani* Codex. TAYLOR.

574. 11. Φέρειν κ. τ. λ.] εισφερειν παρὰ παντα τὸν βίον *Ven. Bar.* εἰσφέρειν etiam habent *Aug.* et *Ital.* TAYLOR.

15. ἐλεῶν πολλός;] *Vlpianus* et hic legisse videtur οἷος ἐγώ. Quae appendix videtur non *Demosthenis*, sed Scholiastae esse *Demosthenis* studiosi. WOLFIVS.

19. ἐδὲν ὑπολαμβάνων εἶναι;] Lege οὐδὲ ανθρ ὑπολαμβάνων εἶναι; i. e. ἀνθρώπους. Supra p. 547. 15. loco parallelo: Ετερος ἔτοσί τις; βίαιος, ἐδένα ἔτ' ἐλεῶν,

ἐλεῶν, ἤδ' ὅλως ἡγέμενος ανθρωπον. Infra p. 578. 19. πάντες εἰσὶ τέτῳ καθάρματα, καὶ πτωχοὶ, καὶ ἀδε ανθρωποι, quae ſunt ipſiſſima huius loci verba. MARKLAND.

574. 23. ἐκ ἐκείνε.] καὶ ἐκ ἐκείνου *Lindenb. Obſop. Ital.* et *Vindob.* Quae vox in poſtremo Cod. deeſt etiam ante τὰ παιδία in ſequentibus. Quod feliciſſime totum hunc locum complanat. Nam ex hac parte abeſſe certe, in illa ſuppleri omnino debet. TAYLOR.

575. 4. τὸν ἐναντίον.] τὸν ἐναντίον μαλλον, ἢ τέτον. WOLFIVS. Deinde v. 6. πάλιν ο αὐτὸς ἐκεῖνος *Bar.* TAYLOR.

12. ὁ πεπονθὼς.] ὁ πεπονθὼς εγω *Ven.* TAYL.

17. τέτοις ἀξιᾶντα.] διὰ τέτων τῶν νόμων δήπε καὶ τῶν ὅρκων. WOLFIVS.

pen. τἄνομα.] τετο τἄνομα *Aug. Ital. Obſop.* et *Vindob.* TAYLOR.

576. 1. ἐξ ὑμῶν.] παρ' ὑμῶν *Bar. Ital. Lindenb. Aug. Vind.* et Codd. *Regg.* α. β. ε. TAYLOR.

11. ἡγᾶμαι.] Scribe ὅ, τι ἂν — ηγωμαι, vt ſupra p. 575. 25. MARKLAND. Ita ſcribitur in marg. Edit. *Morel.* Codd. *Aug.* et *Vindob.* TAYLOR.

12. συνεξεταζομένες.] παριζαμένες καὶ συνηγορᾶντας. WOLFIVS.

17. ἐκ ἂν ἀρνηθείην.] ἐκ ἀπαρνηθείην *Obſop. Ital. Vindob. Reg.* β. et propemodum *Lindenb.* Locum hunc ita laudat *Plutarchus de Educat. Puerorum:* Εν δὲ τῷ κατὰ Μειδίε τὴν τῆς σκέψεως ὠφέλειαν ἐναργῶς παρίζησι. φησὶ γᾶν· Εγὼ δ' ἐσκέφθαι μὲν, ὦ Αθηναῖοι, φημὶ, κἀκ ἂν ἀρνηθείην καταμεμελετηκέναι γε ὡς ἐνῆν μάλιτα ἐμοί· καὶ γὰρ ἂν ἄθλιος ἦν, εἰ τοιαῦτα παθὼν καὶ πάσχων ἠμέλεν, ὧν περὶ τέτων ἐρεῖν ἔμελλον. TAYLOR.

24. ποιῶν.] γρ. ποιεῖν marg. *Paris.* TAYLOR.

577. 2.

577. 2. ἐρεῖν.] Ita edidi pro ἐρεῖ ex auctoritate *Ven.* et *Bar.* Mox v. 4. vocem ἔρημα delent iidem MSS. cum *Augustano.* TAYLOR.

4. ἐξεκλησίασαν.] ἐξεκλησίασαν Edit. *Lutet.* corrupte. Lege ἐκκλησίασαν cum margine *Benenati*, et *Vindob.* vel ἐκκλησίαζον cum MSS. *Ven. Baroc. Aug. Ital.* et confer *Lysiam* pagg. 493. vlt. et 787. II. TAYL.

9. ἕτος.] ἔτως *Wolfius*, vt sit δακτικόν. Verum, ita si fuisset, sede mutata legi oportuisset: ὥστε κακῶς λέγων, καὶ ἀπειλῶν, καὶ βλέπων εἰς τὸν ἀεὶ θορυβοῦντα τόπον τῆς ἐκκλησίας, ἕτω καταπλήξειν ὥετο τὸν δῆμον ἅπαντα. Vid. supra pag. 564. 2. TAYL.

17. καὶ ὑπεροψίας.] τοσαύτης ὑπερηφανίας, καὶ τοσαυτης ὑπεροψίας πληρης ὢν πάντων ἀνθρώπων ἔσῃ φανερώτατος Codd. *Obsop. Ital.* et *Vindob.* TAYLOR.

21. ἐν δὲ τῷ κρίνεσθαι.] ἐν δὲ τῷ κρίνεσθαί σε *Aug.* Proxime autem, v. 22. vocabulis transpositis, rectius nonnihil, meo quidem iudicio, leges: μεγάλην μέν τ' ἂν τεχνην, μᾶλλον δὲ αρχην εἴης ἂν εὑρηκὼς, εἰ —. Prius istud ἂν dissimulant *Lind.* et *Ital.* Quibus tamen parum moueor. Istius enim idiomatis satis amplam messem congessit *Barnesius* in Indice ad *Euripidem*, homo in istiusmodi crisi satis exercitatus, eique muneri non admodum impar. TAYLOR.

25. φθόνον ἐξ ὧν ζῇς.] φθόνον εφ' οις ζῇς *Bar.* et *Aug.* TAYLOR.

578. 5. νῦν πάλιν μείνας κ. τ. λ.] Si remanserit in vrbe, quomodo populum apud eos, qui egressi sunt, accusabit? Ego me, etiamsi τὸ μείνας sustuleris, hunc locum non intelligere fateor: et vt interpreteris μείνας, S. τὸν καιρὸν, *exspectata occasione*, parum probo. Legere autem, id quod sententia postulare videtur, νῦν πάλιν τῶν μεινάντων πρὸς τὲς ἐξεληλυθότας τὸ δήμῳ κατηγορήσει, *nunc vicissim eos, qui remanserunt, apud eos e populo, qui egressi sunt, accusabit*, aut μείνας πρὸς τοὺς

τοὺς μένοντας τῶν ἐξεληλυθότων, sine fide et subsidio probati Codicis, nimis calidum videtur. Etsi huic coniecturae suffragantur sequentia: πότερον ἔν ὑμεῖς, ἄν τε μένητε, ἄν τε ἐξίητε. WOLFIVS.

578. 5. Quidni ita legeretur, cum huic emendationi fauere videatur Cod. *Italicus?* Νῦν πάλιν μεινάντων πρὸς τὰς ἐξεληλυθότας τῷ δήμῳ κατηγορήσει. Supra enim p. 577. 3. ἑτόλμα λέγειν, ὡς ὅσοι, δέον ἐξιέναι, κατέμενον, καὶ ὅσοι τὰ φρέρια ἦσαν ἔρημα λελοιπότες ἐκκλησίασαν, καὶ χορευταὶ καὶ ξένοι — ἦσαν, οἳ κατεχειροτόνησαν αὐτῷ. TAYLOR.

15. ἔνδηλοι.] Forte εὔδηλοι. WOLFIVS.

23. τίς γάρ ἐστιν κ. τ. λ.] Olim, nempe in Edit. *Lutet.* legebatur, τίς γάρ ἐστι ετι τουτω, ὅστις κ. τ. λ. Id *Wolfium* male habuit, cuius sunt verba, sc. „ἔτι τούτω alii Codd. non habent, et turbat sententiam et constructionem: neque etiam placet ἔθει τούτῳ, *hisce moribus*, quod commodius diceretur τοιοῦτος τὸν τρόπον, ἔτως ἀναιδής, ἢ θρασὺς, ἢ τολμηρὸς, aut aliquid simile.„ Hucusque Vir doctissimus. Locum melioribus auspiciis sanauit optimus *Lambinus*, cum voces istas erraticas inferius v. 26. ad suam sedem reuocauerit, εἰ καὶ μηδεὶς ἄλλος ἐπῆν κίνδυνος ετι τουτῳ, μηδὲ ἀγών — Ibidem, ἀγὼν ἔτι μηδὲ κίνδυνος *Lindenbrog. Ital. Vindob.* TAYLOR.

24. καταχειροτονηθέντος.] τῷ δήμῳ καταχειροτονήσαντος αὐτῷ, vt ἐγὼ καταχειροτονῶμαι fit formula. Sed quid si καταχειροτονηθὲν κατ' Αττικισμόν? WOLFIVS.

Ibid. Lege καταχειροτονηθέντος αὐτῷ. MARKL.

26. ἐπ' αὐτῷ.] ἐπ' αὐτῷ τουτῳ Editi cum MSS. paucis, sed infeliciter. Commonstraui, quo pertineret istud τούτῳ. Id mendum fraudi fuisse *Wolfio* video, *ob id ipsum.* ἐπ' αὐτῷ (vel ἐφ' αὐτῷ) καταδύναι est *in se ipsum descendere.* TAYLOR.

578. vlt.

578. vlt. ἀλλ' ἀπὸ ταύτης etc.] Hoc comma laudat *Plutarchus Platon. Quaest.* extrem. vbi expendit vim orationis ἐξαιρεθέντων τῶν συνδέσμων. Locum consule. TAYLOR.

579. 2. Μειδίας Αναγυράσιος κ. τ. λ.] Distingue: Μειδίας Αναγυράσιος προβέβληται Πλȣτάρχȣ· προξενεῖ· τὰ etc. Sic p. 560. 2. τȣ́τȣ προβέβληνται Πολύευκτος, Τιμοκράτης. vbi recte se habet *Wolfiana* interpretatio, quae pessima est hoc loco. Adluditur nimirum hic ad factum aliquod tunc temporis bene notum, quod euenit inter καταχειροτονίαν Midiae et scriptionem huius orationis. MARKLAND.

5. ἢ ὅτι ἐγὼ.] Distinctius ἢ ὅτι, Εγὼ etc. vt adpareat, haec esse verba Midiae insolenter se efferentis. MARKLAND.

10. προσήκει;] Huic interrogationi respondent *Bar. Aug.* et *Reg.* ε. εγω μεν ηγȣμαι. Recte. TAYL.

11. χρήσεσθε.] Ita *Bar. Lamb.* aliique. χρήσεσθαι Editt. *Ald.* et *Paris.* cum Cod. *Veneto.* TAYLOR.

15. ἑκάςοτ' ἐδημηγόρει.] Potius cum *Ital.* et *Reg.* α. ἑκάςοτε δημηγορεῖ. TAYLOR.

20. φλαῦρον.] Ita MSS. ἐὰν δέ τι λυπηρον η φλαῦρον, ὃ μηδείς γ' ἂν βȣ́λοιτο. Ita *Bar.* et *Aug.* In *Ven.* λυπηρὸν pro varia lectione. TAYLOR.

pen. νεμεῖσθε.] F. νεμεισθαι, et v. seq. εμβησεσθαι, (subintellecta sc. ἀπὸ τȣ̃ κοινȣ̃, voce οἴεσθε). Vide enim, quomodo his ἀντίςοιχα efferantur pag. proxima v. 9. Νομίζεις ἡμᾶς μὲν ἀνέξεσθαί σου, αυτος δε τυπτησειν; καὶ ἡμᾶς μὲν ἀποψηφιεῖσθαί σου, σε δὲ ȣ̓ παυσεσθαι, vbi pro σὲ congruentius legas σύ. MARKLAND.

Ibid. Infinitiui isti, quos amplectitur Vir felicissimae diuinationis, reperiuntur in optimis exemplaribus, *Manutiano* et *Feliciano.* συ etiam pro σὲ in MSS.

νεμεῖσθαι

νεμεῖσθαι correxit quoque *Lambinus*, neglectis reliquis. TAYLOR.

580. 2. ἔχων.] ἔχει *Ald.* et *Ven.* Rectius. Lege itaque et distingue: καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ψυχῆς περίαν καὶ κακόνοιαν, ἣν κατὰ τῶν πολλῶν ὑμῶν ἔχει ἀφανῆ παρ' ἑαυτῷ, περιέρχεται, φανερὰν ἐπὶ τοῦ καιροῦ καθιστάς. TAYLOR.

10. καὶ ἡμᾶς.] Ita recte *Wolfius* pro ὑμᾶς, quod obtinet in *Ald. Fel. Paris. Ven.* et *Aug.* ἡμᾶς habet *Manutius*, *Vindob.* et *Baroc.* Porro, emendabis, αὐτὸς δὲ τυπτήσειν — συ δὲ δ' παύσεσθαι; Ita enim *Bar. Aug.* et *Ital.* Vide ad pag. praeced. v. pen. Istud vero μεν ante ἀποψηφιεῖσθαι iam restituimus ex MSS. fere omnibus. TAYLOR.

11. καὶ βοηθήσουσιν.] Haec ex abrupto quodammodo inferuntur, non sine suspicione mendi. Sed vtrum οἱ λέγοντες ὑπὲρ αὐτοῦ βοηθήσουσιν, S. αὐτῷ: an οἱ λέγοντες (τοτέρων οἱ ῥήτορες) βοηθήσουσιν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ αὐτῷ? Neutrum sane bellum videtur. WOLFIVS.

Ibid. Abrupta quidem haec esse videntur, neque, vt ait *Wolfius*, mendi suspicione carere. Verum si nouam periodum instituerit: Καὶ βοηθήσουσιν οἱ λέγοντες etc. tum Comma hoc [sc. p. 580. 11. p. 581. 13.] ad Midiae aduocatos pertinebit, neque iunctura abruptior esse apparebit, quam hae res solent fieri. Quod tamen mihi et stomachum et suspicionem mouet valde, est huiusmodi, sc. quod ἐκ τῶν λεγόντων, ex Aduocatis, Eubulum quendam perstringit solum, (licet complures fuerint) atque omnino ita, vt Oratio ad eum iam dudum conuersa fuisse videretur. Hunc enim primum nomine compellat v. 24. de eo tamen perpetuo ab exorsa vsque hac periodo ad exeuntem agit. Aut igitur desunt nonnulla, aut delabitur furtim Orator ad Eubulum, quem et hac voce ἔτος v. 14. et digito

gito ſimul commonſtrat. Neque enim nobis legentibus tam clara et perſpicua omnia eſſe poſſunt, quam oculatis et auritis ſolent eſſe. Emortuum tantum ſermonem percurrimus, neque nos capere poſſit vis et proprietas eorum, quae *agendo* fiebant. Quae fortaſſe contemplatio quorundam locorum moleſtiam leuabit, quae nunc duriter et inconcinne dici videntur. Verbi gratia, in *Leptinea*, p. 480. 7. cum de Chabria ſermo habetur, et rebus geſtis, εἶλε, inquit Rhetor, τῶν νήσων τετων τὰς πολλὰς, (Cycladas intelligit,) quare tamen τέτων diceret, noſtrum erat, qui intelligeret, nemo. Quid tamen ſignificantius, quid expreſſius, quam vt hac voce digitum intenderet ad πραξεις Χαβριε, ad *librum memorialem* in medio iacentem, et mox recitandum, qui Chabriae res geſtas, harumque inſularum nomina et memoriam complecteretur? Elegantiſſimam hanc Criſin debeo eruditiſſimo cuidam, ſed ignoto, iuueni, qui literis ſuam mentem aperuit poſt editam a me orationem, quam dixi. TAYLOR.

580. 12. χαρίσεσθαι.] Neſcio, vnde hoc adripuerit *Wolfius*: Editi enim et MSS. conſtanter habent χαρίζεσθαι, vti ego dedi. *Reg.* ſolummodo α. χαρίσασθαι. Quod omnino alienum. TAYLOR.

14. αὐτῷ.] Aberat a *Manutio* et *Wolfianis*. Reſtitui ex *Ald.* et *Paris.* Editt. *Ven. Bar. Lindenb Aug. Vindob.* et *Ital.* MSS. TAYLOR.

17. ὅπε γὰρ ἐγὼ.] Lege diſtinctius, cum *Pariſina*: ὅπε γὰρ ἐγὼ μὲν ἀδὲ, πεπονθὼς κακῶς, ἐχθρὸν εἶναί μοι τῆτον ὁμολογῶ. *Cum ego defugiam eius inimicus haberi, licet iuſtas inimicitiae cauſas mihi obiecerit.* Pro ἀδὲ Cod. *Vindob.* legit ὁ, ὁ πεπονθὼς κακῶς. TAYL.

19. ἀφίησιν.] ἀνίησιν in antiquo ſuo Cod. reperit *Obſopoeus*, licet priori lectioni magis accedat; nec tamen rationem iſtius conſilii exponit. ἀνίησιν etiam

habent *Lind. Ital. Reg. α. Vindob.* et *Vlpianus.* TAYLOR.

580. 26. *ἀντιβολῆντος.*] *καὶ ἀντιβολῆντος* Edit. *Benenati* et Codd. *Lindenb. Vindob.* et *Ital.* Recte. TAYLOR.

pen. *τὴν προβολὴν γεγενῆσθαι.*] Distingui potest: *τὴν προβολὴν γεγενῆσθαι τότ', ἔδει τόν γε φίλον* etc. et melius, propter istud, quod opponitur, *εἰ δὲ καταγνὰς ἀδικεῖν τότε, διὰ ταῦτ'* etc. MARKLAND.

581. 3. *χαρίσασθαι.*] *αὐτῷ χαρίσασθαι* marg. *Benenati.* TAYLOR.

16. *ἐξαιτήσεσθαι.*] Forte *λιπαρήσειν, καὶ ἐξαιτήσεσθαι παρ' ὑμῶν αὐτόν.* WOLFIVS. *Lambinus* legit *λιπαρήσειν παρ' ὑμῶν, αὐτὸν αὐτοῖς ἀξιῶντας* etc. Quod sane non intelligo. Codd. quidem nonnulli praestantiores, *ἐξαιτήσεσθαι τουτον καὶ λιπαρήσειν παρ' ὑμῶν*, sine *αὐτόν.* Quod sane pulcherrime confirmat optimi *Wolfii* coniecturam. TAYLOR.

22. *ὃ μὴ γένοιτο κ. τ. λ.*] *ὃ μὴ γένοιτο, ἀδ' ἔσαι ποτε· ἔτοι κ. τ. λ. Ven. Baroc. Aug. Reg. α. ὃ μὴ γένοιτο ἀδέποτε. Ital.* TAYLOR.

pen. *ταχύ γ' ἂν χαρίσαιντο;*] *Wolfius* videtur legisse *τάχα, fortasse.* Post interrogationem autem restitue Oratoris responsum, *ου· ἐδὲ γὰρ δεηθέντι* etc. *nequaquam: neque enim plebeio cuiquam* etc. Sic infra p. 586. 2. *ἡ δὲ τῶν νόμων ἰσχὺς, τίς ἐστιν; ἆρ', ἐάν τις ὑμῶν — βοηθῆντες; ου· γράμματα γὰρ κ. τ. λ.* Et ita alibi. Amittebatur *οὐ* in sequenti vocabulo *ἀδέ.* Verbum *ἀναπνεῖν Wolfius* vertit *efferri animis*, quam recte, nescio. MARKLAND.

vlt. *ἀλλ' ἐκ ἂν εὐθέως εἵποιεν.*] Aut *τὸ ουκ* abundat, aut haec interrogatiue legenda. Velim et repeti articulum *τόνδε τον βάσκανον, τόνδε τον ὄλεθρον.* WOLFIVS.

582. 2.

582. 2. τῆτον δὲ.] Fortaſſe τῆτον δὴ ὑβρίζειν. *Hunc* demum *eſſe petulantem!* TAYLOR.

Ibid. ἀναπνεῖν etc.] Καὶ πῶς ἂν οἷόν τε ζῆν, ἄνευ τῆ ἀναπνεῖν; Quare legendum videtur: μέγα πνεῖν, ταὐτὸ τῷ μέγα φρονεῖν ὄν. WOLFIVS.

5. μηδὲ τὸν πλῆτον.] Haec addidi ex Editt. antiquis et MSS. *Wolfius*, credo, incuria ſua omiſit, conſilio certe reiicere non potuit. TAYLOR.

19. πλητήσῃ.] πλητήσει Lambinus. Confirmatur ab *Ital.* et noſtris *Ven. Bar. Vindob.* TAYLOR.

Ibid. εἰσὶ μὲν κ. τ. λ.] εἰσὶ μὲν εισι τὰ μάλιστα αὐτοὶ πλέσιοι *Bar.* et *Reg.* α. TAYLOR.

583. 1. ἰδίων.] Scribitur ἰδία, idque multo rectius, in optimis Exemplaribus *Obſop.* et *Vindob.* TAYL.

8. καὶ γὰρ μὴ γεγενῆσθαι.] Sub. δεινὸν ἐδέν. *Nihil tam graue eſſe admiſſum, non factas eſſe illas iniurias.* Parum placent haec, nec quicquam occurrit melius. WOLFIVS.

Ibid. Atqui mens loci eſt in propatulo, quam qui non videt, eum ex induſtria fugiſſe arbitror. Si in priori actione, (quae ſc. apud populum fiebat, antequam ad iudices eſſet relata) ſi, inquam, in iſta contentione Midiam abſoluiſſet Populus, iſtud non aegre tuliſſem. Multa ſunt, quae animum recreaſſent. *Dici enim ibi potuit, aut non eſſe latam hanc contumeliam, aut ſi lata eſſet, nihil quicquam ad Feſti religionem ſpectare, et multa alia praeterea huiusmodi calamitatem leuaſſent: Iam autem*, et quae ſequuntur. TAYLOR.

10. νῦν δὲ τῆτο κ. τ. λ.] Haec periodus ita procedit: Νῦν δὲ τῆτο καὶ πάντων ἂν μοι δεινότατον συμβαίη, εἰ παρ' αὐτὰ μὲν τὰ δικήματα ἔτως ὀργίλως — ἔχοντες ἐφαίνεσθε, ὥστε — ἐπεὶ δὲ κεχειροτόνηται μὲν ὕβρις τὸ πρᾶγμα εἶναι, — τηνικαῦτ' ἀποψηφιεῖσθε ὑμεῖς. Male in *Wolfianis* extrema haec interro-

gatiue notantur. Male etiam idem edidit ἐπεὶ δή, quod mendum mecum ſuſtulit *Ital.* TAYLOR.

583. 15. καὶ τινῶν.] καὶ τῶν ἄλλων τῶν σφόδρα τότων πλεσίων *Bar. Aug. Regg.* α. ε. et *Vindob.* TAYL.

17. Βλεπαίε τᾶ τραπεζίτε.] Hic eſt fortaſſe, quem nominat *Alexis* in Comoedia apud *Athenaeum* l. 6. p. m. 121.

Ο Κόρυδος ἔτος ὁ τὰ γέλοι' εἰθισμένος
Λέγειν, Βλεπαῖος εἶναι βέλεται, νῦν γ' ἔχων·
Πλετεῖ γὰρ ὁ Βλεπαῖος.

TAYLOR.

18. ἀνεκράγετε.] ἀνακεκράγατε *Ital.* TAYLOR.

Ibid. ὡς παρ' ἐκείνε.] ὡς τᾶτ' ἐκεῖνο Editt. et MSS. quamplurimi, diſſentiente *Wolfio.* Sed defendi poteſt lectio Codd. eamque bene explicat ſcholiaſtes. Marg. *Paris.* habet ὡς τοτ' ἐκεῖνα χρήματα. TAYLOR.

23. ἐπέξει.] Επεξιέναι καὶ Επεξελθεῖν eſt ius ſuum perſequi. Lego ὅπως ἐπεξίης vel ἐπεξίῃ, ab ἐὰν ἐπεξίωμαι. Quod non placet, nihilo magis, quam ἐπέξῃ, cuius vocis formationem me ignorare fateor. WOLFIVS.

Ibid. ἐπέξῃ.] ἐπεξῇ *Reg.* β. ἐπεξίῃ ε. ἐπέξει vel ἐπεξῇ *Ital.* ἐπέξει *Vindob.* Ita etiam legit *H. Steph. Theſ. L. Gr.* Tom. I. col. 1139. Vid. Budaei Comment. p. 87. Deinde v. 26. pro κρίνοντες rectius cum *Reg.* α. κρίναντες. TAYLOR.

24. τοιαῦτα λέγοντες.] F. καὶ τοιαῦτα λέγοντες. WOLFIVS.

584. 2. καὶ δοκᾶντα.] Iſtud καὶ habes ex *Bar. Obſop. Aug.* et *Vind.* TAYLOR.

17. πότερον ἓν τότε γενομένε.] ἐπειδὴ τᾶτο γέγονε. τὸ τί δέ; ἡ ὕβρις, ἢ ἡ καταχειροτονία, ἢ ἄμφω ταῦτα; WOLFIVS.

25. ἐδ' ἐχορηγεῖθ' ἅμα πάντες.] Recte haec ſecundum optimos Codd. *Vindob. Aug.* et *Bar.* et editionem

tionem *Benenati*. Vulgariter ἐδὲ χορηγεῖθ' ἅμα πάντες. TAYLOR.

585. 3. φυλάττεσθαι.] Ita Editt. et MSS. *Wolfius* φυλάττεσθε. TAYLOR.

4. συγχωρήσετ' ἂν.] In MSS. συγχωρήσαιτ' ἂν, vt *Ven. Bar.* aliique. συγχωρήσετε τὅτον *Ital.* et *Lindenb.* Vid. Cl. *Markland.* ad *Leptineam*, pag. 494. 21. TAYLOR.

8. πρόεσθε.] πρόησθε Editt. *Felician.* et *Manut.* item Codd. *Bar. Ital. Obsop. Aug.* et *Regg.* α. ε. TAYLOR.

Ibid. ὁρᾶτε.] Distinguendum: ὁρᾶτε δὲ· αὐτίκα δὴ μάλα κ. τ. λ. MARKLAND.

18. καὶ τίνι κ. τ. λ.] Rotundius haec et castigatius in quibusdam exemplaribus leguntur ita: καὶ τίνι χρή με λογισμῷ ταῦτα παθόντα ζῆν, εἰ περιόψεσθε etc. Codices enim quasi tautologice scriptam, περιεῖναι alii, alii vocem ζῆν negligunt. Quos laudo. TAYLOR.

21. ἐὰν δέ.] Sub. ὑβρισθήσωμαι. WOLFIVS.

26. ἄν τε διακοσίους.] Obserua incertum iudicum numerum. WOLFIVS.

586. 2. ἀλλὰ τῷ τὰς νόμους ἰσχύειν.] Vulgo ἀλλὰ τὸ τοῖς νόμοις ἰσχύειν. Quae est lectio parum accurata. τῷ habent Editt. *Man.* et *Lutet.* et Cod. *Vindob.* τὰς νόμους etiam marg. *Paris.* expresse denique ἀλλὰ τῷ τὸν νόμον ἰσχύειν *Ital.* Est et alia varietas lectionis in nonnullis, vti in *Lindenb.* et *Obsop.* ἀλλὰ τῇ τῶν νόμων ἰσχύϊ. Quam scripturam, vel fortasse meam, confirmabunt ea, quae proxime sequuntur. TAYLOR.

6. δύναιντ'.] Ita secundum *Bar.* et *Ital.* loco τὅ δύναιτ' aliorum. δυνήσαιντ' *Vindob.* TAYLOR.

12. μήτ' ἔλεον.] Addidi has voces ex MSS. *Ven. Bar. Lindenb. Obsop. Aug. Ital. Vind.* et Edit. *Parisina.* TAYLOR.

586. 16. ἐσυρίττετε κ. τ. λ.] Vulgo ἐσυρίττετε, ὥσθ' ἃ μίσθος ἐστὶ, ταῦτ' ἐποιεῖτε. Vocem σημεῖα addunt fere omnes libri scripti, *Vindob. Baroc.* marg. *Paris. Obsop. Ital.* cum Editt. *Man.* et *Fel.* Quae postrema editio ἐκφάγατε. ἐκενφάγατε *Manut.* ἐκενφάγειτε *Obsop. Lambinus* ait, se cum *Harpocratione* malle legere ἐσυρίττετε, καὶ ἐκλωζετε, καὶ πάντα, ἃ μίσθος ἐστὶ σημεῖα. Vide *Harpocrationem* v. Ἐκλώζετε. TAYL.

20. ὅτε περιβαλόμην.] Ita ex Editt. et MSS. Male *Wolfius*, siue eius operae, ὅτι. TAYLOR.

22. εἰς ἱερὸν καθεζόμενος.] Supra dixit in aede Bacchi condemnatum esse Midiam. WOLFIVS.

IACOBI IVRINI

M. D.

VIRI CLARISSIMI

ANNOTATIONES

AD

DEMOSTHENIS MIDIANAM.

AD ARGVMENTVM POSTERIVS.

Pag. 510. 15. ἐπισάσης δὲ τῆς ἑορτῆς.] Wolfius: *Festo autem iam instante*, minus recte; nec enim certabant inter se choragi festo iam instante, sed in ipsa festi celebratione. Reddendum itaque: *Quum vero celebraretur festum.*

16. χορηγοὶ.] Wolfius: *Aediles.* Sed Aedilis apud Romanos longe alia et longe maior erat auctoritas et munus,

munus, quam choragi apud Athenienſes. Malim itaque: *Choragi*, vel *chori ductores*, tum hic, tum vbique.

511. 8. τῶν πολιτευομένων τις.] Wolfius: *vnus ex ciuitatis gubernatoribus.* Rectius puto: *vnus ex Rhetorum numero*, vel *vnus ex eorum numero, qui ciuitatis negotiis ſe immiſcebant.*

9. πολλὰ δυνάμενος.] Wolfius: *magnae auctoritatis*, malim, *magna potentia.* Auctoritas enim virtuti tribuitur: potentiam vero factione et partium ſtudio vel improbiſſimi nonnunquam conſequuntur.

11. καὶ δὴ καὶ.] *Tum verè quoque:* Wolfius. Erratum forte preli eſt, et legendum: *Tum vero quoque.*

13. τῷ καλῶς ᾄσαντι δῆναι τὴν νίκην.] Wolfius: *ſe victoriam illi daturos, qui praeclare cecinisſet.* Vertendum: *qui optime cecinisſet.*

16. ὥστε ἐν τῷ θεάτρῳ κόνδυλον αὐτῷ παρασχεῖν, καὶ τὴν ἱερὰν περιρρῆξαι ἐσθῆτα.] Wolfius: *vt ei alapam impingeret, vt veſtem dilaceraret.* Legendum: *vt etiam* in theatro *ei alapam impingeret, et veſtem* ſacram *dilaceraret.*

512. 4. λείπει δὲ τὸ τάφον ὀρύξαι.] Wolfius: *ambigitur vero, an ſepulcrum ſit effoſſum.* Rectius: *id vero deeſt, vt ſepulcrum fuerit, quod effoſſum ſit.*

7. ὁ δὲ διώκων ἀντιφέρει.] Wolfius: *Accuſator vero obiicit.* Rectius: *reponit*, vel *retorquet.*

12. τὸν αὐτοχειροτόνητον.] Wolfius: *qui vltro ſeſe obtulit.* Melius: *qui, nemine ſuffragium ferente, ſe ipſe vltro obtulit.*

14. αὐτοχειροτόνητος γὰρ ἦσθα.] Wolfius: *nam tuo ſuffragio es creatus.* Vertendum: *nam tuo vnius ſuffragio es creatus.*

23. κεφάλαια δὲ, ἃ ἐν τάξει προσήκοντά ἐστι τῷ λόγῳ.] Wolfius: *Ac capita in oratione ordine poſita, haec ſunt.*

At nisi Graeca corrupta sint, vertendum videtur: *Habet autem oratio capita ordini instituto conuenientia.*

512. 26. τὸ γὰρ, ἃ πρὸς ἅπαντας, καὶ ἃ πρὸς ἐμὲ μόνον, καὶ τὸ ἀεί.] Agitur hic de vehementia, qua orationem orditur Orator, vbi haec verba habet: τὴν ὕβριν, ἣ πρὸς ἅπαντας ἀεὶ χρῆται Μειδίας. Itaque procul dubio legendum: τὸ γὰρ, πρὸς ἅπαντας: vel saltem: τὸ γὰρ, ἢ πρὸς ἅπαντας. Id cum non animaduerteret *Wolfius*, multum ab Expositoris mente aberrauit. Cum enim reddit: *Id quod hoc: Annon aduersus omnes? et, non contra me solum: item, petulantiam semper meditatus, et, non semel fortuito deliquisse, ostendunt;* vertere potius debuisset: *Istud enim* aduersus omnes, *et non in me solum, et istud*, semper, *studium improbitatis, non semel fortuito deliquisse ostendunt.*

513. 1. γνώμη νομοθέτου.] Wolfius: *sententia legislatoris.* Potius: *legislatoris consilium*, vel *scopus.*

IN ORATIONEM.

515. 11. ἔτω δὲ τούτων ἐχόντων, ὅσα μὲν παρ' ἐμοῦ — τετήρηται· — ὑπομένας· ἃ δ' ἐν ὑμῖν — ὑπόλοιπα· — τὸ δίκαιον ἕξειν.] Hunc in modum haec interpungenda videntur, vt vnam periodum, non plures, conficiant, quo modo hactenus edita fuerunt. Sententia manifesta est. *Quae quidem in me sita erant*, inquit Orator, *ea omnia vobis integra praestiti: quod autem postea vestrae potestatis est, ius meum me consecuturum spero, et quidem tanto magis, quanto magis iste vobis molestus est.* Hoc si vidisset Wolfius, scripsisset non: *quae a me obseruari conueniebat, — et quae iam apud vos reliqua sunt, experiri voluerim. Nam quanto:* sed: *quae quidem a me obseruari conueniebat, — quae vero post ea in vobis reliqua sunt: nam quanto* etc.

517. 3. τῇ υϛεραιᾳ εν Πανδιοις.] Legendum: τῇ ὑϛεραίᾳ τῶν Πανδίων. Nam explicans legem Orator paulo post habet μετὰ τὰ Πάνδια.

Ibid. χρηματιζειν.] Wolfius: *respondento.* Immo potius: *dicendi potestatem faciant*, hoc est, si quid perperam factum sit, accusandi facultatem cuilibet concedant. Eodem sensu τὸ χρηματίσωσιν, et τὸ χρηματίζειν, quae proxime sequuntur, v. 10. et 11. manifeste accipienda sunt.

518. 11. ȣ̓ γὰρ ὅπως μὴ τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί τινος — ᾤεσθε χρῆναι· ἀλλὰ καὶ.] Legendum videtur: ȣ̓ γὰρ μόνον μὴ τὸ σῶμα etc. vel, ȣ̓ γὰρ μόνον ὅπως μὴ τὸ σῶμα etc. Certe verbum μόνον, aut aliquid simile, hic necessarium est, vel expressum, vel subintellectum.

519. vlt. τέως ἂν χρησθῇ.] Wolfius: *quamdiu ea vtare.* At nondum ea veste vsus erat Demosthenes, sed erat ea penes aurificem. Itaque vertendum puto: *donec ea vsus fueris*, vel *vti cessaueris.*

Ibid. καὶ τȣ̀ς ϛεφάνȣς τȣ̀ς χρυσȣ̃ς — ἐπεβȣ́λευσεν — διαφθεῖραί μȣ.] Elegantius: διαφθεῖραί μοι.

520. 7. τὸν διδάσκαλον — διέφθειρέ μȣ τȣ̃ χορȣ̃.] Hic etiam legere malim διέφθειρέ μοι τȣ̃ χορȣ̃.

16. ὥϛε τὸν ἐϛεφανωμένον ἄρχοντα διέφθειρε.] Malim: διαφθείρειν. Nec arridet istud τὸν ἐϛεφανωμένον ἄρχοντα. Nec enim ipsum Archontem ciuitatis hic designari puto, quum magni esset res periculi, hunc in modum de summo magistratu loqui, sed potius praesidem festi, τὸν τῶν ἐϛεφανωμένων ἄρχοντα, qui pompam ducebat.

18. τὰ παρασκήνια φράττων, προσηλῶν, ἰδιώτης ὢν, τὰ δημόσια.] Wolfius: *Scenae aditus obstruendo, clauis defigendo: ipse homo priuatus, vim publicam facere.* Potius: *Scenae foris obstruendo, clauis defigendo, ipse homo priuatus, publicas.*

522. 24. *πρός τινας αὐτὸς διεξιών.*] Lege *αὐτός.*

523. 4. *ἐναντίος ἂν ἦκεν εὐθύς μοι λόγος.*] Wolfius: *contrariam ſtatim rationem obiici mihi potuiſſe.* Potius: *eum contrariam ſtatim rationem mihi fuiſſe obiecturum.*

12. *Φεύγοντος μὲν γὰρ — ἐστὶ, τὸ τὸν παρόντα τρόπον — διακρεσμένον, τὸν ἐκ ὄνθ' ὡς ἔδει γενέσθαι λέγειν.*] Wolfius: *Rei enim eſt — certum iudicii modum — detrectando, dicitare, eum fuiſſe modum vſurpandum, qui nullus eſt.* Pro *certum* malim *praeſentem:* opponuntur enim ſibi inuicem iſta, *τὸν παρόντα* et *τὸν ἐκ ὄντα.*

527. 15. *ἀλλ' ἃ μὲν ἄν τις ἄφνω τὸν λογισμὸν φθάσας ἐξαχθῇ τι πρᾶξαι, κἂν ὑβριστικῶς τοῦτο ποιήσῃ.*] Non ſunt haec ſana. Nam aut delendum eſt *τι*, et ſcribendum *ταῦτα*, vel, quod magis arridet, et propius ad conſuetam lectionem accedit, ſcribendum *ἀλλὰ μὲν ἄν.*

528. 9. *τοῖς ἐκ προαιρέσεως ὑβριστὰς χαλεπὸς ὄντας ἰδεῖν ἐστι τοὺς νόμους.*] Wolfius: *hominibus petulantibus et proteruis leges iratas eſſe cernitur.* Potius: *homines deliberato iniuriam facientes leges grauius punire cernitur.*

13. *ἀλλὰ προσιμᾶν ἐπέταξε τῷ δημοσίῳ.*] Wolfius: *ſed ad crimina publica referri oportere ſtatuit.* Potius vertendum: *ſed inſuper mulctam ſoluere aerario iuſſerit.*

22. *τὴν μὲν γὰρ ἰσχὺν, ὀλίγων, τοὺς δὲ νόμους, ἁπάντων εἶναι.*] Vertendum: *robur enim corporis, paucorum; leges vero vniuerſorum eſſe.*

23. *καὶ τὸν μὲν πεισθέντα, ἰδίας· τὸν δὲ βιασθέντα, δημοσίας δεῖσθαι βοηθείας.*] Wolfius: *eum, qui transegerit, ſibi: cui vis facta ſit, reipublicae velle ſatisfactum:* Reddendum potius: *et eum, cui per fraudem*

dem perſuaſum ſit, ſua ipſius; eum vero, cui vis facta ſit, publica ope indigere.

529. 2. καὶ τοσαύτη γ' ἐχρήσατο ὑπερβολῇ.] Wolfius: *et rem vſque adeo exaggerauit.* Potius: *et eo vſque ſeueritatis proceſſit.*

23. ὅσοι δ' ἂν γραφωνται γραφας ἰδιας.] Wolfius: *Qui vero priuata iudicia dictarint.* Potius: *qui vero lites priuatas intenderint.*

532. 24. ὃς δ' ὁ προσκαλέσας κατὰ τὸν νόμον ἀζήμιος ἔσαι.] Wolfius: *qui citarit, lege indemnis non erit.* Parum ad mentem Demoſthenis. Senſus eſt: *ne is quidem, qui legitime citarit, indemnis erit.* Opponuntur enim τὸ κατὰ τὸν νόμον, et quod ſequitur, παρὰ πάντας τὲς νόμες.

533. 27. ἐδεὶς πώποτε τῦτ' εἶδε τὸ πλεονέκτημα.] Wolfius: *nullus vnquam praerogatiuam hanc animaduertit.* Magis ad ſenſum Demoſthenis: *nemo vnquam hanc vincendi occaſionem animaduertit.*

534. 5. τῶν μὲν νικᾶν ἂν ταὐτὸν παρὰ τῦτ' οἰομένων χορηγῶν.] Legendum videtur τῶν μὲν νικᾶν ἂν ἑαυτὲς etc. et ad hanc lectionem accommodata eſt verſio Wolfiana.

537. 10. τῷ δ' ἐπὶ τῦ βοηθᾶν ἀποδιδόναι τὴν χάριν.] Wolfius: *accuſatori vero promte opem ferendo, gratiam referri decet.* Melius abeſſet τὸ promte.

18. ἐν — διατριβῇ ὅτως ἰδίᾳ.] Delendum videtur ὅτως. Forte irrepſit ex linea ſequente.

538. 25. τῶν δικασάντων — πολλοὶ.] Wolfius: *iudicum plerique.* Potius: *multi ex iudicibus.* Nam maior eorum pars Euaeonem damnauit.

539. 19. βέλομαι δὴ καὶ περὶ ταύτης ὑμῖν ἀρχῆς εἰπεῖν.] Legendum puto ἐξ ἀρχῆς. Sed certe vitioſa eſt verſio: *Volo igitur et de hoc ſimultatis initio referre:* cum vertendum eſſet: *Volo igitur vobis etiam*

hanc

hanc ſimultatem ab initio commemorare, vel, *huius ſimultatis initium referre.*

540. 22. λαβὼν δ' ὑπερήμερον καὶ ἔχων, ἀδενὸς ἡψάμην πώποτε τῶν τότε, ἀλλὰ — πάλιν.] Wolfius: *cumque iudicatum non ſoluiſſet, nihil rerum eius, quod mihi licebat, vnquam attigi: rurſus.* Potius: *quum iudicati ad diem non ſolati reum tenerem, nihil ex eius facultatibus vnquam attigi. Sed rurſus* etc.

542. 20. κατηγόρων ἔρημον.] *Nullis accuſantibus*, Wolfius. Miror, virum doctiſſimum id non vidiſſe, Stratonem Midia accuſante damnatum fuiſſe, aut etiam κατηγόρων ἔρημον, tanquam φίλων ἔρημον, pro Demoſthenica locutione habere potuiſſe. Tu mecum abſque dubitatione lege: κατηγορῶν ἔρημον, *accuſans abſentem*, vel, *quod abeſſet.*

543. 9. συνέβη δὲ ὑπερημέρῳ γενομένῳ λαθεῖν αὐτῷ διὰ τὸ ἀδικηθῆναι.] Non quaeſtio hic proponitur, ſed obiectio aduerſarii. Itaque interpungendum, ἀδικηθῆναι· vt etiam paulo ſupra τῶν ὄντων, v. 7. Nec vertendum cum Wolfio: *An vſu ei venit, vt, cum ſtatum diem praeteriſſe ignoraret, afficeretur iniuria?* Sed hunc in modum: *At diem ſtatum praeteriſſe ignorabat, quod fraude captus eſſet.*

547. 8. ἐγὼ γὰρ οἶμαι πάντας ἀνθρώπους φέρειν ἀξιῶν παρ' αὐτῶν εἰς τὸν βίον αὐτοῖς ἔρανον.] Si vera haec ſit lectio, abſurdam opinionem profert Orator. Nec enim omnes homines, ſed boni ſolum, ἀξιῶσι, aequum eſſe cenſent, vt praemium vita ſua dignum a reliquis hominibus conſequantur. Mali longe aliter ſentiunt. Quod ſi legas ἄξιον pro ἀξιῶν, planus erit ſenſus. *Ego enim opinor homines omnes ex ſeipſis dignam quaſi ſtipem ad reliquam ferre vitam.* Malim vero, deleto τῷ παρ', reſcribere ἄξιον αὐτῶν.

549. 27. κερματα.] Legendum videtur χρήματα. Nec enim veriſimile eſt, Midiam nummis minutulis

tulis oblatis, ſed notabili aliqua pecuniae ſumma promiſſa, tantum facinus illis perſuadere voluiſſe.

551. 24. *επι βλαβῃ.*] *Ad nocendum populo*, adde, *vel alicui ciuium.* Nam legendum puto: *ἢ τινὸς τῶν πολιτῶν*, non *καὶ τινός.*

552. 14. *δι' ἐμὲ.*] Wolfius: *me relicto.* Immo: *mea cauſa*, vel, *propter me*, nempe vt facti inuidiam ad me deriuaret.

vlt. *χρῆν μὲν δὴ ἔτω.*] Legendum *ἐχρῆν.*

553. 4. *ὅμως δ' ἔγωγε τούτῳ γε τυγχνώμη.*] Puto *τούτου.*

555. 11. *καὶ τὸ ποιήσαντας μὴ δοῦναι δίκην.*] Legendum: *καὶ τὸ κακῶς ποιήσαντας μὴ δοῦναι δίκην.* Opponitur nimirum *τὸ κακῶς ποιήσαντας*, *τῷ* ſupra poſito *κακῶς παθεῖν.*

558. 6. *καὶ τὴν λοιδορίαν, ἣν ἐλοιδορήθη Κρατίνῳ.*] Wolfius: *et quibus conuiciis Cratinum fuerit inſectatus.* Potius, ni fallor: *et quibus conuiciis eum Cratinus fuerit inſectatus.* Certe, ſi Graeca vtrumque ſenſum capiunt, id magis e re Oratoris eſſet, iudicibus ſubiicere, Cratinum antea Midiam maximis conuiciis inſectatum fuiſſe, nunc vero eidem patrocinari.

18. *ὧν ἐπελαμβάνοντο οἱ πεντηκοσολόγοι.*] Wolfius: *quae publicani pignerabant.* Potius: *quae publicani attinuerunt*, nempe donec portorium ſolueretur.

19. *εἰς τοὺς ὁπλίτας ὑμᾶς.*] Legendum *ἡμᾶς*, quod clare apparet ex ſequentibus, *ἡμεῖς διέβημεν.*

559. 26. *περιαιρεθεὶς ἔτος τὰ ὄντα, ἴσως μὲν ἂν ὑβρίζοι· εἰ δ' ἄρα, ἐλάττονος ἄξιος ἔσται.*] Wolfius: *Si ei res familiaris adimatur; fortaſſe fiet in poſterum modeſtior: poſteaque minoris putabitur.* Potius: *ſin minus; minoris putabitur.*

560. 9. *φθείρεσθαι πρὸς τοὺς πλουσίους.*] Wolfius: *vt cum diuitibus ſe coniungant.* Num? *qui ſe diuitibus corrumpendos praebeant.* An potius coniecturae acutiſſim

tissimi *Taylori* fauendum est? *qui ad diuites reptant*, deriuando τὸ φθείρεσθαι ἀπὸ τοῦ φθειρός.

562. 6. ὑβρίζεσθαι.] *vt vexarentur*, Wolfius. Potius: *vt contumelia afficerentur.*

14. ὅπερ οὐδὲ ὀνειδίζειν ἄξιον.] Wolfius: *quod ne criminis quidem obiici loco debet.* Potius: *quod ne inter vituperandum quidem proferri debet.*

16. τὸ δ' ὅλως ἀφανίζειν ἱερὰν ἐσθῆτα.] Bene sane monet *Vlpianus*, antiquitus legi solitum τὰ ἱερὰ, cum vestis mentio hoc loco plane frigida sit, praesertim cum conferatur cum atrocissimo crimine, cuius reus factus erat Alcibiades.

19. μὴ τοίνυν ὑμῖν πρὸς τῷ μὴ καλὸν, μηδὲ θεμιτὸν νομίζετε, ἄνδρες δικασταὶ, μηδ' ὅσιον εἶναι.] Wolfius: *Proinde praeterquam quod inhonestum est, neque licitum, iudices, ne fas quidem esse vobis existimate.* Paulo incuriosius. Vertendum: *Proinde, praeterquam quod inhonestum sit; neque licitum existimate, iudices, neque fas esse vobis.*

566. 22. ἐγένοντο — ἐπιδόσεις — πρῶται.] Wolfius: *Largitiones primae factae sunt.* Potius: *Collationes pecuniarum primae factae sunt.*

567. 18. καὶ κατείληπτο σοφιζόμενος τότε ὁ δειλὸς καὶ κατάρατος οὗτος.] Wolfius: *et timidum atque exsecrandum istum fraude agere constabat.* Magis ad sensum Demosthenis: *et iam deprensus est callidus tergiuersator; tum timidus iste et exsecrabilis.*

568. vlt. παντος δε τȣ ϛολȣ πλεοντων εν ταξει.] Mirum, ni legendum sit πλέοντος.

570. 10. ἐπανορθοῦσθαι.] *Emendare*, Wolfius. Potius: *compensare*, vel *extollere.*

25. ἀξιούντων ὑμῶν πλεῖν.] Wolfius: *petentibus vobis, vt nauigaret.* Sed absurdum videtur istud *petentibus*, in statu democratico. Malim itaque: *iubentibus vobis*, vel, *cum vestrae voluntatis esset.*

572. 18.

572. 18. ἐὰν ἕτω πείθωμαι.] Legendum videtur: εἰ δ' ἐὰν ἕτω πείθωμαι, vel, εἰ δ' ἔπω πείθωμαι.

574. 17. ἄλλος ἐτοσί τις ἀναιδὴς.] Wolfius: *Alius quispiam, vt iſte, impudens.* Male: nec enim loquitur hic Demoſthenes de Midia, ſed de homine quouis moribus Midiae ſimilibus: *Alius quispiam impudens.*

pen. ὅτι εἰ μὲν μηδαμῶς δυνηθεὶς γενέσθαι ταπεινὸς.] Wolfius: *quia ſi nulla ratione ferociam ſuam domare potuiſſet.* Potius: *quia ſi nulla ratione humilitatem et modeſtiam praeſtare potuiſſet.*

575. vlt. καὶ ὑμεῖς δὲ ὁρᾶτε.] Legendum puto δὴ pro δὲ.

576. 21. ὁ γὰρ τὰ ἔργα παρεσχημὼς.] Legendum videtur: ὁ γὰρ τότε τὰ ἔργα παρεσχημὼς: vt opponatur τότε, τῷ νῦν in fine ſententiae, cum alioqui redundet τὸ νῦν.

577. 24. ἐν ἕτω βραχεῖ χρόνῳ.] Wolfius: *tam paulo momento.* Potius: *tantulo temporis momento.*

578. 5. νῦν πάλιν μείνας.] Wolfius: *nunc rurſus — occaſione exſpectata.* Immo: *nunc rurſus domi ſedens.* Nec enim exiuerat Midias cum equitibus, nec cum ſua trireme, ſed ad vrbem remanſerat. Vide pag. 567.

579. 14. τῶν γε δημηγοριῶν.] *vel ob crebras et importunas conciones*, adde, *et tempora, quibus eas habuerit.*

581. 2. προσκέκρεκεν ἐμοὶ.] Wolfius: *inimicus eſt.* Potius: *inimicus factus eſt*, nempe poſt celebrationem feſti. Nam illo tempore non opitulatus eſt Eubulus Midiae, nunc, poſtquam inimicus factus eſt Demoſtheni, opitulatur.

pen. τυχεῖν ἂν οἴεσθε; ταχύ γ' ἂν χαρίσαιντο;] Plane legendum: τυχεῖν ἂν οἴεσθε; τάχα γ' ἂν χαρίσαιντο.

582. 2.

582. 2. τοῦτον δὲ ὑβρίζειν; ἀναπνεῖν δὲ.] Legendum videtur: τοῦτον δὴ ὑβρίζειν, ἀναπνεῖν δέ; Reddendum vero Latine, non, vt Wolfio: *hunc demum ita esse petulantem? ac efferri animis:* sed: *hunc ergo iniuriam facere, et adhuc respirare?*

583. 10. νῦν δὲ τοῦτο — τί ποιήσεις, Ἀθηναῖοι, τοιαῦτα λέγοντες· ἐπεὶ δὲ — ἀποψηφιεῖσθε ὑμεῖς.] Legendum sine nota interrogationis: nam hoc totum vna est sententia.

585. 25. ἰσχυροὶ.] Wolfius: *sacrosancti.* Potius *potentes.* Modo pro *valeat* lege *valeant.*

I. TAYLORI
PRAEFATIO
AD
ORATIONEM DEMOSTHENIS
CONTRA ANDROTIONEM.

Sequitur Oratio inprimis diserta et elegans, et, si antiquis magistris credere fas sit, non sine aemulatione et ingenii quadam contentione elaborata. Androtio enim, ὁ Φεύγων, ex *Isocratis* schola et disciplina profectus, summa erat inter *Isocrateos* celebritate, et maximam aetatis partem in foro et dicendi vsu transegerat, vt narrat *Vlpianus* ad huius orationis p. 594. 16. Cui coniungere libet haec verba *Scholiastae Hermogenis*, pag. 401. Ἰσοκράτης μαθητὴν εἶναι λέγεται Ἀνδροτίωνα, καὶ ἦν, ὥς φησιν ὁ ῥήτωρ, τεχνίτης τοῦ λέγειν. ἐπετήδευσεν ἓν ὁ Δημοσθένης κεκαλλωπισμένον ἐργάσασθαι τὸν κατ' Ἀνδροτίωνος, ἀντιφιλοτιμούμενος πρὸς

πρὸς Ισοκράτην ῥήτορα παρίσοις ἐπιχρώμενον κατὰ ζῆλον τῦ διδασκάλυ. Neque a ſuo expoſitore diſſentit *Hermogenes* ipſe cap. περὶ Επιμελείας, qui etiam θεωρίαν ſuam, ſiue commentariolum ad hanc orationem, iam autem deperditum, in iſto loco commemorat. Locum vide: Πλεονάζουσι [παρισώσεις] παρὰ τῷ Ισοκράτει, εἰσὶ δὲ καὶ παρὰ τῷ ῥήτορι — οἷόν ἐστι καὶ τὸ, τῆ τε πόλει βοηθειν οἴεται δειν, καὶ δίκην ὑπὲρ αὐτῦ λαβειν, τῦτο κἀγὼ πειράσομαι ποιειν. τοιαύτην γὰρ παρίσωσιν, καὶ ὅτως ἐπιτετηδευμένην ἀδεμίαν εὑρεῖν ἑτέραν ἔχομεν παρά γε τῷ ῥήτορι. ἀλλὰ τὴν μὲν αἰτίαν, δι' ἣν ἐνταῦθα ἐπετήδευσεν ὅτω κεκοσμημένον προσκόρως τὸν λόγον εὐθὺς ἐν προκαταρκτικοῖς παρασχέσθαι, θεωρῦντες τὸν λόγον αὐτὸν τὸν κατ' Ανδροτίωνος εἰρήκαμεν.

Illud ſingulare habet Androtiana, quod in toto corpore *Demoſthenico* nulla ſit alia praeterea oratio, in qua Rhetor noſter tantum ſibi indulſit in opera mutuaticia, nulla, in qua ſeipſum adeo ſedule exſcripſerit. Quod legitur in *Androtiana* pag. 607. 24. huius editionis, vſque ad pag. 610. 16. et deinde quae pag. 613. 12. ad orationem exeuntem, verſibus omnino 136. ea omnia pauciſſimis immutatis leguntur etiam in *Timocratea*. Neque id fortaſſe mirum, cum in illa et idem Androtio pene φεύγειν videtur, eundemque idem, vt in hac, perſequitur Diodorus. Quod vero de ea ſimilitudine admonet *Vlpianus*, puerile eſt, ſiue potius piaculare, vbi ait, *nunc* [id eſt in Timocratea] *id dicere Oratorem de Androtione, quod in Androtiana dixerat de Timocrate*. Quod nullo modo verum eſt. πολλῦ γε καὶ δεῖ. Iterum, laudatiſſimum iſtud enthymena p. 595. 13. Σὺ δὴ μὴ λέγε, ὡς γέγονε τῦτο πολλάκις, ἀλλ' ὡς ὅτω προσήκει γίγνεσθαι. ἐ γὰρ εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τὰς νόμυς ἐπράχθη, σὺ δὲ τῦτ' ἐμιμήσω, διὰ τοῦτ' ἀποφύγοις ἂν δικαίως, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἁλίσκοιο. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐκείνων προήλω, σὺ τάδ' ἂν ἔγραψες, ὅτως ἂν σὺ νῦν δί-

κην δῶς, ἄλλος ἃ γράψει, haec, inquam, fere omnia minima cum discrepantia repetuntur proxime in *Aristocratea*. Quae verba, vt id etiam moneam, laudat *Gellius*, X. 19. interpretatur autem *Quintilianus*, V. 14. *Optimum autem videtur Enthymematis genus, cum proposito dissimili vel contrario ratio subiungitur: quale est* Demosthenis: NON ENIM SI QVID VNQVAM CONTRA LEGES FACTVM EST, IDQVE TV ES IMITATVS, IDCIRCO TE CONVENIT POENA LIBERARI: QVIN E CONTRARIO DAMNARI MVLTO MAGIS. NAM VT, SI QVIS EORVM DAMNATVS ESSET, TV HAEC NON SCRIPSISSES: ITA DAMNATVS TV SI FVERIS, NON SCRIBET ALIVS. Postremo, oratione hac exeunte, quaedam sunt, quae minima aut sententiae, aut verborum differentia olim in *Leptinea* dicebantur.

Eiusdem fere aetatis et esse videntur et ab antiquis perhibentur, (sc. Olymp. CVI. anno autem Demosthenis circa XXVII. aut XXVIII.) Androtiana, Leptinea, Aristocratea et Timocratea, omnium autem prima Androtiana, quam legis. Scriptum enim reperimus a *Gellio* XV. 28. *Illud adeo ab vtriusque oratoris studiosis animaduersum et scriptum est, quod Demosthenes et Cicero pari aetate illustrissimas orationes in causis dixerint, alter* κατα Ἀνδροτιωνος και κατα Τιμοκρατους, septem et viginti annos natus, *alter anno minor pro P. Quintio, septimoque et vicesimo pro Sex. Roscio.* Cum eo consentit Plutarchus: τῶν δὲ δημοσίων ὁ μὲν κατ' Ἀνδροτίωνος, καὶ Τιμοκράτης, καὶ Ἀριστοκράτες ἑτέροις ἐγράφησαν, ἔπω τῇ πολιτείᾳ προσελήλυθότος. δοκεῖ γὰρ δυοιν η τριων δεοντα ετη τριακοντα γεγονὼς ἐξενεγκεῖν τὰς λόγας ἐκείνας. Et similiter Halicarnassensis: δημοσίας λόγας ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιστράτε ἄρχοντος, εἰκοσὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος (turbantur numeralia,

ralia, ſcribere enim debuiſſet ἕβδομον) καὶ ἔστιν αὐτῷ πρῶτος τῶν ἐν δικαστηρίῳ κατασκευασθέντων ἀγώνων ὁ κατὰ Ανδροτίωνος, ὃν γέγραφε Διοδώρῳ τῷ κρίνοντι τὸ ψήφισμα παρανόμων. *Ad Ammaeum.* Quae omnia vbi perlegeris, atque inter ſe contuleris, (ſcripta ſunt enim non minori veritate, quam conſonantia et ἀκριβεία) miraberis profecto, quid ſibi velint iſta portenta *Vlpiani* in initio ſcholiorum, ἔτος ὁ λόγος, de Androtiana loquitur, μετα τους Φιλιππικους πρῶτός ἐστι τῶν δημοσίων, (aut ſi mauis cum Codd. Regiis, δεύτερος) cum haec cauſa Philippicas omnes orationes easque res geſtas nonnullis annis antecedat. Id quod nemini dubium eſſe poteſt, qui acta iſtorum temporum attentius explorabit.

Porro quicunque orationem iſtam cum aliquo acumine verſauerit, deprehendet ſane multis in locis turbatam eſſe ſententiam, raptim quaedam et contorte inferri, adeo vt mihi inoleuerit quidem ſuſpicio multa hic deeſſe, nulla deinceps fortuna reſtituenda. Haec in animo mecum voluebam, et mihi ſeſe obtulerant *Ammonius* et *Harpocratio*, quorum vterque, ille in v. Πότος, hic autem in v. Απὸ τᾶ πράγματος et Μελανωπὸς, quaedam hinc citant, quae hodie in *Androtiana* minime poſſint reperiri.

WOLFII ET TAYLORI ANNOTATA AD LIBANII ARGVMENTVM.

Pag. 587. 2. τραυμάτων.] Editiones omnes πραγματων, ſed, vt *Wolfius* ait, haud dubie τραυματων legendum, etiam contra fidem et conſenſum Codicum. Δικάζειν τὴν βελὴν τὴν ἐν Αρειῳ παγῳ φόνε, καὶ τραυματος ἐκ προνοίας, etc. Demoſth. *c. Ariſtocr.* p. 627. 21. Similiter etiam *adu. Boeotum* β. p. 1018. 9.

Καὶ ἐξ ἀντιλογίας καὶ λοιδορίας πληγὰς συναψάμενος, ἐπιτεμὼν τὴν κεφαλὴν αὐτῷ, τραυματος ὡς Αρειον πάγον με πρὸκαλέσατο. Idem mendum etiam inuaserat exemplaria *Iul. Pollucis*, donec a viris doctis eliminaretur l. 8. c. 10. init. Δικαστήρια Αθήνησιν Αρειος πάγος. Εδίκαζε δὲ φόνε, καὶ τραγματος ἐκ προνοίας. Interpres noster Italicus: *il quale gli homicidii volontarii*, e ferite, *et simil cose giudicaua.* TAYLOR.

587. 5. τὴν βελευτικὴν ἡλικίαν.] Sed quoto anno aetas ea definiebatur? *Demosthenes* superiore oratione se scribit ante XXXII. aetatis annum βελεύειν λαχεῖν. In Heliastico iureiurando, quod in *Timocratea* citatur, etiam hoc continetur: καὶ εἰμὶ ἐκ ἔλαττον λ. ἐτῶν γεγονώς. p. 747. 9. Qui trigesimus annus etiam sacerdotalis apud Leuitas fuit. WOLFIVS.

8. κωλύων.] Item bona fide *Wolfius* contra omnium Codd. auctoritatem, loco τῷ κωλύειν. Praecedit, inquit ille, ἐπιτάττων ποιεῖν. Ergo etiam κωλύων αἰτεῖν, sc. νόμος ἦν. TAYLOR.

11. παρανόμων] *Violatarum legum reus.* Quanto melius Italus homo? *Per la qual cosa d' hauere egli contro le leggi scritto e accusato.* Admonui pariter ad orationem superiorem, τὸ παράνομον male a nostris interpretibus vbique fere accipi, et mihi modum admonendi ibidem statueram. Illi autem in peccando modum sibi statuere non posse videntur. TAYLOR.

12. αὐτῷ.] *Aldina* auctoritate abreptus Editor noster ita dedit. Tu cum caeteris Editt. restitue αὐτῷ. TAYLOR.

588. 2. τὰς νόμας παρέχονται.] Aberat ab editis παρέχονται. Quod verbum proximam periodum cum inchoet, fortassis etiam hanc clausit. Verbis vtor *Wolfianis.* Cum *Wolfio* restituit *Bodl.* TAYLOR.

4. δήμῳ.] Vel potius, cum Editt. *Felic.* et *Manut.* MStis item *Regg.* α. et β. δημοσίῳ. Αλλ' ἔτι καὶ

νῦν

νῦν ὁ Πάμφιλος ὀφειλων τῳ δημοσιῳ ἐγγέγραπται. Demoſth. *adu. Bœotum* β. p. 1015. 11. Ἐὰν δ' ἀλῷ, ἔνοχος ἔσω τῷ νόμῳ, ὃς κεῖται, ἐάν τις ὀφειλων ἀρχῃ τῶ δημοσιῳ. Id. *adu. Leptin.* p. 504. 25. Πύῤῥον ἐνδειχθέντα δικάζειν, ὀφειλοντα τῳ δημοσιῳ, θανάτῳ ζημιῶσαι. *c. Midiam* p. 573. 11. Ὧν οἱ μὴ τυχόντες ἀτιμότεροι γίνονται πρὸς τῷ μὴ δοκεῖν ἄξιοί τινος εἶναι, τῶν ὀφειλοντων τῳ δημοσιῳ. Iſocrat. *Panathen.* non longe ab initio. Atque ita ſemper Noſter in *Timocratea, contra Ariſtogitonem, Theocrinem*, et in locis pene infinitis. TAYLOR.

WOLFII ET TAYLORI ANNOTATA AD ARGVMENTVM POSTERIVS.

Argumentum hoc perilluſtre de Senatu Duirali dum laudant, exponunt aliquando et elucidant, viri ſummi. Sunt autem *Petitus* in *Comment. ad LL. Attic.* Lib. III. Tit. I. *Scaliger de Emendat. Tempor.* II. init. *Lalamantius de Anni Attici ratione*, *Sigonius de Rep. Athen.* II. 3. Huic etiam cauſae impendit *Mauſſac.* cap. 10. libri tertii *Lectionum Criticarum*, nunquam, quod ſciam, in lucem productarum. Vide eum ad pag. 258. *Harpocrationis.* Porro autem, Vir doctiſſimus, *Petrus Nannius* Alcmarianus, in *Miſcellan.* V. 7. hoc argumentum adducit emendatius, vt profitetur, iuxta exemplar *Demoſthenis* ad *Budaei* cenſuram caſtigatum. TAYLOR.

588. 14. ἡ βολὴ τῶν πεντακοσίων.] ἡ βουλὴ ἡ τῶν πεντακοσίων, repetito articulo. WOLFIVS.

24. καὶ ἓξ μόνον.] Legendum arbitror οἱ ἓξ μόνον. IVRIN.

588. 27. ἐξ ἧς καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἐπώνυμος ὠνομάζετο.] Forte ὁ ἐνιαυτὸς επωνομαζετο. Nam ὁ ἄρχων, ἐπώνυμος dicebatur, et annus eius nomine inſcribebatur, vt ἄρχοντος Αθήνησιν Χαιρωνίδε, vel ἐπ' ἄρχοντος Ηροπύθε, ἄρχων Δημόφιλος Φλυεύς. Etſi fortaſſe nihil vetat dicere, ὁ ἐνιαυτὸς ἐπώνυμός ἐστι Χαιρωνίδε. Quod ego tamen me legiſſe non recordor. WOLFIVS.

vlt. ὁ τῶν πολεμικῶν ἐπιμελέμενος.] Et quidem inde nomen Πολεμάρχε factum eſt; et in oratione περὶ στεφάνε additur πολεμάρχε γνώμη, et βελῆς καὶ στρατηγῶν γνώμη, cum bellum decernitur. Sed et τῶν μετοίκων ἐπεμελεῖτο καὶ ξένων, vt apud Oratores paſſim videre eſt. Conſule *Suidam* in v. Πολέμαρχος, qui cum et Graece iam olim, et nunc etiam Latine mea opera exſtet, non video, cur eum in his annotationibus transſcribere debeam. Illud tamen admoneo, ibi legendum ἀποστασίε καὶ ἀπροστασίε. WOLFIVS.

589. 1. οἱ θεσμοθέται.] Paulo melius Edit. *Paris.* οἱ δε θεσμοθέται. TAYLOR.

7. καὶ διὰ τοῦτο ἐχ ὑπέπιπτον ἀριθμῷ.] Nequit, puto, hoc eſſe verum. Nam certe numerari poterat Senatus Areopagiticus, etſi numero conſtanti et definito non continebatur. Itaque addendum videtur ὡρισμένῳ, vt pagina ſuperiore v. 22. factum eſt. Malim etiam ἡ διὰ τοῦτο ἐχ υπεπιπτεν, nempe βουλή. IVRIN.

12. ἀλλὰ περὶ τῶν πεντακοσίων.] Forte περὶ τῶν πεντακοσίων ειπειν [deerat enim ea vox in Editis] et [v. 13.] ἰσέον τοινυν. WOLFIVS.

16. τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε.] Aſtrologi addunt ſenas horas, quae quartum quemque annum biſſextilem efficiunt. WOLFIVS.

17. ἡμέρας τριάκοντα καὶ τρίτον.] Subaudi μέρος ἡμέρας, τετέσιν, ὥρας ὀκτώ. Sed cum quinque dies

dies contineant 120. earumque duodecima pars decem horas conficiat, dicit vnum diem reſtare. WOLFIVS.

589. 17. Si iſta ad reliquam huiusce ſcriptoris ἀκρίβειαν velis exigere, legendum τριάκοντα καὶ τρίτον, καὶ δωδέκατον. IVRIN. Addit *Nannius* καὶ δωδέκατον τῶν δώδεκα. TAYLOR.

20. δώδεκα δὲ τῆς μιᾶς, δώδεκά ἐστι.] Lego: δωδέκατον δὲ τῆς μιᾶς, δυω ἐστί. Nam horas certe dies naturalis, hoc eſt, nox et dies vulgaris, habet viginti quatuor, cuius duodecima pars ſunt horae duae: quae ſingulis menſibus attributae conficiunt dies triginta, horas decem. Ego cauſam non video, cur quintum diem a quatuor ſeparārit. WOLFIVS.

Ibid. Editiones *Felic. Ilan.* et *Paris.* habent δωδέκατον, vt *Wolfius* coniecit, et *Lambinus* ſimiliter cum eo legit δυο ἐστί. TAYLOR.

Ibid. Ad praecedentium ſimilitudinem legendum puto δωδεκατον δὲ τῶν δωδεκα μια ἐστί. IVRIN. Ita *Nannius* ex *Budaeo*. TAYLOR.

23. εἰκοσιεννέα ἥμισυ.] Dies viginti nouem, et duodecim horas. Noſtri temporis Aſtrologi lunam peragrare dicunt zodiacum diebus viginti octo, et horis aliquot. Id quod ex inſpectione Ephemeridum patet: quae quidem inter ſe non conſentiunt, ob diuerſam *Alphonſi* et *Copernici* rationem. WOLFIVS.

590. 3. καὶ τὰς μὲν δύο ἡμέρας.] Cum mox dicat, 500. viros imperaſſe dies 350. lege τὰς μὲν τεσσαρας ἡμέρας [ſicuti etiam interpretatus eſt]. Error e notis numerorum videtur ortus, cùm librarius β′ pro δ′, legit, vt ſupra [p. 589. 20.] ιβ′ pro β′. WOLFIVS.

Ibid. Plane reſcribendum καὶ τὰς μὲν τεσσαρας ἡμέρας. Tot enim relinquuntur, demtis ex anno lunari diebus 350. quibus erant Athenae ſub Magiſtratibus. IVRIN.

590. 3. τέσσαρας etiam reponit *Bodl.* inuitis Editionibus. Eadem quoque mente est magnus *Scalig.* in libro *de Emendat. Tempor.* Porro autem non iste est error, aut erroris ansa, quam autumauit *Wolfius*, sed cum scriberetur τὰς μὲν δ' ἡμέρας, alii δύο integra voce legebant, alii δ' siue simplex elementum, notam numeri quaternarii. TAYLOR.

12. τὸ δωδέκατον.] Recte *Felicianus* τὸ δεκατον, vt docet Arithmetica. WOLFIVS.

14. πενταάκις δέκα.] Etsi in re nihil interest, malim tamen δεκάκις πέντε, sicut δεκάκις τριάκοντα, non τριακονταάκις δέκα. Sed fortassis de industria mutauit ordinem. WOLFIVS.

Ibid. ἀλλ' ἐπειδὴ κ. τ. λ.] Videtur mutilus hic locus: nam quinquageni Senatores videntur distribuendi in quinque decurias: et quinquageni dies in septem hebdomadas. Nouies enim septem sunt quadraginta nouem. Sed quaerendum, si cui vacat, an et veteres mensem in hebdomadas diuiserunt: et, an terni illi reliqui altera hebdomade praefuerint. Sed haec otiosis indaganda relinquamus. WOLFIVS.

15. οἱ δέκα κατὰ κλῆρον μιᾶς ἡμέρας τῶν ἑπτὰ.] Quid velit scriptor, ex sequentibus intelligo. Caeterum ex ipsis hisce verbis sensum nullum exsculpo. Quidni igitur suppleamus: διεῖλον πάλιν ἑαυτὰς εἰς ἄλλας πέντε μερίδας, ἀνὰ δέκα. καὶ οἱ δέκα ἦρχον ἑπτὰ ἡμέρας, καὶ εἷς αὐτῶν κατὰ κλῆρον ἦρχε μιᾶς ἡμέρας. IVRIN.

Ibid. *Wolfius* alibi: ηρχον οἱ δέκα etc. TAYLOR.

Ibid. Pro μιᾶς ἡμέρας *Bodl.* μίαν ἡμέραν. TAYL.

pen. ἀπὸ τῦ δήμυ.] [Ita enim Editt.] Forte παρα τῦ δήμυ, id est, vt opinor, ἐκ τῦ δημοσίυ, ex aerario. Mox [591. 2.] λαβῶσα τὰ χρήματα ἐκ τῦ δήμυ. [vt Editi omnes] Forte ἐκ τῦ δημοσιυ. WOLFIVS.

591. 4.

591. 4. προσάτης — τῆς βουλῆς.] Fuerunt enim alii δημοτικοὶ, alii βουλευτικοὶ ῥήτορες. In Oratorum locum apud nos succeſſerunt iurisconſulti, qui magiſtratibus et iudicibus adſunt in conſilio. WOLF.

Ibid. Reddit Wolfius: *Patronus:* Malim: *e Principibus.* IVRIN.

6. ἐλάβοντο.] Forte ἐπελαβοντο, τουτέστιν ἐγράψαντο παρανόμων τὸ ψήφισμα. WOLFIVS. Ita marg. *Benenati.* TAYLOR.

22. ἐπειδὴ νεωστὶ ἄρξασα ἦν ἡ βουλή.] Si de priore ſenatu, *quia recens magiſtratum depoſuerat:* Sin de poſteriore, *quia recens magiſtratum inierat.* Et de *hoc* intelligendum eſſe arguunt ea, quae ſequuntur. Quaſi diceret, ἐπειδὴ νεωστὶ παρέλαβε τὴν ἀρχήν. WOLF.

Ibid. Falli videtur auctor huius argumenti: nec enim latum eſt ad populum de corona ſenatui tribuenda, nouo ſenatu iam ſuffecto, ſed priore auctoritatem adhuc obtinente. Quod patet ex ipſa Oratione, pag. 596. 3. οἱ προεδρεύοντες τῆς βουλῆς, καὶ ὁ ταῦτ' ἐπιψηφίζων ἐπιστάτης, ἠρώτων etc. IVRIN.

Ibid. Pace viri doctiſſimi arbitror potius ad *nouum* ſenatum protinus referri de rebus geſtis *ſuperioris.* Et credo, id ex vett. monumentis abunde confirmari poſſe. TAYLOR. Poſt annum elapſum omnino. v. σχ. ad Timocrat. n. 30. ed. Paris. TAYLOR in ſchedis.

24. κακῶς πράξαντα.] Sententia poſtulat, κακῶς ἄρξαντα. [Ita quoque marg. *Benenati.*] Vide *Iſocratis Nicoclem:* Ετι δὲ οἱ μὲν δυσμενῶς πρὸς ἀλλήλους ἔχουσι, καὶ τὰ λοιπά. WOLFIVS.

25. την ποιησασαν.] Legendum videtur τὴν μὴ ποιήσασαν, et μὴ αἰτεῖν, vt in pagina ſequente, v. 18. et 19. et in ipſa oratione, pag. 596. 18. IVRIN.

27. Ανδροτίων ἄρα ἠταίρηκεν.] Lego: Ανδροτίων ἄρα, ἐπειδὴ ἠταίρηκεν. WOLFIVS.

591. 27. *Wolfius*, eo modo, quem vides, lectionem Editt. *Felic.* et *Manut.* sanauit. Neque infeliciter. Editio *Lutetiana*: Ανδροτίων ἄρα, ος ἡταίρηκεν. etc. TAYL.

pen. τον εποφειλοντα.] Lego τον ετι οφειλοντα. WOLFIVS.

Ibid. *Qui mulctam nondum soluit.* Immo: *qui pecuniam aerario debitam non soluit.* Tenebatur enim Androtio debito paterno nondum soluto. IVRIN.

592. 4. ἀπροβούλευτον ψήφισμα.] *Decreta sine auctoritate senatus.* Vitiose. Nec enim consuetudo erat, vt decreta qualiacunque sine auctoritate Senatus ad populum ferrentur, sed vt vnicum illud decretum de corona senatui tribuenda quotannis ad populum ferretur, senatu prius non consulto. Huius autem consuetudinis, pace Demosthenis, ea vera fuisse causa videtur, quod nihil opus erat senatum consulere, num vellet praemium sibi ipsi tribui. IVRIN.

10. τινὲς δ' ἐπεχείρησαν κ. τ. λ.] Forte: τινὲς δ' ἐπεχείρησαν λεγειν, τοῦτον τὸν λόγον πραγματικὴν στασιν ἐχειν πρὸς ἀντινομίαν. WOLFIVS.

Ibid. Lectioni manifeste vitiosae succurrit Editio *Benenati*, τοῦτον τὸν λόγον ἀνενεγκεῖν εἰν πραγματικὴν, vbi legendum εἰς. IVRIN.

13. ἐκ περιστάσεως.] Ea circumstantia est, τὸ μὴ ποιῆσαι τὰς τριήρεις. Ego vero negarem, senatum bene praefuisse, qui triremes non fecisset, sic nulla esset ἀντινομία. et quae praua consuetudine fiunt, non recte fiunt. Etsi et *Demosthenes* decretum Ctesiphontis hac ratione defendit. Sed difficile est, Graecorum Rhetorum disceptare controuersias: qui, vt Dialectici, suis se compungunt acuminibus. WOLFIVS.

Ibid. διὰ τὸ κυρωθῆναι τὸν ἕτερον.] Vertit Wolfius: *propter alterius confirmationem.* Immo: *per lationem alterius*, vel, *quod altera lata fuerit.* IVRIN.

592. 20. πραγματικῆς πρὸς ἀντινομίαν.] πραγματικῆς της πρὸς ἀντινομίαν, Editio *Parisina*. Plenius eadem in sequentibus, v. 22. ὧν ὁ μὲν εἷς νεωτερος, ὁ δὲ ετερος πρεσβύτερος, οὗτος λαμβάνει κ. τ. λ. TAYL.

27. ἀπὸ τῦ Δ.] Malim παρα. Sed Rhetores isti suum quoddam habent dicendi genus, ἐ μάλα Δημοσθένειον, ἐδὲ κατ' Ισοκράτην, καὶ Πλάτωνα. WOLF.

ANNOTATA IN ORATIONEM.

Pag. 593. 3. οἴεται.] Melius ωετο. Quo pacto legit optimus Codex *Aug.* et *Reg.* ε. itemque *Vlpianus*, atque etiam vno in loco *Hermogenes*, sc. de *Inuent.* l. 1. statim ab initio. Alibi autem, nempe περὶ ἐπιμελείας, habet οἴεται. TAYLOR.

8. ἔτος μέν γε.] Potius ἔτος μὲν γαρ cum *Lindenb. Ven. Ital. Reg.* α. et scholiaste. atque ita coniecerat *Wolfius*. TAYLOR.

Ibid. παρ' ὑμῶν ἀδίκως ἐκπεσεῖν.] ἀποδοκιμασθῆναι ὑφ' ὑμῶν. Hoc loco non significat *in exilium eiici*. WOLFIVS.

Ibid. *Honore vestro per iniuriam deiicere.* Potius: *ex ciuitate per iniuriam expellere.* IVRIN.

16. συνιόντα.] Τὸ συνιέναι hic non significat *conspirare*, sed hoc vult auctor: caede polluti hominis consuetudine etiam alios pollui; qua de re et in *Midiana* agitur. WOLFIVS.

Ibid. Recte: atque ita *Italus* (nam alterum interpretem, medicum illum Placentinum, parum moror) *che egli commetteua impietà, conuersando meco, che hauea fatte queste cose.* TAYLOR.

pen. οὐ παρὰ μικρὸν ἀγωνιζόμενος.] ἐκ ἐγγὺς τῦ κινδύνυ γενόμενος, οἷον, ἴσων γενομένων τῶν ψήφων, ἢ παρὰ τριάκοντα, ὥσπερ Αἰσχίνης, ἀποφυγὼν, ἀλλὰ λαμπρῶς ἀπολυόμενος. Non significat magnopere iudicio contendere, sed non paucis suffragiis absolutum

lutum esse, causa iudicibus ad cognoscendum proposita. WOLFIVS.

§94. 1. τάτες.] Lege τετον, quemadmodum vertit bonus *Wolfius*. Ita legunt *Felic. Man. Paris. Obsop. Bodl.* et *Ital.* Modo etiam τᾶτον δη, cum marg. *Benenat.* TAYLOR.

13. παράγων — κακέργες λόγες.] Bassianus Landus: *fictis, atque adductis aduersus singula haec callidis rationibus.* Italus: *bugie e parole astute.* Lambinus coniecit πανουργες. Non inscite. TAYLOR.

24. εαν αξιως κ. τ. λ.] Voces τον δημον in hac lege omittuntur in duobus MStis, *Linden.* sc. et *Ital.* qui praeterea cum *Bodl.* et *Obsop.* exhibent αυτην pro αυτη in fine. Verum id praeter rem et morem Ciuitatis, quae non ita constituebat. TAYLOR.

pen. ἐγὼ δ' αὐτὸ τἐναντίον.] Rescribe cum *Aug.* et *Bodl.* ἐγὼ δ' αυ τεναντιον. TAYLOR.

§95. 1. ἐκφέρειν.] δειν ἐκφέρειν, sicut postea v. 3. sequitur προσήκει. WOLFIVS.

27. εἴρηκα.] ψήφισμα sc. et est quasi verbum solenne et legitimum. Quod non animaduertere videtur Interpres. Infra pag. 601. 1. ειρηκοτα αὐτὸν παράνομα. TAYLOR.

§96. 3. ἐπιψηφίζων.] *Qui sententias comprobat.* Potius: *Qui plebiscito faciendo praeest.* IVRIN.

6. καίτοι, τές γε μὴ αἰτᾶντας.] *Atqui de iis.* Potius: *Atqui ab iis.* IVRIN. Omnino recte. TAYL.

7. τὴν ἀρχὴν.] Legendum τὴν δωρεαν. IVRIN.

Ibid. Fortasse haec sana punctuatione melius ordinabuntur: καίτοι, τές γε μὴ αἰτᾶντας, μηδὲ ἀξιᾶντας λαβεῖν, τὴν ἀρχὴν ἐδ' ἐπερωτᾶν προσῆκε. *Qui sibi hunc honorem non vindicant, ii* omnino *ad populum de ea re referre non debent.* Ita supra p. §95. 2. περὶ ὧν γε μὴ κεῖνται νόμοι, ἐδὲ γράφειν την αρχην προσήκει. Locus plane germanus. Eam locutionem memini me pluri-

pluribus illuſtraſſe ad *Lyſiam* p. 320. vlt. Quibus multa habeo quae adiungere poſſum. Tu interea vide, annon huc referri poſſint iſta Euangeliſtae *Ioan.* VIII. 25. Ελεγον ἓν αὐτῷ· Σὺ τίς εἶ; καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησῦς· την αρχην ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν. *Omnino id, quod vobis praedico.* Non, *id, quod* in initio *dixi vobis.* Vide Cl. *Ienſii Strictur. ad Ius Rom.* p. XII. Praefat. TAYLOR.

596. 9. καὶ ἄλλων τινῶν.] Vtrum *Midia etiam alios quosdam accuſante*, an *aliis etiam vna cum Midia ſenatum accuſantibus?* Landus: *Midia ſenatum et alios accuſante.* WOLFIVS.

Ibid. *Cum Midias accuſaret ſenatum, et alios quosdam:* Immo: *Midia et aliis quibusdam ſenatum accuſantibus.* IVRIN. Recte. TAYLOR.

Ibid. Italus Interpres: *quando Media et alcuni altri accuſarno di certe coſe il ſenato.* TAYLOR.

19. μηδ' ἐξαπατηθῆναι.] ἵνα ἀδὲ δύναιτο ἐξαπατηθῆναι ὁ δῆμος. WOLFIVS.

Ibid. Legendum videtur μηδ' ἐξαπατηθῆναι γένοιτ' ἐπὶ τετῳ τῷ δήμῳ. *Ne hac in re populo fucus fiat.* IVRIN.

22. ἀλλ' ὃ δίκαιον ἦν εὑρεῖν κ. τ. λ.] εὑρεῖν, S. τὴν βουλὴν, ἀντὶ τῷ ἓ τυχεῖν. Etſi verbum hoc inculcatum videtur, cum vel ſine eo ſententia bene conſtet. Landus: *Sed id, quod aequum eſt inueniri, et quod populo vtile fuerit, lege conſtitui.* WOLFIVS.

Ibid. Reddit Wolfius: *Sed quod tribui et iuſtum, et populo vtile eſſet:* Potius: *ſed quod excogitari poſſet et iuſtum, et populo vtile.* IVRIN.

vlt. εὑρήσετε γὰρ τοῦτο τὸ ἰσχυρὸν.] Lege, addito articulo [nam in Editorum aliquibus deerat]. Landus: *Reperietis enim, hoc ipſum eſſe validum, et in quo omne Reip. robur conſiſtit, quod pro populo conſtitutum eſt.* WOLFIVS.

596. vlt.

596. vlt. Articulum reſtituerunt *Obſop.* et alii. τᾶτο ἰσχυρὸν, τᾶτο ἰσχυρῶς, aut τᾶτο τὸ ἰσχυρὸν, *Bodl.* TAYLOR.

597. 5. οἷον.] Lego οια. WOLFIVS.

8. τᾶτο μὲν εἰ βέλεσθε.] Sequitur v. 17. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν παλαιά. Tale eſt et *Iſocratis* illud in *Euagora*, τᾶτο μὲν γὰρ Αἰακός. Poſtea ſequitur non aliud τᾶτο δὲ, ſed τέτε δὲ παῖδες ἦσαν. Eſt hiulca oratio, et ἀναντιπόδοτον, habens longam parentheſin — ἴσε γὰρ δήπε τᾶτ' ἀκοῆ, ὅτι — intertextam. WOLFIVS.

Ibid. Lego: ταυτα μὲν, εἰ βούλεσθε, ερω. IVRIN.

20. ὑποσπόνδες ἀπεπέμψατε.] Landus: *Thebanos foedere coniunctos liberaſtis.* Sententia auctoris eſt, Athenienſes datis induciis, et certis conditionibus propoſitis, abeundi poteſtatem dediſſe. Sic dicunt: τὲς νεκρὲς ὑποσπόνδους ἀνελέσθαι, *tollere ad ſepulturam cadauera, induciis ab hoſte et ea facultate impetrata.* WOLFIVS.

vlt. ἐ πρότερον τῷ πολέμῳ παρέζησαν.] Landus: *non prius bello affuerunt, quam claſſis veſtra interiit.* τὸ παρέζησαν eſt αορ. β. αὐτοπαθητικὸς, ἀντὶ τᾶ παρεζάθησαν, ἢ ἐκδῦναι ἑαυτὲς ἠναγκάσθησαν. WOLFIVS.

Ibid. Num legendum του πολεμε αΦεσταναν? IVRIN.

Ibid. Fortaſſe valebit lectio huius loci recepta. *Thucyd.* I. 98. Ναξίοις ἀποζᾶσι ἐπολέμησαν, καὶ πολιορκία παρεστησαντο. σχ. παρεζήσαντο.] ἐδέλωσαν. Id. I. 124. καὶ τὴν καθεζηκυῖαν ἐν τῇ Ελλάδι πόλιν τύραννον — παραζησωμεθα ἐπελθόντες. σχ. δελωσώμεθα. Ad quam normam etiam reſtituerem cum MStis libris locum iſtum eiusdem ſcriptoris, I. 114. Αθηναῖοι πάλιν εἰς Εὔβοιαν διαβάντες, Περικλέες ςραληγᾶντος, κατεζρέψαντο πᾶσαν, καὶ τὴν μὲν ἄλλην ὁμολογίᾳ παρεσησαντο, (non vt vulgo κατεζήσαντο) Εζιαίας δ' ἐξοικίσαν.

Ibid. συμπαρεσκεύασεν ἄνθρωπος.] Nisi fallor, legendum est συμπαρεσκευασαν ανθρωποι. Constructio enim ita ordinatur: πῶς ἂν τεχνικώτερον — συμπαρεσκεύασαν ανθρωποι — ἢ τὸς μὲν — εἰς φόβον — καθισταντες, τῷ δὲ — τοσαύτην ἐξουσίαν διδοντες — πράττειν; *At quamnam callidiorem rationem inire possent homines — quam hos quidem — in metum iniiciendo; illi vero — tantam potestatem dando — agendi?* Iam si legas συμπαρεσκεύασεν ἄνθρωπος, debes quoque legere καθισὰς et διδὲς, non καθισάντες et διδόντες. MARKLAND.

Ibid. ὅπως οἱ μὲν ἐκπεσῶνται τῶν βασιλέων.] Legendum βασιλειων. IVRIN.

11. βέλονται.] Restitue βουλοιντο aut βουλωνται. Deinde v. eod. ὑφ' ἑαυτον ποιησεται Codd. plures et praestantiores. Et eam lectionem commendo. TAYLOR.

12. ἢ — καθισάντες.] *Wolfius*, vt apparet ex eius interpretatione, locum non intellexit. Verte: *Quamnam callidiorem rationem inire potuissent, vt reges caeteri pellerentur, et vnus, qui eis placuisset, omne occuparet imperium*, quam eos, qui duobus regibus opitulaturi essent, in metum calumniae iniiciendo? caetera. TAYLOR.

625. 12.

625. 12. *τὴν ἀρχὴν, ἢ τὲς μὲν.*] *imperium, quam vt ii.* Perperam Wolfius: *imperium? aut vt ii.* IVRIN.

16. *πράττοντι.*] Marg. *Paris. ταράττοντι*, quod *Wolfio* ineptum videtur, et recte quidem. Γρ. etiam *πραγματευομένῳ*, quod eidem ferri posse, mihi quidem glossa siue scholion esse, videtur. TAYLOR.

21. *ἀλλὰ.*] *ἀλλὰ καὶ ἐκ τῦ ψ.* Ita lege cum *Bar. Vindob.* et Edit. *Felic.* TAYLOR.

626. 6. *εὐεργεσίας μέρος.*] Ferri vtcunque possunt haec: *ὅσις ἂν βέλοιτο καταθέσθαι μέρος εὐεργεσίας, τὸ τί; ἐπισχεῖν ἐκεῖνον ἐγχειρῦντα πράττειν ὑπεναντία ὑμῖν.* Sed quid si, *ὅσις ἐν εὐεργεσιας μερει? Καταθέσθαι μέρος εὐεργεσίας* videtur insolentius, *ἀντὶ τῦ εὐεργεσίαν καταθέσθαι.* WOLFIVS.

Ibid. *Ἐν μέρει εὐεργεσίας τίθεσθαι*, quod malit homo noster, aliud est omnino. *Ἀλλὰ τόδε ἐθαύμασα, εἰ ἐν ἀρετῆς τιθης μερει τὴν ἀδικίαν*, dixit *Plato de Rep.* l. 1. *Id miratus sum, si iniuriam in loco virtutis* (inter virtutes) *poneres.* Noster hac ipsa in Orat. 668. 23. *ὅτα μὲν δὴ κρατιώτης ὢν — ἐναντία ἐκράτευται τῇ πόλει, ἃ τιθημι ἐν ἀδικηματος μέρει, non inter iniurias numero*, vt recte *Wolfius.* Iterum *c. Midiam* 568. 4. *ἃ δίκην ὀφείλει τῇ πόλει δῦναι, τῦτ' ἐν ευεργεσιας ἀριθμησει μέρει, in beneficii loco numerabit.* Porro noster 638. 5. *τὲς ἐχθρὰ ποιῦντας ἐν ἐχθρῦ μέρει κολάζειν ἀπέδωκεν.* Et 639. 24. *τὸν ἄγοντα ἢ φέροντα βίᾳ τἀμὰ ἐν πολεμίᾳ μοίρᾳ.* Simillima est illa locutio infra 650. 17. *ἐν δωρεᾶς ἐποιησαντο ταξει, τὸ τῦτων μεταδῦναί τινι.* Verum haec omnia quam aliena a sensu huius loci, vbi significatur: *quicunque de vobis bene mereri studet.* Et cum *εὐεργεσίαν κατατίθεσθαι, beneficium collocare*, eleganter et summa cum proprietate dicitur, cur non etiam *μέρος εὐεργεσίας, one instance? Ald. Ven. Bar. Vind. ἄλλος ὅσις ἂν εις εὐεργεσίας μέρος καταθέσθαι βέλοιτο.* Proxime v. 7. istud *τὸ πράτ-*

τὸ πράττειν, etc. quod neceſſarium eſt, reduxi ex Editt. *Fel. Manut.* et *Morel.* MSS. item *Bar. Ital.* et *Vind.* TAYLOR.

626. 16. ὧν.] Forte cum optimis exemplaribus *Aug.* et *Vindob.* ω γέγραπται.' Nam *perſona* Charidemi hoc in loco videtur deſiderari. Totum hoc comma laudat *Hermog.* π. εὑρεσιεάς, vbi ita legit, meamque coniecturam confirmat: τρίτον δὲ, ὡς ἀνάξιός ἐστι Χαριδήμος τότε τυχεῖν, ὅ, τι βέλεσθε τοῦτο πρῶτον διδάσκειν ὑμᾶς. 'Alibi autem, ſc. *de Inuent.* Tom. III. §. 2. legit cum vulgatis. TAYLOR.

22. ἐμὲ.] Lege υμων. παρὰ πάντων υμων τυχεῖν. Hoc neceſſarium eſt. Debes MSS. *Bar. Bodl. Obſop. Vind.* et Editt. *Felic.* et *Manut.* TAYLOR.

23. τῷ διεψεῦσθαι.] διὰ τὸ διεψεῦσθαι. WOLF.

627. 2. ἀφελὼν κ. τ. λ.] ἀφελὼν τὸ σκοπεῖν ὅτω (τινὶ) τὸ ψήφισμα (Sub. ἐγράφη) σκοπείσθω περὶ τοῦ πότερον etc. *Obſop.* καὶ ποίῳ τινὶ, σκοπείσθω, πότερον παρὰ τοὺς νόμους, et, ἕκαστα σκοποῦντες [v. 13.] WOLFIVS.

Ibid. ὅτῳ τὸ ψήφισμα.] Libri plerique vna voce auctiores, ὅτῳ τὸ ψήφισμα εἰρηται, *Ald. Ven. Bar. Felic. Manut. Ital. Vind.* et marg. *Benenat.* In nonnullis totus hic locus ita legitur: ἀφελὼν τὸ, ὅτῳ τὸ ψήφισμα εἰρηται, καὶ ποίῳ τινὶ, σκοπεισθω περὶ τοῦ πότερον παρὰ τοὺς νόμους ἢ κατ' αυτους εἴρηται, καὶ μηδὲν ἄλλο. TAYLOR.

13. ἃ προσήκει.] *quae deceant*, Wolfius. Potius: *quae conuenit.* IVRIN.

23. ἐπίσχες.] Videtur deeſſe: παραναγνωθι δὲ καὶ τὸ ψήφισμα. Ψηφισμα. ἠκούσατε μὲν κ. τ. λ. WOLFIVS.

Ibid. Inconſulto hoc omne. Antequam enim Orator verba facere incepit, Scriba totam γραφὴν, actionem, cauſae ſummam publice recitauerat. In ea autem

tem continebatur plebiſcitum, quod iam παρανόμων γράφεται. Aeſchin. *c. Timarch.* initio, p. 27. pen. εἰδὼς δὲ αὐτὸν ἔνοχον ὄντα, οἷς ὀλίγῳ πρότερον ἠκέσατε ἀναγινώσκοντος τοῦ γραμματέως. Vide *Vlpian.* ad hanc *Ariſtocrateam* 626. 13. v. ὑπεσχημένον. Nihil ergo deeſt. TAYLOR.

627. 25. ὡς.] F. ᾧ, cui reſpondet τουτο. MARKL.

628. 11. μὲν.] F. ἐν τῷ νόμῳ ſine μεν. MARKL.

13. προσεπῶν.] MSti *Bar. Aug. Vindob.* praeſtantiores nempe, προεπων. Ambigo tamen. Infra, 630. 5. τὸν ἀνδροφόνον προσεπῶν, nullo cum diſcrimine legendi. Vid. 631. 20. TAYLOR.

22. ὑμᾶς.] F. ημας. MARKLAND.

25. οἷον κ. τ. λ.] εἷον, εαν τις αποκτεινη, ἐάν τις ἱεροσυλήσῃ κ. τ. λ. o. fere l. s. *Ven. Bar. Ital. Bodl. Obſop. Vindob.* Editi etiam, *Fel. Manut.* et *Benenat.* additis verbis, vt ait *Obſop.* haud dubie non male, aut otioſis. TAYLOR.

629. 4. παθεῖν.] καὶ ἐκ εἶπε ἅπερ παθεῖν (Sub. δεῖ) ἂν ἄλῳ. WOLFIVS.

Ibid. καὶ ἐχ ἅπερ, ἂν ἁλῷ, παθεῖν χρη, εἶπεν. *Bar.* vt infra, 630 5. ἐν δὲ τούτῳ τὸν ἀνδροφόνον προσεπῶν, ἃ χρη πάσχειν εἰρηκεν. TAYLOR.

16. ὁ κάτωθεν νόμος.] De hac locutione multa, tum Veteres, tum Recentiores, *Didymus* in σχ. de perditis ad *Demoſthenem*, (vt liquet ex *Harpocrat.* in voce Ο κάτωθεν νόμος, *Suid.* et *Photio* MS.) *Pollux*, L. VIII. C. X. §. 128. *Meurſ. Attic. Lect.* I. 22. *Petit. LL. Attic.* pag. 104. *Salmaſ. de M. V.* p. 758. ſeq. *Herald. Animadv.* p. 298. *Vna* eſt Sententia *Didymo* et *Polluci* communis, quam primam refellam. Cum Tabulae, in quibus Leges erant deſcriptae, ab Acropoli, quae vrbis erat locus editiſſimus, in Forum erant translatae, (id intelligo de Legum exemplari facto) eam rem agente potiſſimum Ephialte quodam, vt populo

publice proſtarent, ibi dici incipiebat ὁ κάτωθεν νόμος, relatione ſcil. habita ad exemplar, quod erat in Foro adſeruatum. Sit ita, quando iſthoc velis: factum fuiſſe non nego. Hoc tamen non vnam legem ab alia diſtinguit, cum omnes ſimiliter in Forum ſint translatae, aut omnes potius ſimiliter in tabulis ibi deſcriptae. Vnde enim, aut qua conſtantia haec Lex *inferior* nominari poſſit, potius, quam illa, quae modo praeceſſerat, aut ea, quae mox ſubſecutura eſt? Dicitur *ſecundo*, per has voces intelligendam eſſe Heliaeam, Curiam, vt videtur, in loco depreſſo ſitam, διὰ τὸ τῶν δικαστηρίων τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω ὀνομάζεσθαι. Profecto id non noui, neque arbitror eſſe verum. Solus Areopagus quidem, vtpote in altiſſimo colle ſitus, ἡ ἄνω βουλὴ dicebatur, vt ex *Plutarcho* et *Heliodoro* oſtendit *Meurſ.* in *Areopag.* C. 1. extrem. [εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβεβηκέναι. Lyſ. ed. Lond. p. 175. ἡ ἄνω et ἡ κάτω βουλή. Plutarch. in Solone. TAYLOR in ſchedis.] Veruntamen ſi Curiae Atticae omnes in τὰς ἄνω hae, illae in τὰς κάτω diſtribuerentur, infeliciter ſane elegiſti *Heliaeam*, quam inter inferiores numeres. Si Etymologiae Magiſtrorum quidquam habeant momenti, in conualli aut loco depreſſiore eſſe non potuit. Immo erat in loco ſublimiori, idque expreſſe ait *Antipho*: Φιλοκράτης ἐτοσὶ ἀναβας εἰς τὴν ἡλιακὴν (corrige ἡλιαιαν) et deinde, ἀναβας ἐγὼ εἰς τὸ δικαστήριον τοῖς αὐτοῖς δικασταῖς ἔλεξα. Edit. Steph. 143. 39. Verum his omiſſis, reſponderi potuit ſimpliciter, hic non de Curia agi, ſed de Lege. Dicitur *tertio*, quod ex forma Legum exarandarum, quae βουστροφηδὸν erat, τὸν ἀπὸ τῶν εὐωνύμων ἀρχόμενον νόμον Demoſthenes vocaret τὸν κάτωθεν νόμον. Quae quidem non verba ſunt, ſed portenta. Nam in eo ſcribendi ritu, qui verſationem boum imitari dicitur, omnino a ſiniſtra parte dextrorſum ſcribere coeperunt, vti nos hodie ſcribimus: qua linea

linea exarata, siue sulco finito, necesse erat, vt, more boum in arando seruato, sequentem versum, τὸν κάτωθεν, a *dextra* parte inchoantes *versus siniſtram* ducerent, vt in hoc exemplo:

Δημοσθενης Δημοσθενους
Δημοσθενης Δημοσθενους

Sed videamus tamen, quantum prosit hoc commentum. In ea scriptura lineam lineae subiiciebant, et perpetuo isto tenore leges ita exarari potuisse non nego. Vna ergo eademque Lex partim ἄνωθεν, partim κάτωθεν erat descripta: a siniſtra sc. dextrorsum, quantum nempe pateret Tabula, deinde siniſtrorsum a dextra. Nam isto ritu non Legem Legi, sed Lineam Lineae supponebant: et proinde nulla Lex κάτωθεν nominari poterat, aut omnes similiter ita nominari debuerunt. *Quarta* est eorum sententia, qui contendunt, cum Leges in Axibus ordine et seriatim essent descriptae, dici τὸν κάτωθεν νόμον eam, quae in inferiori parte Tabulae contineretur. Quae sane praestaret, ni paulo meliorem adduceremus. Prouocat *Demoſthenes* non ad Tabulas, Axonasue, verum ad exemplar earum legum, quas exinde describi fecerat, vt, quotiescunque vsus veniſſet, a Scriba ex eo periculo recitari potuissent. Atque hoc solenniter dicebatur παραγραφειν. Noster *c. Androt.* 604. 2. περὶ μὲν τῶν νόμων, ὃς παρεγραψαμεθα. Et *c. Ariſtocr.* 636. 11. Ο μὲν νόμος ἐξὶν ἕτος Δράκοντος, καὶ οἱ ἄλλοι, ὅσους ἐκ τῶν Φονικῶν νόμων παρεγραψαμην. Et 640. 18. Οὐ τοίνυν μόνον τάτας τὰς νόμας παραβέβηκεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλας πολλὰς, ἃς ἀ παραγεγραμμεθα διὰ τὸ πλῆθος. Adde 691. 27. Neque haec dico, quasi credam, παραγράφειν simpliciter esse *describere*, cum noui aliud esse, et proprie dici pro eo, quod ICti Romani nominant, *exceptione vti*. Descripsit ergo Rhetor noster ex Tabulis publicis Leges hasce *exceptorias*, quas Ariſtocra-

teae rogationi opponeret. Deſcripſiſſe ſaltem conſtat: et multa ſunt in hac oratione, quae meam ſententiam adiuuant. Ita ad Scribam ſe adcommodans ſaepius ait: λέγε τὸν μετὰ ταῦτα νόμον — τὸν ἐφεξῆς νόμον — λέγε τὰς ἐφεξῆς νόμας. Vid. 631. 26. 649. 2. et 18. Praeſertim 647. 20. dubius, vtrum in periculo ſuo adhuc reſtaret Lex, quam Scriba non recitarat, ait: ἆρά τις ἡμῖν ἔτι λοιπός ἐστι νόμος; Potiſſimum vero omnium 649. 18. qui locus primum hodie a me eſt complanatus: λέγε τὸν μετὰ ταῦτα νόμον, ἢ οὗτοι πάντες εἰσίν; *Recita et ſequentem legem, vel anne omnes iam ſint recitatae?* Id eſt, *recita ſequentem legem, ſi qua ſuperfuerit recitanda earum, quas deſcripſimus.* TAYLOR.

629. 17. δεδογμένας.] Nonnulli Codd. habent δεδειγμένας, *Bodl. Obſop. Ital. Lindenb.* cum Editt. *Felician.* et *Manut.* eamque lectionem ſuffragio ſuo tuetur *Lambinus.* Cui auſcultabo parum. Δοκεῖν eſt verbum forenſe, et ſignificat *reum peragi, iudicio cadere*, et ſimilia. Coniunguntur ſaepiſſime ἁλῶναι et δοκεῖν, tanquam paria. Ita Auctor noſter 643. 25 ἂν δ' ἁλῶ καὶ δόκῃ τέργον εἰργάσθαι. Et 642. 26. Ἐὰν δόξῃ (ὁ διώκων) τὰ δίκαια ἐγκαλεῖν, καὶ ἑλῇ τὸν δεδρακότα. Hanc rem, vti ſpero, expediui ad *Liſſiam* pag. 136. not. 6. TAYLOR.

19. Νόμος.] In hac Lege multa *Salmaſium* torquent, quorum quae potiora ſunt et grauiora hic delibabo. Primo: Quod nihil alienum magis a mente *Demoſthenis* proferri potuit ea Lege, quae iuberet aliquem priuata auctoritate interfici, cum eam ipſam crudelitatem in *Ariſtocratea* ſuaſione toties exagitet iſte Rhetor. Secundo: Quod Lex τῷ ἀποκτείνειν licentiam concedat, ea, quae minora ſunt, *vexare, excruciare, pecuniam extorquere*, improbet. Tertio Quod ea locutione ἀποκτείνειν καὶ ἀπάγειν iubeat abduci, qui iam morte multatus ſit. Quarto: Quod in

Lege

Lege a Dracone lata (tulit enim, vt liquet ex 636. 11.) Axonum mentio facta fit, quos a Solone primo adhiberi notum eſt. Quinto: Quod de legitimo ſupplicio, neque in monumentis, neque in auctoribus, τὸ ἀποκτείνειν dictum reperiatur, ſed θανάτῳ ζημιῶσαι. Alia multa, quae prolixe de his rebus diſſerit in tractatu toties a me laudato. Quorum plurima, quae prae feſtinatione et nimio capitis feruore ab homine exciderunt, ab iis redarguuntur, qui operam iſti rei impenderunt. Legis interea mentem pulchre exponit *Heraldus*, cuius verbis iam vtor: „Lex Attica exſulem caedis cauſa, intra fines deprehenſum, „occidere permittebat, aut ad Magiſtratum deducere: „non quod occidi eum vellet, ſi poſſet prehendi et in „ius duci, ſed vt eum a ſuis finibus omnino abſterre„ret: item ſi forte reſiſteret, et vim opponeret, ſciret „licere contumaciam ſuam praeſenti morte multare.„ Non ius certum ea Lege ſanciri credidit, aut voluiſſe Legislatorem, vt ad tantam ſeueritatem vnquam procederetur, verum, vt in iure antiquo multa huiusmodi inueniuntur, comminanti ſimilem multa permittere, quorum atrocitatem nunquam expromi ſperaret. Et vt in ea mente eſſem, ſuadent verba *Platonis* ab eodem adducta: Ἐὰν δέ τις ἐπιβῇ τέτων τῆς τῶ φονευθέντος χώρας, ὁ προσυχὼν πρῶτος τῶν οἰκείων τοῦ ἀποθανόντος, ἢ καὶ τῶν πολιτῶν, ἀνατεῖ κτεινετω, ἢ δήσας τοῖς ἄρχεσι τῶν τὴν δίκην κρινάντων, κτεῖναι παραδότω. Verba itaque ἀποκτείνειν καὶ, quae *Salmaſius* tollit, non videntur expungi debere. Ita in Lege de Furibus nocturnis, quae producitur a *Demoſthene c. Timocratem*, p. 736. 1. εἰ δέ τις νύκτωρ ὁ, τιῶν κλέπτοι, τῶτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεινναι, καὶ τρῶσαι διώκοντα, καὶ ἀπαγαγειν τοῖς ἕνδεκα. TAYLOR.

629. 21. ὡς ἐν τῳ ἀξονι ἀγορευει.] Sub. ὁ νόμος. WOLFIVS.

629. 21. *αγορευει.*] *απαγορευει* Cod. *Reg. α. διαγορευει* mauult *Wolfius. Salmaſius* interea in libro laudato pag. 768. *ὡς ἐν τῷ ἄξονι ηγορευται*, refingit, idque ex *Demoſthenis* interpretatione liquere ait, qua id expoſuit, *ὡς εἴρηται*, p. 630. 12. Iterum vide *Heraldum* recepta tuentem, L. IV. C. V. §. 7. — 9. TAYL.

Ibid. Lege *αγορευεται*, vt in proxima pagina *ειρηται*. IVRIN.

22. *η διπλεν.*] *διπλᾶν τῶν εἰσπεπραγμένων χρημάτων.* WOLFIVS.

23. *εισφερειν δε τες αρχοντας.*] *ἀντὶ τᾶ εἰσάγειν τὸν βελόμενον.* WOLFIVS.

Ibid. Εἰσφέρειν perinde valere iudico, ac ſi dixiſſet *εἰσάγειν*, neque cauſam ſubeſſe arbitror, quare *Wolfio* auſcultemus, qui in quodam loco hanc vocem pro illa ſubſtituit. Ad elucidandum ritum, de quo hic tractatur, video verba illa *Vlpiani* ad *Midianam* non longe ab initio eſſe perutilia: *Μετὰ τὸ ἀποκληρωθῆναι τὸ δικαστήριον, ἐδίδοντο τοῖς θεσμοθέταις αἱ γραφαί. κἀκεῖνοι ἠρώτων λοιπὸν, βάλει κατηγορεῖν, ἢ μάρτυρας ἔχεις εἰς τὰς ἀποδείξεις ἑτοίμους; καὶ εἰ συνέφησεν, ἔτως ἤδη λοιπὸν εἰσήγετο — ἄρχοντες δὲ ἦσαν οἱ ἐν ἑκάστῳ δικαστηρίῳ τὰς κρίσεις εἰσάγοντες.* Ita Rex, ſiue Archontum ſecundus, caedis actiones *εἰσάγει*, *committit*. Poll. L. VIII. C. IX. §. 90. Polemarchus, actiones haereditatum, Idem ib. §. 91. Nautodicae, *τῆς ξενίας*. Idem §. 126. Vide *Suid.* v. *Ηγεμονία δικαστηρίε*, et quae diximus ad *Lyſiam*, pag. 559. Not. 9. TAYLOR.

24. *ων εκαστοι δικαται εισι.*] *πρὸς τὰς δικασὰς ἑκάστων ἐγκλημάτων.* Sic ego coniicio. Si erro, minus mihi ſuccenſebit is, qui cogitabit, quantum obſcuritatis et difficultatis ſit in Legg. XII. Tabularum, quae etiam *Ciceroni* faceſſerunt negotium, cum Solonis et Draconis *ἄξονες* antiquiores etiam ſint. WOLF.

630. 7.

630. 7. ἓ δ'.] Male Morel. ἐδ'. TAYLOR.

10. et 17. αὐτὸν.] αὐτὸν omnino, vti edidi. TAYLOR.

11. ἢ ὡς ἂν βέληταί τις.] Forte ἢ οι, vel οποι. Nam aduerbium locale poſtulari videtur. WOLFIVS.

15. ὑπ' ἐκείνων ἀπαχθέντα.] Nihil eſt, cur mutes in πρὸς ἐκείνους, *ad eos*, etſi mox ſequitur, v. 16. ὡς τούτους ἓν ἀπάγειν λέγει. WOLFIVS.

Ibid. Male. Theſmothetarum non erat munus, damnatos ad mortem ducere, ſed XI virorum. Docebit *Iulius Pollux*, L. VIII. c. IX. §. 102. alii. Verum, vt eſſet maxime eorum munus, hic locus non tractat de iis, quos illi *abducebant*, ſed *qui ad illos ducebantur*. Agitur de notione τοῦ ἀπάγεσθαι. Ἐξεῖναι, inquit ille, ex lege ἀπάγειν. ἆρ' ὡς αὐτόν; domumne? minime, ſed vt lex iubet, ad Theſmothetas, ὡς τούτους ἀπάγειν λέγει. Reuoca igitur lectionem *Feliciani* et *Manutii*, eorumque MSS. επ' εκεινους. Sexuiri illi, Theſmothetae nempe, ius habebant ſententiam ferendi (id enim per θανάτῳ ζημιῶσαι intelligo) de iis, qui, vbi ob caedem ſolum verterint, iterum domum redeant. Id quod anno quidem ſuperiore factum vidiſtis, nempe a concione quendam extractum *coram iis ſiſti*, *ad eos deductum*. Ad hos igitur iubet Lex adducere, non domum ad ſe ducere. TAYLOR.

22. τὸν νόμον.] Accuratius cum Edit. *Lambini*, το τὸν νόμον κύριον — γίνεσθαι. TAYLOR.

23. ἢ.] Potius καί. Nam ea videtur eſſe conſtructio. TAYLOR.

27. ἀποινᾶν.] Quia mihi nullum huius generis obſoletorum verborum ſuppetebat, verti: *habet etiam alterum legis verbum nihil obſcuritatis*. Quorſum enim lucernam accendas in meridie? WOLFIVS.

Ibid. ἀρχαῖα δὲ τὰ πάλαι μὲν συνήθη, νῦν δὲ ἐκλελοιπότα, ὡς λέγει Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστο-

κράτες, περὶ τῦ Δράκοντος νόμω τόδε, μηδ' ἀποινᾶν, μηδὲ (l. μὴ) χρήματα πράττεσθαι· τὰ γὰρ χρήματα, ἄποινα ὠνόμαζον οἱ παλαιοί. Theo, *Progymn.* p. 46. TAYLOR.

631. 1. καὶ τὸν ἑαλωκότα.] Lege τὸν ἀνδροφόνον τὸν ἑαλωκότα ἤδη sine ista copula, quae sententiam misere funestat. *Ita statuit Lex de homicida, qui iam damnatus est. Reg.* α. habet, altera vocula deleta, τὸν ἀνδροφόνον καὶ ἑαλωκότα. TAYLOR.

Ibid. Delendum puto καὶ, et distinguendum τὸν ἀνδροφόνον, τὸν ἑαλωκότα ἤδη, διώρισεν etc. vt pag. 629. vlt. τῦτον ἀνδροφόνον λέγει, τὸν ἑαλωκότα ἤδη τῇ ψήφῳ, et pag. 646. 17. περὶ τῶν ἀνδροφόνων, τῶν ἤδη κεκριμένων. MARKLAND.

4. ὁ δὲ τὸ ψήφ. γράφων κ. τ. λ.] Potest legi interrogatiue. Sed tum erit mutandus ordo: ὁ δὲ τὸ ψήφισμα γράφων διώρισε; πολλῦ γε καὶ δεῖ. Sed quid si legas: ὁ δὲ τὸ ψήφισμα γράφων πολλῦ γε καὶ δεῖ διορίσαι, *multum abest, vt decreti auctor ista distinxerit?* WOLFIVS.

19. κατὰ μὲν τῶν ἐν αἰτίᾳ.] Addunt οντων *Ven. Bar. Aug.* et *Vindob.* TAYLOR.

22. ἢν δ' κατὰ τῶν ἐξεληλεγμένων.] Malim οὐδὲ. WOLFIVS. Recte. atque ita dedi, motus auctoritate *Ven. Bar. Lind. Aug. Ital. Vind.* et Edit. *Morelianae.* TAYLOR.

pen. εαν δε τις κ. τ. λ.] *Wolfius* vertit: *Si quis autem homicidam ceciderit*, — is abstineat *foro* etc. plane contra mentem Legislatoris, qui voluit, prout ex sequentibus clare patet: *Si quis autem ceciderit* homicidam — abstinentem *foro* etc. Nam istud ἀπεχόμενον pertinet ad ipsum *homicidam*, non, vt *Wolfius*, ad *occisorem homicidae.* MARKLAND.

vlt. απεχομενον.] Non facile memini locum insscitius verti. *Si quis homicidam ceciderit, is abstineat foro col-*

ro collimitio. Iterumque p. 632. 7. et 22. Miror ſane, et dubito, an iſto errore irretitus quidquam intelligere poſſit eorum, quae hic dicantur. Lex enim his verbis declarat, quibus locis abſtinere debet, qui ſaluus eſſe velit: *Si quis homicidam ceciderit abſtinentem foro collimitio, ludis et ſacris Amphictyonicis, eodem crimine teneatur, perinde ac ſi Athenienſem (inſontem) occidiſſet, eiusque rei cognitio Ephetis reſeruetur.* Infra, 633. 15. Αν τις ἀποκτείνῃ τὸν ἀνδροφόνον, εἴτ' εἰπὼν, ὢν εἰργομενον. TAYLOR.

631. vlt. Mirum in modum in ſenſu huius legis coecutit *Wolfius*, cum putaret, hanc vocem ad interfectorem homicidae, non homicidam ipſum reſpicere, quod tamen euidentiſſimum eſt ex ſequenti Oratoris argumentatione. Itaque de nouo traducenda eſt tota Lex: *Si quis autem homicidam ceciderit, aut caedis ei cauſa fuerit, abſtinenti foro collimitio, et ludis et ſacris Amphictyonicis, eodem crimine teneatur, ac ſi Athenienſem occidiſſet, ſed iudicium relinquatur cauſarum capitalium iudicibus.* IVRIN.

Ibid. ἀγορας ἐφορίας.] *Forum collimitium* verti a coniunctis limitibus, vt ipſa vox antiquitatis aliquam ſpeciem prae ſe ferens interpretationem admitteret, quod in verbo ἀποινᾶν haud item licuit. Nam mulctare frequens eſt apud *Ciceronem.* WOLFIVS.

Ibid. Editio Lutetiana, ἀγορᾶς, ἐφορίας (marg. ἐφορείας, et ſimiliter vbique *Baroc.*) aliquando ἀγορᾶς καὶ ἐφορίας, vt 632. 7. ὅθεν ὠνόμακεν ἀγορὰν καὶ ἐφορίαν. ib. 26. Vtrumque male. Adnotatur in *Bodl.* ἴσως ἀγορᾶς ἐφορίας, ἄνευ ὑποσιγμῆς, ὅτι ἐν τοῖς ὁρίοις ἀγοραὶ συνηθροίζοντο. Noſter 633. 2. τὴν ἐφορίαν ἀγοραὶν, ὅρον προσγράψας, ἧς εἴργεσθαί φησιν. Vbi abſurdiſſime Edit. *Ald.* τὴν ἀγορὰν καὶ ἐφορίαν, ὅρον προσγράψας. TAYLOR.

632. 1. ωσπερ.] F. σισπερ. Sic pag. 633. 10. τὴν αὐτὴν — δίκην δέδωκεν, ἥνπερ, ἂν τὸν Αθηναῖον κτείνῃ. Vide et v. 17. ibid. et p. 635. 3. et p. 693. 14. ad fin. Orationis: τιμωρίας — τὰς αὐτὰς, ἅσπερ ἂν τὸν Αθηναῖον ἀποκτείνῃ. Vide Notas ad *Lyſiae* Orat. I. p. 36. not. 85. MARKLAND.

7. ἀπεχόμενον.] Eundem hic errorem errauit *Wolfius*, quem in pagina praecedente, v. vlt. cum pro *abſtinenti*, vel *abſtinentem*, reponat, *is abſtineat*. Sed adhuc manifeſtius ad v. 22. ἐάν τις τὸν ἀνδροφόνον κτείνῃ ἀπεχόμενον ἀγορᾶς ἐφορίας, *ſi quis homicidam interfecerit abſtinentem* (non, *is abſtineat*) *foro collimitio*. IVRIN.

17. λοιπὴ.] ἡ μόνη καὶ λοιπὴ Codd. *Bar. Pariſienſes* et *Vindob.* Proxime, v. 19. cum *Bodl.* melius μεταστάντας. TAYLOR.

21. ἀτυχημάτων.] *Baroc.* ἀδικημάτων. Quid ſi ἀτυχησάντων? TAYLOR.

23. τί τοῦτο λέγων;] *Salmaſ. de M. V.* pag. 770. ita legit et diſtinguit: ἀπεχόμενον, φησὶν, ἀγορᾶς ἐφορίας. τι τουτο; λεγει, τῶν ὁρίων τῆς χώρας. TAYL.

633. 4. εἴπερ ἦν Ελλην, ὁ παθὼν.] *Modo Graecus eſſet occiſus.* Wolfius. Non accurate verſa, ſi vera ſint ea, quae habet *Vlpianus* ad illa *Demoſthenis* π. παραπρεσβ. ειπερ ἐστὶν ἀληθὴς ἡ Φήμη, pag. 417. 12. ſc. Οὐ διαζων εἶπεν, ἀλλ' ἔστιν ἀντὶ τοῦ επειπερ, ὡς καὶ ἐν τῷ κατὰ Αριστοκράτους, ειπερ ἦν Ελλην ὁ παθών. TAYLOR.

11. τὸν γὰρ Φυγάδα.] i. e. κατὰ τὸν Φυγάδα. *nam quod ad exſulem adtinet.* MARKLAND.

26. ἐπιόσης.] Ita Editi et MSti. *Wolfius*, errore, credo, typographico, ἐμποιόσης. Scil. in Edit. Baſil. 1572. ἐποιόσης, primo errore, quem Bibliopolae Francofurtenſes A. 1604. cum tollere velle viderentur, duplici menda ἐμποιόσης fecerunt. TAYLOR.

634. 4.

634. 4. *αἰτίαν.*] Mallem cum *Lind. Ital. Reg. α.* et *Vind. εξουσιαν.* TAYLOR.

6. *διατρίψομεν.*] *συνδιατριψομεν Bar. Aug. Vindob.* cum Codd. *Parisienſibus.* Modo v. 8. *ἢ το τυχόν ἐστιν Ald. Ven. Baroc. Lind.* marg. *Benenat. Ital.* et *Vind.* TAYLOR.

7. *τἀναντία πράττειν.*] *reſcindere* Wolfius. Incaute. Nam qui legem violat aut negligit, non vtique reſcindit. TAYLOR.

14. *ὀφείλειν.*] Cum haec transtulit *Wolfius*, *eandem mulctam debet*, Exemplarium ſuorum fidem ſecutus eſt, vbi ſcribitur *ὀφείλει*, a MSS. non edoctus *ὀφείλειν* legere. TAYLOR.

24. *ἀκουσίων.*] *Fortuitis caedibus*, Wolfius, cum tamen in Graecis dedit *ἑκουσίων*, et ſimiliter Editiones *Aldina* et *Lutetiana.* Quid? parumne referre arbitraris, *Wolfi*, vtro modo dederis? MSti noſtri cum *Feliciano* et *Manutio* recte, vt ſolent, et debent, et vti nos repraeſentari fecimus. TAYLOR.

635. 9. *ἀποκτενεῖν.*] *Θήσομεν τοίνυν τινα ἀποκτενεῖν* marg. *Paris.* TAYLOR.

12. *προσῆκε γράψαι — γράφοντα.*] Conſtructio eſt haec: *ἑκὼν προσῆκε (σε) γράφοντα εαν τις αποκτεινη, γράψαι, ἄκων, ἢ ἑκὼν, ἀδίκως, ἢ δικαίως* etc. Quod noto, vt appareat, pro *γράψαι* legendum eſſe *προσγραψαι*, *adſcripſiſſe, adieciſſe:* ex ſenſu et loco ſimili, pag. 648. 13. *πρῶτον μὲν γὰρ, εαν τις αποκτεινη γράφων, ἃ προσέγραψεν, ἀδίκως, ἆρ' βιαίως, ἆρ' ὅλως ἀδέν.* Verti autem debuit: *itaque oportuit* te, *cum ſcribebas*, SI QVIS OCCIDERIT, *adſcripſiſſe*, vtrum *inuitus*, *an volens*, *iure*, *an iniuria* etc. Vide et pag. 645. 12. MARKLAND.

Ibid. *γράφοντα*] *Proinde ſic ſcribere conueniebat, ſi quidem omnino ſcribere decreueras.* Wolfius haec non intellexit, vt liquet ex verſione. Senſus eſt: *Proinde qui ſcri-*

qui ſcripſit ἐάν τις ἀποκτείνῃ, *illud etiam ſcribere et adiicere debuit, vtrum occiderit volens, an inuitus, iure, aut iniuria*, et quae ſequuntur. *Bodl.* non inſcite προσῆκε προσγράψαι. TAYLOR.

635. 15. ὑπῆρχε.] Silent Codices. Reſcribo tamen ὑπαρχῇ. ἵνα — τέτῳ — ὑπάρχῃ δίκαια. TAYL.

Ibid. Notandum ἵνα cum Imperfecto, vt apud *Lyſiam* Orat. I. p. 43. vlt. ἵνα ἐτιμωρεῖτο. vbi plura adtuli. MARKLAND.

636. 6. διδόασιν.] *iubentur.* Wolfius. Male. Potius: *conceduntur.* Vt recte idem 637. 9. et 638. 2. et alibi. TAYLOR.

8. Νομος.] *Salmaſ. de M. V.* p. 783. emendat: Τὲς φεύγοντας ἐνδεικνύντων, ἐάν τις κατίῃ, ὅποι μὴ ἔξεστι· φόνῳ δὲ δίκας μὴ εἶναι. Cuius haec eſt Sententia: *Si quis caedis cauſa exſul domum redierit, aut ea loca, quibus interdicitur, hominem deferunto*, ἐνδεικνύντων· *non opus eſt caedis actionem rurſus intendere.* Nam Ἔνδειξις erat ea ſpecies Actionis, quae in criminibus iudicatis locum habet, et in iis, quae poenam, non diſceptationem, exſpectant. Ingenioſius hoc multo, quam verius: et, ſi audaciam et temeritatem hominis ſpectes in verbis tranſponendis, ne ingenioſum quidem. Alia multa opponenda habeo, quae nunc premam. Interea, ſi ab Editis ſtemus, quid reſpondendum erit viris multis et doctiſſimis, qui de huius Legis obſcuritate diu ſunt conqueſti? Mihi ſemper fuit animus, hanc fuiſſe Legis alicuius prolixioris partem: immo connectiua iſta particula ab initio declarat, rem ita ſe habere. Subiungatur itaque haec Lex, verbi gratia, legi illi, quae occurrit pag. 631. pen. Earum ergo ita adnexarum Tenor et Sententia hoc modo procedet:

Homici-

Homicidam exſulantem, dum ab iis locis abſtineat, vbi accedere non licet, ſi quis vel occiderit, vel quocunque modo cauſa exſtiterit, vt occidatur, contra interficientem, vel eum, qui internecionis cauſa fuerit, Actiones caedis ſunto, perinde vti ſi quis interfecerit ciuem Athienſem.

Verum ſi non abſtinuerit, ſed redierit, vbi non oportet, ad Iudicem deferunto: contra eum vero, qui detulerit, et internecionis cauſa fuerit, actiones caedis ne ſunto.

Reclamabit nemo, vbi τῆς Ενδείξεως naturam et rationem paucis expoſuero. Actio erat periculoſa admodum, neque temere inſtituenda: Nam ὁ ἐνδεικνύμενος ad rationes reddendas tenebatur, et omnino contraria actione poſtulari poterat, ſi quando conſtaret, eum detuliſſe hominem non deferendum. Haec et plura de iſta cauſa docebit *Pollux*, quem exſcribo, L. VIII. C. VI. §. 49. Ενδειξις δὲ ἦν πρὸς τὸν Αρχοντα, ὁμολογεμένε ἀδικήματος, ἀ κρίσεως, ἀλλὰ τιμωρίας δεομένε· ὁ δὲ ἐνδεικνύμενος ἐν γραμματείῳ πρὸς τὸν Αρχοντα τὴν ἔνδειξιν ἀποφέρει, ινα υπευθυνος ἡ της ψευδες ενδειξεως — μάλιστα δὲ τὲς ὀφείλοντας τῷ δημοσίῳ ἐνεδείκνυσαν, ἢ τὲς κατιόντας, ὅποι μὴ ἐξεσιν, ἢ τὲς ἀνδροφόνες. Ita Agoratus apud *Lyſiam*, qui inſontes quosdam detulerat per τὴν ἔνδειξιν, et eapropter caedis cauſa exſtiterat, caedis et ipſe poſtulatur, vt ex tota iſta oratione liquet. Nam in cauſa Ενδείξεως, quia ſupplicium ſtatim ſequitur ſine iudicio et quaeſtione, merito haberi poterat Delator iſtius internecionis auctor. δεῖ αὐτὸν ἀποδεῖξαι, ὡς ἀ κατεμήνυσε τῶν ἀνδρῶν τέτων, ἀδ' αἴτιος αὐτοῖς ἐσι τᾶ θανάτου, vt ait *Lyſias* in Oratione laudata, p. 473. 6. Verum enimuero ſtatutum eſt hac Lege, eam *recriminationem* hic *ſaltem* ceſſare, neque caedis poſtulari poſſe, vt generaliter potuit fieri, qui exſulem redeuntem ad loca interdicta delatione ſua oppreſſerit. Cauebat maxime

tibi

ſibi ea Resp. ab iis, qui propter caedem aut crimina iſtiusmodi ſolum verterunt: Iurabat enim, quicunque in collegium Heliaſtarum cooptaretur, ȣδε τȣς φευγοντας καταξω, ȣδε ων θανατος κατεγνωςαι. Immo ita cauebat, vt, quotiescunque Lex illa, quam OBLIVIONIS vocant, apud illos ſanciretur, nominatim eos exciperent, et adhuc delationis periculo ſubiicerent, qui huiusmodi reatu tenerentur: Iurabat Senator quilibet, adiecta hac clauſula tum primum poſt liberatam Remp. a Thraſybulo, et excuſſam XXX virorum tyrannidem, ȣ̓ δέξομαι ενδειξιν, ȣ̓δὲ ἀπαγωγὴν, ἕνεκα τῶν πρότερον γεγενημένων, πλην των φευγοντων. Eiusdem pariter ſeueritatis eſt ea Lex Draconis, quam exponimus, perinde ac ſi dixiſſet: Κατὰ τῶν ἐνδεικνύντων, φόνȣ δίκας εἶναι, πλην των ενδεικνυντων τους φευγοντας. In Themide Attica, vbi Legislator, quid cuiuis licere et patere voluit, id potiſſimum ſanciuit hac ratione, primum permittendo, deinde, omni excluſo aditu ad litem ineundam ei, qui contra venire vellet. Ita in cauſa Adulterii, ſancitum eſt, ἐάν τις μοιχὸν λάβῃ, ὅ, τι ἂν βȣ́ληται, χρῆσθαι. Interea tamen, licet ſapientiſſimus Legislator ea poteſtate armauerat doliturum maritum, quaſi in ea parum eſſet praeſidii, tulit etiam *alteram* Legem, prout in *Lect. Lyſiac.* olim expoſui, τȣ̃τον μὴ καταγινώσκειν φόνου, ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι τῇ ἑαυτȣ̃ μοιχὸν λαβὼν, ταύτην τὴν τιμωρίαν ποιήσηται. Id eſt, contra eum, qui adulterum in vxore interfecerit, φόνȣ δίκην μὴ εἶναι εἰσαγώγιμον, caedis reus ne poſtulator. Haec autem vel ideo quoque adduxi, vt intelligeres, qua fide iſtam legem proxime, nam proxime occurret, ſc. pag. ſequente, v. I. interpretatur *Wolfius*, ἐάν τις ἀποκτείνῃ — ἐπὶ δάμαρτι — μη φευγειν κτεινοντα. *Qui caedem fecerit, ne* EXSVLATO: Immo: *ne caedis reus ſiſtatur.* TAYLOR.

636. 9.

636. 9. ουδαμου.] Potius μηδαμου, vt *Ven. Bar. Lind. Ital.* et *Vind.* μηδαμῶς *Reg.* α. TAYLOR.

20. ἀχ ὅπη.] Reſcribo: καὶ, ὅτι, ἐὰν τατήτις, ὅποι μὴ ἔξεσι, αὐτὸ τῦτο δίδωσι, καὶ ἀχ ὅπη βέλεταί τις. TAYLOR.

vlt. ἄλλος.] Vides hanc vocem in loco plane alieno. Lege ὅποι φεύγειν ἐδεὶς κωλύει νόμος. Vt *Linden. Ital. & indob.* aliique. Deinde, λέγε αλλον νόμον, cum *Bodl. Aug. Vindob. Bar. Obſop. Ital.* TAYLOR.

Ibid. Λέγε τὸν νόμον.] Omnino legendum puto, vel, τὸν ἐφεξῆς νόμον, vel, τὸν μετὰ ταῦτα νόμον, vt in ſuperioribus ſaepe, et infra. Tale aliquid poſtulat ſenſus, et mos ſcribendi. MARKLAND.

637. 2. η εν οδω καθελων.] Laudant haec ex *Ariſtocratea Demoſthenis* et *Harpocratio* v. Η ἐν ὁδῷ, et Καθελὼν, et Οδὸς, et *Euſtathius* ad *Iliad.* A. 151.

Η ὁδὸν ἐλθέμεναι, ἢ ἀνδράσιν ἶφι μάχεσθαι.

Sc. Εσι δὲ ὁδὸν μὲν ἐλθεῖν, τὸ τοὺς ἀριστεῖς εἰς λόχον ἀπελθεῖν, ὡς δοκεῖ τοῖς παλαιοῖς, οἳ καὶ ἀπὸ Δημοσθένες φέρεσι χρῆσιν, εἰπόντος ἐν τῷ κατὰ Αριστοκράτες, ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν, ἀντὶ τῦ ἐν λόχῳ. Ex quibus locis conſtabit, quam inſulſe *Wolfius* hic interpretatur *in itinere.* Miror, haec a *Demoſthene* in lege inferius explicanda eſſe praetermiſſa, cum ſatis conſtet ex auctoritate, quam dedi, ea verba in lege non defuiſſe. TAYLOR.

Ibid. *Aut in itinere proſtrauerit:* Wolfius. Ergo ſecundum hanc legem (vel ſaltem, hanc verſionem) Sicarii et Graſſatores, qui aliquem in via *proſtrauerint* et *occiderint*, non *exſulabunt*, ſed tuti in patria *manebunt.* Fieri non poteſt, vt ita ſanxerit Draco. Pro καθελὼν rectius ſcribi videretur, ουκ εθελων, *nolens, inuitus*, vt ἄκων, et ἀγνοήσας. Et ita *Homerus Iliad.* Ψ. 87.

παῖδα

παῖδα κατεκτανον Αμφιδάμαντος
Νήπιος, οὐκ ἐθελων.

Si nihil mutandum ſit, verba ita ordinanda ſunt: ἐάν τις ἀποκτείνῃ (τινὰ) ἄκων καθελὼν (αὐτὸν) ἐν ἄθλοις, ἢ ἐν ὁδῷ, etc. Caeterum *Demoſthenes*, qui in ſequentibus commentatur in ſingulos huius Legis articulos, de hac pericope, ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν, quod mirum eſt, prorſus ſilet. Vtrum Memoriae, an Exemplarium vitio? MARKLAND.

637. 5. η ην αν επ' ελευθεροις.] Deeſt ἢ ante ἦν in MStis *Bar. Lind. Ital.* et *Vindob.* Iterumque v. 25. vbi verba Legis repetuntur. Non diuerſae igitur, vt videtur, pellex, et ea, *quam liberis ingenuis ſuſcipiendis habet.* Innuit enim non Εταίραν, ſed Concubinam, quam ſuboli ſuſcipiendae, et quaſi vxorem, domi habere ſolebant. TAYLOR.

6. φευγειν.] *exſulato.* Incaute hoc a *Wolfio* redditum. Μὴ φεύγειν κτείνοντα, *ne reus caedis ſiſtatur.* Poſt haec verba *Bar.* ſubiicit ἐπίσχες, vt nonnunquam alibi poſt legis particulam recitatam reperiri ſolet. TAYLOR.

10. ἐξεῖναι.] εξεσι marg. *Benen.* forte εξειη Wolfius. Vide infra 644. vlt. In proximis v. 11. πως (non ὅπως) cum MStis *Bar.* et *Vind.* TAYLOR.

14. διελθών.] Corrige διελων Ita *Ven. Bar. Ital. Linden.* et *Reg.* α. quod *Wolfio* rectius eſſe videtur. Vide 646. 16. TAYLOR.

17. ἀσθενέστερος ἦν — ἐνεγκεῖν.] ἀσθενέστερος, ἢ ὥστε ἐνεγκεῖν. WOLFIVS. Exponendi, credo, animo, non emendandi. Alibi legit, et quidem, vt ait, ex Codd. *Lutetianis*, cuius tamen lectionis veſtigium non deprehendo: εἰ δ' ἐκεῖνος ἀσθενέστερος ἦν του τὸν ὑπὲρ τῆς νίκης ἐνεγκεῖν πόνον. TAYLOR.

Ibid Num εἰ δὲ ἐκεῖνος ἀσθενέστερος ἦν, η — ἐνεγκεῖν πόνον? IVRIN.

637. 20.

637. 20. φησὶν.] Addunt *Bar. Lind. Ital. Vind.* cum *Benenato*, η επι μητρι, pariter vti in Lege ſcribitur. In *Veneto* deficiebat ἢ ἐπὶ δάμαρτι. TAYLOR.

26. τινὰ.] Omnino τινι. κτείναντι ἐπί τινι τούτων, vt in lege: ἐάν τις ἀποκτείνῃ επι δαμαρτι, ἢ επι μητρι etc. τινὶ ἴσως *Bodl.* atque ita marg. *Benenati.* τῷ *Lind.* et *Ital.* TAYLOR.

638. 5. ἐχθρᾶ.] Lege εχθρων, propter τοὺς ποιοῦντας. MARKLAND.

6. ἐκᾶν δεινὸν κ. τ λ.] Melius cum Interrogatione: συκ ουν δεινὸν — ἀποκτεῖναι; vt ſolet Noſter. TAYLOR.

10. ἀπαλλαγῇ.] F. ως ἀπαλλαγῇ MARKLAND.

13. τοῖς δ' ἔθεσι κ. τ. λ.] Vim huius loci non vidit *Wolfius*, quantum ex iſtius interpretatione iudico. Verto liberius: *Finge Charidemum huc ad nos commigraturum, et vxoribus noſtris aut liberis ſtuprum inferre, non armis et militari imperio munitum, (cui aegre reſiſti potuit) verum moribus et conſuetudine ductum. quid? ſineremus libidini indulgere, necne?* TAYLOR.

14. ἐᾶν.] Lege ἐᾶν αυτον ὑβρίζειν. Habent impreſſi omnes et MSS. fere. Et recte quidem. In proximis cum Codd. *Paris.* et *Vind.* aeque recte abeſſe poteſt. ἄλλο τι ἢ σιγῶντα δεήσει Χαρίδημον ἐᾶν αὐτὸν ὑβρίζειν; ἀ γὰρ ἀποκτεῖναί γε ἀσφαλές. TAYL.

17. πᾶ δὲ γένοιτο ἂν ταῦτα;] Scribendum puto, πως δὲ γένοιτο ἂν ταῦτα; IVRIN.

639. 4. Νομος.] Legem habes omnium abſurdiſſimam, ſi cum *Wolfio* legas et interpreteris: Καὶ ἐὰν φέροντα etc. ἀλλὰ ταῦτα — *ſed hoc ob ea, propter quae occidere licet.* Quo nihil excogitari poteſt futilius. Deſinit Lex in κελεύει v. 8. Quam ad explicandam deinde pergit Orator. Ecce, inquit ille, ἄλλα ταῦτα, ἐφ' οἷς ἔξεστι κτεῖναι, *ſi quis* ſc. *per vim et iniuriam* abduxerit. TAYLOR.

639. 7. *εαν αγοντα — κελευει.*] Oratoris haec ſunt verba partem legis recitantis, ideoque minore charactere imprimenda. IVRIN.

14. *εὐθὺς ἀποκτιννύναι.*] Dele *εὐθὺς*, namque hic locum nullum habere poteſt, et repetitur ſolummodo ex ſuperioribus. Deeſt in *Reg.* α. et *Vindob.* TAYLOR.

Ibid. *ὁ δ' ἁδὲν εἴρηκεν.*] Nonne *ὁ δ' ἁδὲν τοιουτον εἴρηκεν*? IVRIN.

15. *κἂν δικαίως.*] Iterumque ita 645. 2. (vbi vide, quae adnotabuntur) *ἐάν τις ἀποκτείνῃ, φησὶ, Χαρίδημον, κἂν δικαίως, κἂν ὡς οἱ νόμοι διδόασιν, ſiue id iure, ſiue vt leges permittunt*, vt *Wolfius* noſter vertit. Praeclare quidem! Putaſſem haec fere eſſe eadem; et quaecunque iure fiunt, eadem iuxta leges fieri. Vbi igitur eſt diſtinctio? Tu legas vtrobique *κἂν ἀδικως, κἂν ὡς οἱ νόμοι διδόασιν.* Abſolute, ait Orator, *ἁπλῶς*, ſcripſit, ſi quis Charidemum interfecerit, quocunque demum modo id fiat, ſiue iure, ſiue iniuria, nam de ea re nihil diſtinxit. TAYLOR.

27. *ἀδικῶν.*] *αδικως* marg. *Benenati.* Recte. Vti in lege *ἐὰν φέροντα ἢ ἄγοντα βίᾳ αδικως*, et ſupra 17. *τίνα γὰρ οἴσει ἢ ἄξει βίᾳ αδικως Χαρίδημος*; TAYLOR.

640. 2. *του.*] Addidi ex Edit. *Lutetiana*, et poſtea v. 6. Proxime v. 3. melius *μεταποιήσῃ* cum *Bar. Bodl. Lind. Aug.* et Editis praeter *Aldum*, et deinde v. 4. expunge iſtud *ἀτίμως*, vt recte Codd. *Lind.* et *Ital.* TAYLOR.

6. *ὃς ἄρχων.*] *ὃς αν ἄρχων Ven. Bar. Bodl. Ital.* et *Vind.* TAYLOR.

Ibid. Scribe *ὃς αν ἄρχων*, vt prius, lingua Graeca ita poſtulante. MARKLAND.

10. *ἔσαι.*] Lege *ἐσι.* Ita legitur in *Ven. Bar. Vind.* TAYLOR.

640. 27. αὐτὴ.] Corrigendum cum *Aug.* Cod. αὕτη. *Ea*, non *ipsa*. TAYLOR.

641. 3. ἃ δ' ἔγραψεν ἔτος δίκαια καὶ καλά.] nscite *Wolfius* haec in versione sua interrogatiue nunciauit. TAYLOR.

10. ὅθεν.] Ita pro ὅταν vulgatorum, ex *Ven. Bar. Bodl. Cant.* et *Vindob.* TAYLOR.

14. καὶ πάντων.] ἴσ. καὶ νομίμων απαντων *Bodl.* TAYLOR.

17. ἰδιαίτατον.] ιδιωτατον habent MSS. *Ven. Bar. Bodl. Lind. Obsop. Vind.* Ita etiam legit *Dionys. Halic.* περὶ τῆς Δ. δεινότητος. §. 14. atque etiam modo, §. 18. rectius editis, περι ἓ τοσαῦτα. TAYLOR.

18. καλὰ.] Lege παλαια: quod patet ex sensu, et sequentibus, et ex oppositione καὶ ὧν αὐτοὶ μάρτυρες γεγένημεν. v. 19. Vide v. 27. καὶ τὰ μὲν δὴ παλαιὰ, τοιαῦτα etc. MARKLAND.

19. καὶ μυθώδη.] Τὰ μυθώδη καὶ τὰ μεμαρτυρημένα inter se opponuntur. Τὰ καλὰ παραδεδομένα pertinent ad haec vtraque. WOLFIVS.

25. ὡς λόγος.] [Vel cum *Bar.* ὡς ο λόγος] *Isocrates* audacius: ὡς οἱ μῦθοι λέγουσι, καὶ πάντες πιστεύουσι. WOLFIVS.

642. 15. ὁ τινὰ αἰτιώμενος.] Ita dedi, pro vulgato εἴ τινα, ex auctoritate *Fel. Man. Paris. Bodl. Cant. Ital.* et MSS. *Ald.* ὅντινα *Bar.* et *Vind.* corrupte. Pauco ante v. 14. restitue διομεῖται, quomodo eam vocem exhibent MSS. fere omnes. Verbum enim legitimum est διωμοσια, non διεξωμοσια. TAYLOR.

16. εἶτ' ἐδὲ τὸν τυχόντα τιν' ὅρκον τοῦτο ποιήσει.] Satis esset εἶτ' ἐδὲ τὸν τυχόνθ' ὅρκον ποιήσει. WOLF.

Ibid. Editi et MSti εἶτ' ἐδὲ τὸν τυχόντα τιν' ὅρκον τοῦτο ποιήσει. Nescio, vnde irrepserit istud κατὰ, quod in *Wolfii* vulgatis habemus. ἐδὲ τὸν τυχόντα τρόπον solus *Bodl.* TAYLOR.

642. 18. κάπρȣ, καὶ κριȣ̃, καὶ ταύρȣ.] A Graecis igitur Romani acceperunt ſua Suouetaurilia, vt et plerosque Deos ſuos. PALMER.

20. προσήκει.] καθηκει MSti omnes, praeter eos, quos verſarunt *Manutius* et *Felicianus*. TAYLOR.

Ibid. μεταχειριζομένων.] Hic par pari reſpondet: ἐν αἷς ἡμέραις — ἐκ τȣ̃ χρόνου. Et rurſus, ὑφ' ὧν δεῖ — τῶν μεταχειριζομένων. Haec dixi, vt caueres tibi a mala *Wolfii* interpretatione, nempe, *rerum, quae adhibentur, ſolennitate.* TAYLOR.

24. ἐπενεγκάμενος.] Lege απενεγκαμενος ex fide *Bar. Reg.* α. *Vindob.* et *Ital.* TAYLOR.

25. πλέον ȣ̓δ' ὁτιȣ̃ν ἕξει.] Intellige eleganti euphemiſmo, *funditus interibit.* Abſtinebat ſedulo Lingua Attica a verbis male ominatis. Ita Noſter π. παραπρεσβ. 354. 21. εἰ μὲν γὰρ ἐνταῦθ' ἦν ἤδη τὰ πράγματα, ὥςε μηδ' αἰσθομένοις τοῖς Θηβαίοις πλεον ειναι μηδεν, τί ȣ̓ γέγονεν; Vbi σχ. τί ȣ̃ν μὴ διεφθάρησαν; et recte. Nugatur hic Interpres, neque vim aut ſolennitatem vocis vidit. TAYLOR.

643. 3. τὰ μὲν τῆς διωμοσίας, τοιαῦτα.] Niſi intelligas οἷα τῷ διώκοντι, videtur cerimonia deeſſe. Sed *Felicianus* rectius habet ταὐτά. Eadem ratio eſt iurisiurandi. Ac dubitari poteſt, an pro διωμοσία ſit legendum αντωμοσια, quam ego vocem interpretando ſum ſecutus. WOLFIVS.

Ibid. Forte ταὐτὰ, vt animaduertit *Wolfius*. Ita etiam Edit. *Paris.* et Cod. *Ital.* TAYLOR.

27. τί ȣ̃ν ὁ νόμος κελεύει;] Deſunt in *Bar. Reg.* α. et *Vindob.* ὁ νόμος. Recte. ȣ̓τ' ἄλλος ȣ̓δεὶς, πλὴν ὁ νόμος. τί ȣ̃ν κελεύει; et *Wolfio* quoque videtur eſſe ſcholion. TAYLOR.

644. 1. αἰδέσηταί τινα.] Alii αἰδέσηταί τις, τȣτέςι, συγγνώμην σχήσῃ τις αὐτῷ. WOLFIVS.

644. 1. τινα habent Editt. *Ald.* et *Morel.* cum MSS. *Aug.* et *Vind.* Αἰδέσασθαι — Δημοσθένης — ἐν τῷ κατ' Αριστοκράτες, ἀντὶ τῦ ἐξιλάσασθαι καὶ πεῖσαι. Harpocr. TAYLOR.

vlt. ἐξεῖναι.] γρ. ἐξείη et ἔξεστι marg. *Benenati.* Proxime autem, cum eodem *Benenato* distinguas, ἀλλ' ἔχ ἕτος, ἐδὲν ἀφεῖλεν. TAYLOR.

645. 1. φησὶ] Dele, cum sit otiosum. Non reperitur in melioribus exemplaribus, *Ven. Bar. Vindob.* et *Reg. α.* ἀλλ' ἁπλῶς, ἐάν τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον — ἔκδοτον ποιεῖ. TAYLOR.

2. καὶν ὡς οἱ νόμοι διδόασι.] καὶν ὡς ἔχ οἱ νόμοι διδόασι *Ven.* et *Ital.* Vid. 639. 15. TAYLOR.

5. ἐδὲν ἂν.] ἂς ἅμα μὲν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ἔ δύναιτο σχεῖν *Vindob.* Mallem ἔκ ἂν δύναιτο. TAYL.

7. αἰτίαν.] Deest in *Bar.* et *Vindob.* Recte forsasse. Et referas ἑτέραν ad προσθήκην vel πρόφασιν, *the circumstance.* Nam aliud est αἰτία. TAYLOR.

10. τῦτον.] Lege σὺ τοίνυν ἑδετέραν προσέθηκας τύτων, (sc. τῶν προσθηκῶν) Ita plurimi Editi et MSti. TAYLOR.

12. ἀγώγιμον εἶναι.] Distingue melius: σὺ τοίνυν ἑδετέραν προσέθηκας τύτων· — ἀλλ' ἀόριτον αὐτὴν εἰπὼν τὴν αἰτίαν, καὶ μετὰ ταῦτα εὐθὺς προσγράψας, ἀγώγιμον εἶναι, τρίτον τετὶ δικαστήριον — παραβεβηκὼς φαίνῃ. Et corrige pariter versionem. TAYLOR.

23. τῇ τύχῃ.] Dele has inconcinnas voculas, quas nihil aliud esse iudico, praeter marginalem glossam istius locutionis, quae paulo ante occurrit, v. 21. τόν γε ἀδικῦντα μὲν ἑδὲν, εαν τυχῃ. TAYLOR.

pen. ἐπ' ἀκρσίῳ φόνῳ πεφευγῶς.] Sequitur pag. 646. 1. αἰτίαν ἔχων ἑτέρᾳ φόνᾳ ἑκρσίᾳ. Nihil vetat ἀκούσιον καὶ ἑκόσιον coniungi: vel ἀκόσιον καὶ ἀκόσιον: vel ἑκόσιον καὶ ἑκόσιον. WOLFIVS.

645. vlt. ἔχει.] Lege ἐχῃ, propter ἐάν. MARKLAND. Ita *Bar.* et *Paris.* TAYLOR.

646. 17. ἀναίτιον.] *Insontem* Wolfius. Perperam. Significat, si sincera sit lectio, τὸν ἐν αἰτίᾳ ὄντα, *insimulatum*. Saepe explicat in hac oratione *Demosthenes*. Cod. *Venetus* legit αιτιον. Forte ἐναιτιον. Verte igitur: *paris impietatis — esse censuit, vel ad facinora conniuere, vel insimulatum ante iudicium proscribere.* TAYLOR.

18. τῶν ἤδη κεκριμένων.] *Vt hi, qui iam homicidae iudicati sunt*, vel, *vt homicidae ii, de quibus iam factum est iudicium.* WOLFIVS.

24. Ετι τοίνυν.] Vel lege cum MSS. *Ven. Bar. Lind. Aug. Ital.* et *Vindob.* Ετι τοίνυν ἐξιν ἔκτη τιμωρία, vel, ἐξι τοίνυν ἕκτη τιμωρία cum marg. *Benenati.* TAYLOR.

Ibid. Ετι.] Forte ἐξι — vt pag. 684. 9. ἐξι τοίνυν τις etc. MARKLAND.

26. ἢ] Restitui ex Editis et MStis. Aberat *Wolfii* incuria. TAYLOR.

648. 3. τάτῳ.] Melius τατο. Ita Editt. *Manut.* et *Felic.* cum optimis exemplaribus, *Linden. Aug.* et *Vind.* τατο τὸ βιαίῳ, signanter, *istam vocem* βιαιῳ. TAYL.

Ibid. Lego τατο — *hoc* vocabulum, nempe VIOLENTA. MARKLAND.

22. φήσω γὰρ.] Lego φησει γὰρ. WOLFIVS.

Ibid. Temeraria nimis Adnotatio. φήσω *Ald. Fel. Man. Par. Lind.* ϑήσω *Ven. Bar. Reg.* α. *Aug.* λέξω *Vind.* Solus vtique ex suo ingenio Wolfius φησει. Sed toto coelo errat. Locus hic valde lacer ita restituendus est ex aliis atque aliis Codd. ὁ δὲ τάτας μὲν ἀϑώας παρῆκε, καὶ ἀδὲ λόγον πεποίηται περὶ αὐτῶν ἀδένα, τους δὲ τὸν ἤδη πεφευγότα. φήσω γὰρ ἅτω· κατὰ τὸν κοινὸν ἁπάντων ἀνϑρώπων νόμον, ος κεῖται τὸν φεύγοντα δέχεσϑαι, ὑποδεξαμένας, ἐκσπόνδας εἶναι γρά-

φει.

φει. Verte: *Iſte vero hos omni crimine liberauit, nulla prorſus eorum facta mentione, verum eos, qui iam exſulantem (ita enim ſupponam) iuxta communia omnium iura de exſulibus recipiendis, receperint, eos, inquam, omni foederum ſocietate excludit.* Quidnam ſinguli Codd. ad hanc optimam ſententiam contulerint, vide in Variis Lectionibus. Hunc locum ſimiliter legit Ill. *H. Grotius de Iure B. et P.* Lib. III. C. II. §. 3. atque ita vertit: *At eos, qui iam fuga elapſum (ita enim rem ponam) ſuſceperunt ſecundum ius omnium hominum, quod fugientes vult poſſe ſuſcipi, hos vult eſſe hoſtium loco, vt* [ni] *ſupplicem dedant.* TAYLOR.

648. 22. Nullo prorſus modo hic conſiſtere poteſt τὸ ἔτος [v. 21.], cum iam oppoſita fuerint ὁ μὲν νόμος, et ὁ δὲ, ſc. Ariſtocrates. Reſcribendum itaque puto: ἐδέναι· αὐτον δὲ ἤδη πεφευγότα. Quo modo perſpicua fit ſententia. Magis quidem arrideret *Benenati* lectio, τὰς δὲ τὸν ἤδη πεφευγότα, niſi paulo poſt v. 24. haberent Codices τὰς ὑποδεξαμένας. IVRIN.

23. ὃς κεῖται.] Alii ον κεῖται. Τὸ ὃς καὶ τὸ ὃν delendum. WOLFIVS.

25. ἱκέτην ἔκδοτον διδῶσιν.] Mira locutio videri poſſit ἔκδοτον διδόναι, quaſi Latine diceres *ſupplicem deditum dare*, pro *ſupplicem dedere*. Paſſim in hac Oratione vocat hoc ſimpliciter ἐκδιδόναι et ἔκδοτον ποιεῖν. Cum tamen infra p. 692. 16. haec eadem phraſis occurrat, δίδωσιν ἔκδοτον τὸν ἀθῷον, nihil in hac parte mutandum. MARKLAND.

26. καὶ τὸ μηδεμίαν.] Pro tribus το lego τῳ, quod idem valet quod διὰ τῶ, vel διὰ τὸ, quia ſequitur p. 649. 1. καὶ πᾶσιν ἅτω, id eſt, διὰ πάντων. WOLFIVS.

Ibid. Editiones omnes et MSti plerique non *tribus* ſolummodo in locis, ſed, ſi quid ego dinumerare poſſim, *quinque*, το μὴ προσθεῖναι v. 25. καὶ το μηδεμίαν v. 26. καὶ το μὴ δίκας v. 27. καὶ το πανταχόθεν

ibid. καὶ το τὸς v. pen. malam eam lectionem tuentur. Bene hic *Wolfius*, neque certior emendatio esse potest. τῷ *Bodl. Cant. Aug. Vind.* TAYLOR.

648. 27. καὶ τῶ μὴ δίκας αἰτεῖν.] Wolfius: *tum quia poenas exigi non iubet.* Immo: *tum quia causam dici non postularit.* IVRIN.

649. 15. σαφῶς παρὰ τοῦτον.] Adde ex *Bar. Vind* et *Parisiensibus*, σαφῶς καὶ παρὰ τοῦτον. Vti supra v. 1. ὅτωσὶ φανερῶς καὶ παρὰ τοῦτον εἴρηκε τὸν νόμον, et infra v. 24. huiusce paginae: Περὶ τοῦ καὶ παρὰ τοῦτον εἰρῆσθαι τὸν νόμον τὸ ψήφισμα. TAYLOR.

19. ἢ ὅτοι πάντες εἰσίν.] Locus haud dubie deprauatus. Ego verti: *Recita sequentem legem, qua istae omnes continentur;* non quod probarem, sed ne nihil dicerem. WOLFIVS.

Ibid. Insciti ssime omnium, quaecunque me aut vidisse aut legisse memini. Quali constructione non dubitasti istud ἢ ad τὸν νόμον applicare? quo ore, qua constantia dici potest, hanc postremam legem istas omnes continere? Corrigas, oro, hoc pacto: λέγε τὸν μετὰ ταῦτα νόμον· ἢ ὅτοι πάντες εἰσί; *Recita sequentem legem*, vel *anne hae iam recitatae omnes sint?* Id est, recita sequentem, si qua superfuerit recitanda. Haec ait Orator, ad Scribam se adcommodans. *Read the next. Or are these all?* Nihil simplicius. Nihil etiam verius. TAYLOR.

21. μητε δήμου κυριωτερον εἶναι.] E tractatione huius legis apparet legendum: μήτε δήμου, νομου κυριώτερον εἶναι. WOLFIVS.

Ibid. Codices hoc in loco vario errore tenentur. In quibusdam deficit vox νομου, vt in *Aldinis*, in iis, quibus vsus est *Felic.* et *Manut.* in *Aug.* et *Ital.* Vicissim *Parisienses* non supplent νομου solummodo, sed μητε νομου, et in ea sententia aliquando fuisse *Wolfium* video, et *Petitum* quoque, qui *LL. Attic.* pag. 124. ita vertit

vertit et pariter explicat: *Nullius Pſephiſmatis maior, quam Senatus, aut Populi, aut Legum auctoritas eſto.* Sed vtrinque erratum eſt. Lectio eſt ea, quam praetulimus, ψήφισμα μηδὲν, μήτε βελῆς, μήτε δήμου, νόμε κυριώτερον εἶναι. Verte autem (nam *Wolfius* veram lectionem odoratus eſt, antiquam vertit): *Decretum nullum, neque Senatus, neque Populi, leges latas auctoritate ſuperato.* TAYLOR.

650. 13. ἔγω, φησὶν] Lege: ἔγω, φασιν, nempe οἱ τὰ ψηφίσματα γεγραφότες. IVRIN.

19. καθ' ὃν.] Melius fortaſſe cum *Bar. Aug. Vind.* et marg. *Morel.* καθ' οσον δυναται τρόπον τέτες. TAYLOR.

Ibid. ἓν δ' αὐτο τρόπον.] Deeſſe videtur αν poſt ὃν. MARKLAND.

23. ὡς ἀγαπώντων.] Lego: ὡς ἂν ἀγαπώντων τᾶθ' ὑμῶν, vel, κατ' Αττικισμὸν, ὡς ἂν ἀγαπωντας τᾶθ' ὑμᾶς καὶ προσοφειλοντας etc. WOLFIVS.

Ibid. Illud extremum addidit, credo, *Wolfius*, quia in nonnullis Codd. exaratur ὑμᾶς, non ὑμῶν, veluti in *Ald. Venet.* et *Morel.* quod *Lambinus*, vt debuit, in ὑμῶν diuinando emendauit. μη ἀγαπώντων habet *Cant.* aliis omnibus ſilentibus, ſed praeter id, quod rectum eſt, ſilentibus. Nam *Wolfii* diuinatio probe ſe habet. TAYLOR.

Ibid. Plane legendum: ὃς γὰρ, ὡς ἂν ἀγαπώντων τᾶθ' ὑμῶν. et in iſtum ſenſum tranſtulit *Wolfius*. IVRIN.

Ibid. Opinor, ὡς ἂν ἀγαπώντων. MARKLAND.

24. καὶ προσέτι.] Laudo id, quod in aliquibus exemplaribus ſcribi deprehendi, καὶ προσφυλάττειν ὑμᾶς ἐκεῖνο, ὅπως κ. τ. λ. Minus placet εκεινον Codicum, *Veneti*, *Ital. Bar. Vindob.* quanquam et tolerari poſſit. TAYLOR.

651. 5. ἀδὲ τᾶτον.] Lege ἀδὲ αυτον τᾶτον, vt *Manut* cum MSS. *Ald.* ἀδὲ αὐτὸν ἡγέμενον τᾶτον *Vindob.* TAYLOR.

8. η πολιτης.] Supra 618. 9. notaui legendum videri ἢ πολις. WOLFIVS. πολις *Bar. Vind.* et marg. *Lutet.* TAYLOR.

Ibid. Lege ἢ πολις, ἢ ἰδιώτης. IVRIN.

10. ἢ καὶ μὴ ἀφηρεῖτο.] Sub. κρίσιν. Τὸ διδόναι ad verba perspicue posita: τὸ μὴ ἀφαιρεῖσθαι, cum aperte causae dictio non tollitur. WOLFIVS. Deest ἢ *Bar.* et *Vindob.* TAYLOR.

14. ταυτὶ.] Lege ταυτῃ. Ita *Ven. Bodl. Lindenb. Bar. Ital. Vindob.* et marg. *Morel.* Pag. 653. pen. ὡς δὲ συμφέρονθ' ἡμῖν γέγραφε, λέγειν ἐπιχειρῶντα, καὶ ταυτῃ βιαζόμενον. TAYLOR.

Ibid. F. ταύτῃ, *hac via, hoc pacto*, vt p. 653. pen. MARKLAND.

pen. ἡμῖν.] Restitui ex Editorum et MStorum melioribus. Vulgo ὑμῖν. TAYLOR.

652. 3. ἴσως ἂν ἧττον.] Vel ἴσως ἂν ἧττον ἦν δεινὸν τουτο, cum Editione *Manutiana*, vel ἴσως ἂν ἧττον ἦν τουτο δεινὸν cum MStis *Obsop.* et *Ital.* TAYLOR.

6. ἀποπεφευγός;] Editt. *Aldina* et *Lutetiana* male ἀποπεφευγώς. Recte *Wolfius* interpretatur, et secundum ea, quae adnotaui ad *Aeschinem* pag. 58. N. 9. TAYLOR.

9. ὁρᾶν.] Haeret Constructio. Aut igitur dele h. v. quae est auctoritas Codd. praestantiorum, *Bar. Reg.* α. et *Vind.* vel cum *Bodl.* δει ὁρᾶν. TAYLOR.

21. καὶ εἴ τι γέγραφεν.] Rescribe καὶ εἴ τι γε γραφέν. Ita *Bodl. Cant. Felic. Lindenb. Ital.* et *Lambinus.* TAYLOR.

Ibid. Plane legendum, καὶ εἴ τι γε γραφέν. IVRIN.

Ibid. Lego γραφεν. MARKLAND.

652. 24.

652. 24. αὐτῷ.] F. αυτο, τὸ ψήφισμα, τετέχι, περὶ τᾶ ψηφισματος. WOLFIVS.

Ibid. Acute. Ita plane *Ven. Bar. Aug. Ital. Vind.* TAYLOR.

653. 2. ἠγνόησέ τι.] Annon deſideratur Negatio? ἃ γὰρ ἠγνόησέ τι μη διδασκόμενος. Credo ſane. TAYL.

Ibid. F. μη διδασκόμενος. MARKLAND.

3. ἐκεῖνο.] Variant Codices, εκεινοις *Ven.* εκεινους *Bodl. Obſop.* et *Ital.* Infeliciter omnia. Corrige εκεινος omnino, εἴ τις εἰδὼς, ἐκεῖνος πρᾷδωκεν, cum vehementia et δεινότητι. Paria fere habes in notis ad *Aeſchinem* p. 31. vlt. et *Midianam* p. 564. 2. TAYLOR.

8. ἡμῖν.] Lege υμιν. Ita *Bar. Lindenbr. Vindob.* cum Editt. *Felic.* et *Man.* μὴ δὴ τοῦθ' υμιν ἐᾶτε λέγειν — ἀλλ' υμας αὐτὰς ἀξιᾶτε διδάσκειν. TAYLOR.

27. ἡμῖν.] Puto υμιν. Certe modeſtius. IVRIN.

vlt. τοῖς ἅπασιν] τετέχι, παντάπασιν, ἢ παντελῶς λόγον. WOLFIVS.

Ibid. Mecum ambigo, vtrum plus ſit obſcuritatis in loco Auctoris, an in explicatione Interpretis. Expungunt has voces optimi Codd. *Ven. Bar. Lind. Reg. α. Ital.* et *Vind.* Tu ergo delebis. Erat fortaſſe ſcholion eorum, quae mox ſequuntur, p. 654. 1. κατὰ τἄλλα πάντα. TAYLOR.

654. 2. δικάζειν.] δικασειν potius cum marg. *Pariſ.* et *Bodl.* Ea enim eſt Formula iurisiurandi: ψηφιουμαι κατὰ τὲς νόμες. TAYLOR.

655. 4. δι' ὃ.] Neſcio, an caſu, an conſilio, ita dederit *Wolfius.* Editi certe ac MSti δι' ου. TAYLOR.

20. ὃ μᾶλλον εἰκὸς κ. τ. λ.] Sententia ſatis perſpicua eſt, nec varia lectio ſcrupulum tollit. Legi fortaſſe poſſit: ὃ μᾶλλον εἰκὸς ἐλπίσαντα ποιῆσαι, ἢ δυνηθέντα, μή. ſc. ποιῆσαι. WOLFIVS.

Ibid. Varietas Lectionis eſt huiusmodi: ὃ μᾶλλον εἰκὸς ἐλπίσαντα ἢ μὴ δυνηθέντα ποιῆσαι. *Ald. Felic. Manut.*

Manut. ὃ μᾶλλον εἰκὸς αὐτὸν ἐλπίσαντα ἢ μὴ δυνηθέντα ποιῆσαι. *Morel.* ὃ μᾶλλον ἐλπὶς αὐτὸν ἢ μὴ δυνηθέντα ποιῆσαι. *Bar.* MSS. *Ald. Vindob.* ὃ μᾶλλον ἐλπὶς ἢ μὴ δυνηθέντα ποιῆσαι. *Ven. Bodl. Lind. Obſop.* ὃ μᾶλλον ἐλπὶς μὴ δυνηθέντα ποιῆσαι. *Ital.* ὃ μᾶλλον εἰκὸς αὐτὸν ἐλπίσαντα ἢ δυνηθέντα μὴ ποιῆσαι. *Lambin.* TAYLOR.

655. 21. ποιῆσαι.] Id eſt ποιήσειν, *facturum:* ſi recte habet. Nam ſuſpicio eſt, *Demoſthenem* ſcripſiſſe ἐλπίσαντ' ἂν — ποιῆσαι, pro ποιήσειν, more ſuo. licet ſciam, vulgatam defendi poſſe. MARKLAND.

Ibid. Wolfius: *id quod ſi ſperarit duntaxat, facturum potius, quam, ſi potuerit, eſſe omiſſurum, eſt probabilius.* Quaſi vero e re eſſet Cerſobleptae, Athenienſes iniuria prouocare, dum eorum ope et amicitia indigeret ad opprimendos aemulos, eamque ſibi adfuturam ſperaret. Melius vertas: *id quod eum non facturum magis probabile eſt, dum adhuc non niſi ſperat poſſe, quam vbi reipſa potuerit.* IVRIN.

26. ἂν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν ἀμυνώμεθα.] Deſunt haec verba in quibusdam Codd. ſed non recte deſunt. Meliores et ſaniores hic addunt, non detrahunt: ἀλλὰ καὶ φόβον ανυπερβλητον καὶ θαυμαστὸν παρεξήσατε ἂν ὑπὲρ υμων αὐτῶν ἀμυνώμεθα. *Bar. Vind.* marg. *Par. Aug.* υμων etiam repraeſentatur a pluribus. TAYL.

pen. καὶ πράττοντα ἡμῖν.] Vel cum *Lindenbr. Ital.* et *Bar.* aliisque, καὶ ἡμῖν πράττοντα: vel cum *Lambino*, τὸν ἐναντία τοῖς ὑμῖν συμφέρουσι πράττοντα καὶ ἡμῖν. Nam perinde ſunt, et pariter id, quod alicubi adnotauit *Wolfius*, τὸν ἐναντία πράττοντα τοῖς ὑμῖν συμφέρουσι καὶ ἡμῖν. TAYLOR.

Ibid. Lege καὶ ἡμῖν πράττοντα. IVRIN.

Ibid. Potior videtur (ſaltem vſitatior) hic ordo verborum — τοῖς ὑμῖν συμφέρουσι πράττοντα καὶ ἡμῖν, ἄν τις etc. Alibi tamen in hac Oratione obſer-

uare

uare licet ſimilem fere verborum et compoſitionis ſynchyſin. MARKLAND.

656. 14. καὶ ἐδ' ἐπεχείρησαν.] [*Aldus* ita cum *Veneto* et *Pariſ.*] Sub. οἱ Ὀλύνθιοι. Alii, ἐπεχείρησεν. Sub. ὁ Φίλιππος. Vtroque modo obſcura ſententia. WOLFIVS.

27. ἀλλ' ἐκ αἰσχρὸν τὲς περὶ etc.] Lego: τὲς τῶ περὶ πραγμάτων etc. WOLFIVS. Vulgo enim abeſt. TAYL.

657. 6. κατάσχοι.] Ita Editi et MSS. *Wolfius* inſcienter, vt opinor, κατάγοι. In ſequentibus potius, ἐκ μὲν γὰρ. TAYLOR.

7. γε.] Mallem γαρ: vt haec ſit ratio praecedentis ſententiae. MARKLAND.

8. πολεμήσετε.] Melior eſt lectio, quam praeferunt *Bar.* et *Bodl.* πολεμησεταμ. TAYLOR.

10. ὥς' εἰ βϐλόμενος.] Recta haec et ſatis ſana. Neque video neceſſe anteferre cum *Wolfio* ſcripturam *Bar. Aug. Vind.* et marg. *Morel.* ὥσε τι βϐλόμενος. Quorum quidem Codicum hic eſt ſenſus: ὥσε θαυμάζειν φήσουσιν, τί βϐλόμενος ἕλοιτο ἂν μικρὰ λαμβάνειν καὶ πολεμεῖν, ἐξὸν κ. τ. λ. *Quare admirari ſe dicent, quo conſilio paruum lucrum ſimul cum bello praeferre velit, cum plura poſſit obtinere et veſtram etiam amicitiam.* In quo ſenſu, quem non reprehendo, non recte abeſt καὶ ante πολεμεῖν, vti abeſt a *Ven. Reg.* α. et *Vind.* TAYL.

22. ἐξέβαλον.] MSti vna voce auctiores οἳ τὸν πατέρα αὐτῦ ποτ' ἐξέβαλον. *Bar. Ven. Ital. Lind. Aug. Vindob.* cum *Pariſienſibus.* TAYLOR.

vlt. ἃ γὰρ δὴ λόγον — ἔχει.] *neque enim huius facti ratio ita eſt in promtu.* Immo ſatis obuia eſt et bene nota obſeruatio, *Res ſecundas et Bonam Mentem* raro eidem Perſonae competere. Et ita, opinor, voluit *Demoſthenes.* Itaque pono notam Interrogationis: ἃ γὰρ δὴ λόγον — ἔχει; *Nonne vtique huius rei ratio ita eſt in promtu?* MARKLAND.

658. 2.

658. 2. δυοῖν ἀγαθοῖν ὄντοιν.] Si hic sit locus *Demosthenis*, quem allegat *Longinus* §. 2. vide, quam alieno sensu alleget. Ὅπερ γὰρ ὁ Δημοσθένης ἐπὶ τῶ κοινῶ τῶν ἀνθρώπων ἀποφαίνεται βίῳ, »μέγιστον μὲν εἶναι »τῶν ἀγαθῶν τὸ εὐτυχεῖν· δεύτερον δὲ, καὶ ἐκ ἔλατ»τον, τὸ εὖ βεβλεύεσθαι, ὅπερ οἷς ἂν μὴ παρῇ, συναν»αιρεῖ πάντως καὶ θάτερον,» τοῦτ' ἂν κ. τ. λ. TAYL.

13. τῇ πόλει πολεμεῖν.] MSti fere omnes, praeter *Aldinos*, το τῇ πόλει πολεμεῖν, non otioso articulo addito, vt recte *Obsopoeus*. TAYLOR.

659. 8. Ιφικράτην Εφιάλτε.] Dubito de fide huius loci. Iphicrates, dux ille celebratus, coriarii filius audiebat. Ideo raro inuenitur nomen eius patris. *Pausanias* tamen in *Boeoticis* Timothei filium facit. In margine autem mei Codicis scriptum inueni Φιλοκράτην Εφιάλτε, manu alicuius non ineruditi viri, cuius olim fuit. Vnde habuerit nescio. PALMER.

Ibid. Φιλοκράτην *Ven. Bodl. Obsop. Ital.* et *Lind.* Sed parum interest, vtro modo scribatur, neque necesse est, vt de Iphicrate, celeberrimo Imperatore, haec intelligerentur. TAYLOR.

12. ὅτι γε βεβλήσονται.] Melius multo cum *Bar. Ven. Bodl. Lind. Obsop. Aug. Ital. Vindob.* ὅτι γ' αει βεβλήσονται. TAYLOR.

27. Πύθωνα καὶ Ηρακλείδην.] De his *Diogenes Laertius* in *Platone*, quos discipulis *Platonis* accenset, sed Πιθωνα vocat, non Πύθωνα. Aristoteles vero V. *Polit.* 10. sic habet: παρων δὲ καὶ Ηρακλείδης οἱ Αἴνιοι Κότυν διέφθειραν, τῷ πατρὶ τιμωρῆντες. In tanta diuersitate praefero huius loci lectionem. Nam et repetitur p. 660. 1. Πύθωνα, et rursus p. 662. 10. Πύθων nominatur. De his iam diximus ad *Diogenem Laertium*. PALMER.

Ibid. Αἰνείας.] Αινιας marg. *Benenati* et *Ital.* Recte. Τὸ ἐθνικὸν Αινιος, ὡς Τήνιος· ἔτω γὰρ ἀναγράφεται

Φεται ἐν τοῖς πίναξι. Steph. Byzant. in Αἶνος. Porro autem, quod hic de Pythone facinus narratur, id a *Diogene Laertio* IX. 65. Pyrrhoni Eleo attribuitur. Vtrum vero nominum similitudine deceptus fuerit eruditus ille et vtilissimus Scriptor, quae est sententia *P. Leopardi* XI. *Emendatt.* 21. an errorem illum debeamus importuno alicui adnotatori, de qua re multa probabiliter admodum cultissimus ille *Menagius* ad locum *Laertii*, iudicent, quibus est otium. TAYLOR.

660. pen. ταῦτα.] F. τουτο, scil. φίλος εἶναι. MARKLAND.

vlt. μηδ' ἑτέρᾳ.] μηδ' ετερον τῶν καιρῶν υπερβαλλοντας. Edit. *Benenati.* γρ. μηδ' ἑτέρᾳ τον καιρον marg. *Par.* et *Aug.* TAYLOR.

661. 8. εἰ δὲ τοῖς μὲν.] Plerique Codices, εἰ δὲ τῳ μὲν (Charidemo sc.) τοῖς δ' ἄ. Sed recepta lectio bene se tueri potest. TAYLOR.

9. οἱ μὴ μετέχοντες.] MSti fere omnes, sc. *Ven. Bar. Lind.* marg. *Benen. Aug. Ital.* et MSS. *Ald.* οἱ μὴ τυχοντες. Quod melius est, et fere video, quo errore orta sit exinde lectio vulgata. TAYLOR.

22. ὑπὲρ τᾶ μὴ παθεῖν.] Inserendum puto τι. μή τι παθεῖν, vt mox v. 26. ἵνα μή τι πάθῃ, et passim. MARKLAND.

662. 6. τάτας οἶμαι, μᾶλλον δὲ οἶδα σαφῶς.] οιομαι *Lind.* et *Ital.* Hic fortasse locum habere potest, quod reliquit *T. Magister*: φατὶν οἱ ἀκριβεῖς τεχνικοὶ, τὸ μὲν οιμαι ἐπὶ ὁμολογέμενον (rescribe ομολογεμενᾳ, aut saltem ομολογεμενων) τίθεται· τὸ δὲ οιομαι ἐπὶ ἀμφιβόλᾳ. TAYLOR.

8. θεραπεύειν.] Melius θεραπευσειν. Ita MSS. *Ven. Bar. Aug. Ital. Vind.* TAYLOR.

10. ἅτοσὶ.] Ita reponendum curaui ex Editis melioribus et MStis. Vulgo ἅτωσὶ. TAYLOR.

662. 14.

662. 14. ἑαυτῷ.] Corrige αὐτῷ cum *Ven. Lind. Ital.* Modo v. 15. τὰ ἐκείνε μαλλον φρονεῖ. *Vindob.* TAYLOR.

663. 1. λογιζόμενος κ. τ. λ.] λογιζόμενος εὑρίσκω αὐτὸν (τὸν Χαρίδημον) ἀξιόπιστον (Sub. ὄντα) ἔθ' ὑμῖν, ἤτ' ἐκείνῳ (τῷ Κερσοβλέπτῃ.) WOLFIVS.

Ibid. Immo, si quid ego iudicare possim, contraria prorsus omnia, non Charidemum Cersobleptae, sed vice versa Cersoblepten Charidemo. Postulat huius loci syntaxis, argumentandi ratio. In *Vind.* deest αὐτὸν ante εὑρίσκω, quod impune abesse potest. TAYLOR.

4. κηδεχῆς.] Duxerat enim Iphicrates Tarsen, filiam Cotyis, Thracum dynastae vel regis, vt narrat *Aemilius Probus*, vel *Cornelius Nepos*, in *Iphicrate.* PALMER.

22. ἐκείνε.] F. δι' ἐκεινον, *propter illum*, illius gratia, vt p. 666. 19. MARKLAND.

26. λαβὼν.] Habeo fere pro necessario, quod addunt *Bar. Felic. Linden. Manut. Aug. Obsop. Ital.* et *Vindob.* ἐκ ἐθέλοντος δ' ἐκείνε, λαβὼν αυτος τὴν τε βαρβαρικὴν δύναμιν caetera. TAYLOR.

664. 6. ἑαυτε.] αὐτε *Vind.* Lege autem αὐτου. Et intellige salutem Iphicratis, non Cotyos. TAYL.

10. ἐξαρκεῖ κ. τ. λ.] ἐξαρκεῖ τᾶθ' ὑμῖν, (κατεσκευακέναι) ὅτι Χαρίδημος ἐξαπατηθεὶς κατεσκεύακε τὸν Θρᾷκα ἰσχυρὸν ἐφ' ὑμᾶς αὐτές; WOLFIVS. Non intelligo. TAYLOR.

18. αὐτε.] Corrige αὑτε. TAYLOR.

Ibid. Legendum videtur, καὶ ὑπὲρ αὑτε, vel εαυτε. IVRIN. αὐτε etiam Cl. *Marklandus.*

pen. ἐξετάσω.] εξεταζω. MARKLAND.

665. 6. τίνος ἂν.] Certe alterum τινὸς est inutile: posterius credo. Lege itaque: τίνος ἂν καὶ λόγον σχοίη μὴ Χαρίδημον ἀποχειρήσῃ; TAYLOR.

665. 10.

665. 10. δικαίως ἄπιστος.] Sub. νομίζεται, vt ſupra v. 9. εἰ μήτε φύσει πιστός. Sub. ἐστί. et, [v. 13.] διὰ τί συλλάβωμεν αὐτῷ ὅτως ἁπλῶς. καὶ κομιδῇ τετυφωμένως διαπράξασθαι (ὅπως ἂν διαπράξηται), ἃ βέλεται; WOLFIVS.

14. καὶ ταῦτα ἐφ' ἡμῖν ὄντα.] ἐν τῇ ἐξουσίᾳ ἡμῶν, *cum ea penes nos ſint.* Sed legendum ἐφ' ἡμας, τὸ καθ' ἡμῶν, ſicut ſupra: ἰσχυρὸν ἐφ' ἡμᾶς. WOLF.

Ibid. ταῦτα ἐφ' ἡμῖν ὄντα.] Vertendum: *cum tota res in noſtra poteſtate ſit.* Sic p. 686. 4. εφ' υμιν ἔσται τὸ πράττειν, *veſtro arbitratu agere poteritis.* Nota ſunt Stoicorum τὰ ἐφ' ἡμῖν, *res noſtri arbitrii.* MARKLAND.

Ibid. *Cant.* caeteris omnibus ſilentibus cum *Wolfio* legit. Quidni autem *Wolfianam* interpretationem amplecteremur et lectionem vulgatam? Ita Noſter c. *Timocrat.* 723. 2. Εστι γὰρ δ τὸ μὲν αὐτῷ καλῶς κείμενον, τὸ δὲ ἡμαρτημένον, ἀλλ' ὅλος ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ τῆς πρώτης συλλαβῆς μέχρι τῆς τελευταίας εφ' υμιν κεῖται. Mox v. 15. ἐγὼ μὲν γαρ ἐχ ὁρῶ *Aug.* et *Vindob.* TAYLOR.

24. διὰ τῆς ἐκείνῳ βασιλείας.] *cuius regno fretus,* vel, *per cuius regnum.* WOLFIVS.

27. αὐτῶν.] Scribe αὑτων, vt 667. 16. vbi plene τῆς αὑτων πατρίδος. MARKLAND.

666. 3. ἐψηφισμένῳς.] Corrige ὑμῖν — εψηφισμενοις. Ita ſupra 665. 17. ἀδὲ πρὸς δόξαν συμφέρει τῃ πολει τοιῶτον ἀδὲν εψηφισμενῃ φαινεσθαι. TAYLOR.

18. ἔν τισι καιροῖς καὶ χρόνοις.] ἔν τισι καιροῖς, propter tempora, quia res ita veſtrae poſtulabant: ἔν τισι χρόνοις ad praeteritum tempus refertur, quod certum non exprimitur. WOLFIVS.

Ibid. Αριοβαρζάνην.] De hoc nihil me legere memini. Apparet, Thraciae aut Ponti regem fuiſſe. *Vi-*

pianus ſatrapam Perſicum facit. Alius eſt aliquot ſaeculis poſterior ille Cappadox Ἀριοβαρζάνης, εὐσεβὴς καὶ φιλορωμαῖος βασιλεύς. WOLFIVS.

666. 18. Itane? Annon ergo legiſti Scriptoris noſtri Orationem, quae inſcribitur *de Rhodiorum libertate?* Ὑμεῖς ἐξεπέμψατε Τιμόθεόν ποτε βοηθήσοντα Ἀριοβαρζάνῃ — ἰδὼν δ' ἐκεῖνος τὸν μὲν Ἀριοβαρζάνην φανερῶς ἀφεῳτα τῷ βασιλέως et quae ſequuntur. p. 192. 27. Annon tempora quadrant? Annon eundem memorat quoque *Nepos* in *Timotheo?* Annon is erat, quem idem Auctor in Datame *praefectum Lydiae et Ioniae totiusque Phrygiae* fuiſſe praedicat? Conſentit *Harpocratio.* Ἀριοβαρζάνης, σατράπης Φρυγίας ἀποδειχθεὶς ἔτος παρὰ Ξέρξῃ ἀπέφη· ὃς καὶ ἀποστείλας λαὸν τὸς πολεμήσαντας αὐτῷ καὶ χειρωσάμενος ἐσαύρωσεν. Adde *Diod. Sic.* L. XV. §. 90. TAYLOR.

vlt. τοῖς παρ' ὑμῖν.] Harmodius et Ariſtogito, qui Hipparchum occiderunt, quos etiam mox innuit, pag. 667. 13. τὸς μὲν παρ' ὑμῖν etc. MARKLAND.

Ibid. περὶ τὸν τύραννον.] Malim περὶ των τυραννων. *Bar.* et *Ital.* ita legunt. Et res ipſa ſatis per ſe loquitur. TAYLOR.

667. 17. κατεψηφίζεσθε.] Laudo potius, quod ſcribitur in *Ven. Lindenb. Ital.* et MSS. *Ald. Felician.* et *Manut.* κατεψηφισμενοι. Vt ſupra, v. 15. τιμωντες ἐφαίνεσθε, ita hic, κατεψηφισμενοι, ſc. ἐφαίνεσθε. Sed hoc potius ad decorem et ornatum orationis, quam ad neceſſitatem. TAYLOR.

Ibid. τοῦτο τοίνυν κ. τ. λ.] τοῦτο εὖ ποιῶν (εὐτυχῶς καὶ ἀποδοχῆς ἀξίως) τὸ τί; ὅτι τὸ μὴ ὄφλειν αἰσχύνην ἃ συνέβη ὑμῖν φενακισθεῖσιν, ὥστε φενακισθῆναι. WOLFIVS.

Ibid. ἐπ' ἐκείνῳ μὲν εὖ ποιῶν.] Lego ἐπ' ἐκεινων, *in illis*, ſcil. Harmodio et Ariſtogitone, de quibus in ſententia praecedente locutus fuerat. Opponuntur ἐπ' ἐκεί-

ἐκείνων, *in illis*, et ἐπὶ τούτῳ, *in hoc*, scil. Charidemo. MARKLAND.

667. 19. φυλάξασθε.] Lege φυλαξεσθε cum *Bodl. Cant.* et marg. *Morel.* φυλάξησθε *Vindob.* TAYL.

20. μὴ γὰρ ὡρισμένῳ μηδενὸς.] Wolfius: *nemine enim excepto.* Immo: *nulla enim re excepta.* IVRIN.

668. 3. εἶτα.] F. ει τηλικαῦτα. *Bodl.* εἰ τὰ. Pro τηλικαῦτα v. 5. *Vindob.* ταυτα. Credo, pro τοιαῦτα. TAYLOR.

4. Forte, ἐπελήλυθεν, ει τα τηλικαῦτα etc. nisi haec sint verba ipsa τῶν θαυμαζόντων. Quo casu ponenda est Interrogationis nota post ῥᾳδίως. Sed prius puto verius. Θαυμάζειν, εἰ, vt pag. 622. 5. et vbique. MARKLAND.

13. ἐδὲν.] Rectius omnino ουδενα, cum marg. *Benenati.* TAYLOR.

669. 2. ἀλλ' ὅθεν ἀρξάμενος.] Mirum in modum haec a *Wolfio* vertuntur, qui tamen alicubi scripsit, quae sequuntur, sc. Coniunge: ἀλλ' ὅθεν ἀρξάμενος κακῶς ἐποίει ὑμᾶς ξεναγῶν ἤδη etc. Recte. TAYLOR.

22. τοῖς ἔχουσιν Ἀμφίπολιν.] τοῖς δυναστεύουσιν ἐν Ἀμφιπόλει αὐτονομεμένῃ. Vtrum Olynthii tum Amphipolim habuerint, ignoro. Brasidas quidem Lacedaemonius eam aliquando occupauit. WOLFIVS.

27. ὅτι ἐκ ἀποδεδώκει.] In nonnullis Codd. videtur deesse negatiuum. Vnde istud *Wolfii*: ὅτι οὐκ ἀποδεδώκει, sc. ὑμῖν. Sin ὅτι ἀποδεδώκει, sc. τοῖς Ἀμφιπολίταις. *Bar.* et *Vind.* legunt, διότι ἐκ ἀπέδωκε τὲς ὁμήρους. TAYLOR.

670. 3. ἀντὶ τούτων.] Desunt haec verba in *Bar.* et *Vind.* Modo v. 4. lege καὶ απανθ' οσα ἐπίστασθε ex tribus optimis exemplaribus *Bar. Aug. Vind.* TAYL.

12. πολεμεῖν.] Rectius πολεμησειν, vti *Bar. Reg.* α. *Aug. Vind.* TAYLOR.

671. 3. διαβὰς.] καὶ διαβὰς Cod. *Vindob.* Deinde v. 4. pro μισθοῖ, μισθῶται *Ven. Bodl. Lind. Ital.* μισθῆται *Obsop.* Fortasse melius cum *Bar.* et *Aug.* μισθοῖ το, τε στράτευμα. TAYLOR.

8. Σκῆψιν etc.] Vide de his *Valesium* ad *Harpocrat.* v. Κέβρηνα. TAYLOR.

13. ἐπὶ θαλάττῃ.] Moneo id, quod Codd. prae se ferunt, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ *Bar.* et *Vind.* Deinde σιτοπομπείας marg. *Morel.* et εὐπορήσειε *Bar.* cum eodem *Vindob.* TAYLOR.

19. ἄνωθεν.] Non ita loqui solent Auctores castigati, sed ἄνω, vt *Vind.* τῆς ανω Φρυγίας. Ita *Herodot. Cl.* 95. Ασσυρίων ἀρχόντων τῆς ανω Ασίης ἐπ' ἔτεα εἴκοσι καὶ πεντακόσια. Id. 177. Τὰ μὲν νῦν κατω τῆς Ασίης Αρπαγος ἀνάστατα ἐποίεε· τὰ δὲ ανω αὐτῆς Κῦρος. TAYLOR.

20. τῷ δ' ὁτιῆν ἄλλο.] [Ita Editi, et τῆϑ' ὁτιῆν ἄλλο] Lego τῷ δ' ουδοτιουν ἄλλο. WOLFIVS. Ita MSS. Modo v. 23. εἴτε δή τινὸς εἰπόντος, cum *Aug. Vind.* et *Benenato.* δε *Baroc.* TAYLOR.

672. 2. βϐλεύεσθαι.] λογίζεσθαι *Vindob.* Quod pro scholio habeo. Legendum autem, vt praestantes nonnulli Codd. exhibent, βουλεσθαι, *Ven. Bar. Bodl. Lind. Obsop. Aug.* et Edit. *Felician.* βϐλεσθε *Ital.* Sensus est: *quia haec velle videbatur Cephisodotus:* et satis bene vertit *Wolfius.* TAYLOR.

Ibid. τριήρων εὐπορήσας.] ὑποθετικῶς, ἐὰν εὐπορήσειε. Narrat consilium, non rem gestam. WOLFIVS.

Ibid. Recte *Wolfius.* Distingue autem: τριήρων εὐπορήσας παρ' ἡμῶν, vel ὑμῶν, vt scribitur in quibusdam. Quod leue est. Nescio interea, quo sensu nonnulli ex optimis habent ἡμῖν, vel ὑμῖν, in tertio casu: *Ald. Bar. Reg. α. Aug. Vind.* TAYLOR.

672. 2.

672. 2. Lege et distingue: τριήρων εὐπορήτας παρ' ὑμῶν, ἀσφαλῶς etc. MARKLAND.

3. παρ' ἡμῶν.] παρ' υμων. IVRIN.

11. ἀφεῖσθαι.] F. αφιεσθαι. WOLFIVS.

Ibid. καὶ μὴ πολεμεῖν.] Recte haec desunt in optimis *Bar.* et *Vind.* Repetuntur enim post vocem similiter exeuntem ab incauto librario ex v. 9. TAYLOR.

12. διαβιβᾶτε.] ἀντὶ τῦ διαβιβάσετε. WOLF.

22. τἀναντία.] Deest haec vox in *Ven.* in *Lindenb.* et *Ital.* Quae cur non abesset, vix video. Nam huius loci haec est constructio: Οτι ἐφενάκιζεν ὑμᾶς, ταῦτα ἐγνωκὼς ποιεῖν, ἡνίκα ἔτ' ἦν ἐν τῇ Ασίᾳ καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἔπεμπε, γνώσεσθε κ. τ. λ. TAYLOR.

673. 10. ὅθεν διέβη.] Non sat habent Codd. qui sequuntur: MSS. *Ald. Ven. Bar. Reg.* α. *Aug.* et *Vind.* quorum quidem optima semper fuit fides. In illis seruatur, quem Scholae vocant *Terminum ad quem*, ὅθεν οι διέβη. Nempe Abydo *Sestum.* Nam vtrumque necessarium est. TAYLOR.

Ibid. Plane legendum: ἐνθυμεῖσθε, ὅθεν οι διέβη· ἐξ Αβύδε εἰς Σηστὸν, vt ad marginem *Benenati.* IVRIN.

19. καλά γε etc.] καλά γε (ἀ γὰρ, ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι;) τὰ γεγραμμένα. WOLFIVS.

Ibid. Ad quam normam edidimus. Ita p. 674. 14. εὖνες γε· ἀ γάρ; ἁπλῶς ὑμῖν, κ. τ. λ. Ita π. παραπρεσβ. 421. 1. ἄξιόν γε· ἀ γὰρ ἦν; Σόλωνος αὐτῷ μεμνῆσθαι. et alibi saepissime. Vbi voces istae ἀ γάρ; ἀ γὰρ ἦν; in parenthesi includi concipiuntur. Idem *Wolfius* neglexit suam interpretationem reformare, in qua pristina lectio continetur. In MSS. *Ald. Felician.* et *Manut.* deest ἀ γάρ. TAYLOR.

25. τῦ κομιεῖσθαι.] Scribendum opinor το. MARKLAND.

673. vlt. ἐπιδείξας.] Demonſtrata iudicibus epiſtola, ne adulterinam putent. F. ἐπιλέξας, *delecto quodam loco.* WOLFIVS. Idem alibi: „Fortaſſe iuſſit ſcribam „fidei faciendae ergo literas oſtendere. Sed dubito de „lectione. F. ἐκλέξας.„ Haec quam ſint otioſa vides. TAYLOR.

674. 5. δῆλον γὰρ κ. τ. λ.] Melius certe δῆλον γὰρ δήπου, vt habent nonnulli, et ſine ὑμῖν. TAYLOR.

12. Ἀλεξάνδρᾳ.] τῇ Φεραίᾳ forte. WOLFIVS.

13. ὑπεδέξατο.] Sub. τὴς πρέσβεις, μᾶλλον δ' ἴσως τὴς λῃςὰς τὴς παρ' ἐκείνᾳ. WOLFIVS.

Ibid. Proba eſt prior *Wolfii* ſententia: eamque in Interpretatione ſecutus eſt. Verum ne praetereatur, meliores Codd. *Ven. Bar. Aug. Ital. Vind.* hic legere προσεδέξατο. Quod ſane praeſtat. TAYLOR.

14. εὖνᾳς γε· ᾗ γάρ;] Ironica Interrogatio. WOLFIVS.

16. Οὐ τοίνυν.] Solenne eſt his Scriptoribus hanc ſententiam ita efferre: Οὐ τοίνυν ἐκ τούτων μονων δῆλον ἔσθ' κ. τ. λ. Modo, v. 17. addidi ως ante ᾐδέν ex fide optimorum exemplarium. TAYLOR.

17. δῆλον ὅν.] F. δηλων. Modo, v. 18. προσέχειν; interrogatiue, niſi deſit vel ſubintelligatur μόνον vel μόνων, propter iſtud ἀλλὰ καί. MARKLAND.

18. καὶ προσποιεῖται] Ita Editt. *Felic. Manut.* et *Paris.* η προσποιεῖται *Bar.* marg. *Benenat.* et *Vindob.* Vulgo deerat. TAYLOR.

pen. καὶ μὴ συγχωρῆντος Αρταβάζᾳ.] ἕως οὗ συνεχώρει Αρτάβαζος διαβαίνειν αὐτόν. Queat et ὑποθετικῶς exponi, κἂν μὴ συγχωροίη, *tametſi non permitteret, etiam inuito Artabazo.* WOLFIVS.

675. 14. ὁρμησαμένων.] Vſitatius eſt et rectius ορμισαμενων, quod habent *Felic. Manut. Lind. Aug.* marg. *Paris.* TAYLOR.

19. τῶν αὐτῶν.] Lege ναυτων, *nautarum.* MARKL.

675. 19.

675. 19. κατέῤῥαξε.] Lege κατηῤῥαξε, vti inuenitur in *Reg.* α. et propemodum in *Bar.* κατηραξε. TAYLOR.

676. 8. συνθήκας.] Addunt ταυτας τας *Bodl. Felician. Manut. Lind. Aug. Ital. Vind. Obſop.* haud dubie perfectius et emendatius, vt ſcribit idem *Obſopoeus.* TAYLOR.

12. διηνέγκαντο.] Fortaſſe melius, cum *Ven. Bar. Lind. Aug. Ital.* διηνεγκαν το μὴ θανάτε τιμῆσαι. TAYLOR.

678. 10. τριβόντων.] Sub. τὲς χρόνες, καὶ ἀναβαλλομένων τὰ πράγματα. Sed quid ſi τρυφωντων, παρὰ τὸ τρυφάω, *cum faſtidirent, delicias facerent, et faſtum prae ſe ferrent.* WOLFIVS.

Ibid. Caue auſcultes. Tametſi enim exemplar *Wolfianum* ſequar, laudo tamen lectionem priorem Editorum omnium et MStorum, quam ille immerito inculpat. τριβόντων, *moras nectentibus.* Quo quid planius. TAYLOR.

11. ὥτε βοηθῆμεν.] F. οτε εβοηθουμεν *Bodl.* Dubito. At ἐβοηθῆμεν interea retinerem fide *Manutiana.* TAYLOR.

Ibid. Scribendum forte ωστ' εβοηθουμεν — vt ἦκεν, et ἐξέπλει. MARKLAND.

12. ἔχων.] Ita Editi omnes ſine litura. In *Wolfianis* exemplaribus, operarum, credo, incuria, omittitur. MSS. interea quamplurimi, *Bar. Vindob. Aug.* et marg. *Benenati* αγων. Quorum auctoritate me duci facile patior. TAYLOR.

679. 9. ἐγχειρίσαι.] Ex Editis plurimi ἐγχειρῆσαι. Nos ſequimur *Ven. Bar. Bodl. Aug. Vindob.* et *Lambinum.* ἐγχειρίσθαι malunt alii. TAYLOR.

680. 10. σκοπεῖτε, εἰ ἄρα ὑμῖν δοκεῖσι μηδὲν ἐγκαλεῖν.] Wolfius: *conſiderate, an nihil de vobis conqueri videantur.* Perperam. Recitantur enim hae literae in

eum finem, vt Charidemi perfidia comprobetur. De Charidemo itaque conqueruntur Reges, non de Athenienſibus. Vertendum ergo: *conſiderate, an vobis videantur nihil de eo conqueri.* IVRIN.

17. ἔπραξε.] Lege: Αρα γε ὁρᾶτε — ὡς — ἔπραξε; cum interrogatione, vt pag. 634. 8. ἆρά γε μικρὸν etc. et pag. 660. 21. ἆρά γε ὁρᾶτε etc. MARKL.

20. ἐπεὶ δὲ εἶδε.] Lege cum praeſtantiſſimis *Bar.* et *Vindob.* επειδη δὲ τάχιστα ἔρημον τὸν Ελλήσποντον εἶδε δυνάμεως. Deinde v. 21. εὐθὺς ἐνεχείρει καταλυσας καὶ απαλλαξας τὲς δύο τῆς ἀρχῆς, πᾶσαν ὑ. ἑ. ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. Ita *Bar. Cant. Aug. Vindob.* et marg. *Benenati.* TAYLOR.

681. 14. τῆς Καρδιανῶν πόλεως ἐχθρᾶς ὡς ἔχει.] Wolfius: *cum ita ſit in nos animata Cardianorum ciuitas, vt eſt.* Fallitur: nec enim agitur de animo aut ſtudio Cardianorum, ſed de vrbis ipſius ſitu, *noto*, inquit, *vobis, qui illic fuiſtis, caeteris a vobis edoctis.* Et paulo poſt, qui enim Chalcidis in Euboea ſitus eſt verſus Boeotiam, idem in Cherſoneſo Cardianae vrbis ſitus eſt verſus Thraciam. Vertendum itaque: *cum eum ſitum obtineat Cardianorum vrbs, quem reipſa obtinet.* IVRIN.

20. ἦν etc.] ἦν τίνος ἕνεκα καιρὸς περιποιεῖται. WOLFIVS. De ſyntaxi nimirum ſollicitus, et veritus, ne dubitaremus, quo referre oporteret accuſatiuum iſtum. Et credo, eum perperam retuliſſe: nam verba haec, ἦν, ὃν ἔχει τόπον, ὅσις οἶδεν ὑμῶν, eadem conſtructione ſcribi video, qua illud *Lyſiae*, p. 811. 5. ὑμᾶς εἰσόμενοι, ἥντινα γνώμην περὶ τῶν ἀδικούντων ἔξετε. Vid. *Lyſiae* Ind. Attic. v. ACCVSATIVVS. TAYLOR.

22. ὃν.] ὃν καιρόν. WOLFIVS.

25. παρίῃ.] Lego παρειη, παρὰ τὸ παρίημι, ἐχὶ δὲ τὸ πάρειμι, τὸ προέρχομαι. WOLFIVS. Inficete. Παρείη quidem *Vindob.* TAYLOR.

682. 20. ἦν.] παρ' ὑμῶν αν ἦν *Vindob.* TAYL.

683. 17.

683. 17. ἐφαίνετο.] Ita Editi nonnulli, et MSti etiam *Felician.* et *Manut.* MSti interea *Ald. Bar. Cant. Linden. Aug. Reg.* α. *Ital.* et *Vindob.* cum Editionibus *Felic.* et *Manut.* εὑρισκετο, quae ille *consequebatur*, vt recte *Wolfius* vertit, et Tu proinde leges. Vnde ergo enatum istud ἐφαίνετο? Dicam. Certe εὑρίσκετο in passiua voce non longe sensu distat ab ἐφαίνετο, *inuentus est*, *apparebat*. Eam itaque significationem adripuit imprudens aliquis et imperitus Lector, et deinde, scholii gratia, siue interpretationis, istud ἐφαίνετο ad oram libri sui adpinxit, cum omnino aliud intelligeretur. TAYLOR.

Ibid. Legendum videtur ἡυφραινετο, *delectabatur*. IVRIN.

18. εἰσήει.] Ita *Ald.* et *Morel.* In caeteris est mera illuuies. Recte igitur, vt dedi, ni malles τὸ επηει Codd. *Bar. Reg.* α. et *Vindob.* TAYLOR.

20. προκαλεῖσθ'.] προκαλεισθ' ἔτι vel προὐκαλεῖσθέ τι (sine τῷ λοιπῷ) ποιεῖν ὑμᾶς ἀγαθὸν Codd. nonnulli, MSS. *Manut.* marg. *Benen. Aug.* TAYLOR.

Ibid. Plane legendum: καὶ προκαλεισθε τι — ποιεῖν ὑμᾶς ἀγαθόν. IVRIN.

684. 2. ἐκεῖνον.] Restitui ex Editt. *Ald.* et *Parisina*, ex MStis vero *Aug.* et *Vindob.* TAYLOR.

21. ταύτην.] βοήθειαν sc. At MSS. *Ald. Felic.* et *Manut.* cum *Aug.* et marg. *Paris.* ita: εἰ μὲν ἔν τινι καιρῷ βοηθείας — κωλυόντων ἡμῶν, ταυτ' αν ελεγον caetera. ταύτην ἂν ἔλεγον *Vindob.* TAYLOR.

24. στρατηγὸς.] MSS. *Ven. Lind. Ital.* εἰ δὲ τοιάτε μὲν μηδενὸς ὄντος — στρατηγὸς, ερεσι, δεινὰ ποιεῖν αὐτὸς ἡγεμαι. TAYLOR.

685. 4. καὶ δι' ἐκεῖνα δεῖ.] Castigatius MSS. *Bar.* et *Vindob.* εἰ μὴ δι' ἐκεῖνα μισεῖν, διὰ ταῦτά γε ἀπιστεῖν δήπε προσήκει. Omittitur etiam δεῖ in *Lind.* et *Ital.* TAYLOR.

685. 8. ὁ δ' ὑπὲρ.] ὁ δ' ϗχ υπερ τϐ κακον τι ποιειν, ἀλλ' ὑπὲρ τϐ μὴ παθεῖν και φυλάξασθαι σκοπῶν, σωφρονεῖ. marg. *Benenati.* TAYLOR.

Ibid. Posterior haec lectio magis mihi probatur, etsi nec vsitata quicquam absurdi habet, nisi quod τὸ ἀντίθετον languet. WOLFIVS.

18. προσήκειν.] προσηκεν *Bar.* προσηκει *Vindob.* et *Lambinus.* Idque rectius est. Proxime autem v. 19. cum eod. *Vindob. Bar.* et *Aug.* tu delebis istud εἶναι post δίκαια. TAYLOR.

26. μηδὲ δι' ἕν.] i. e. διὰ μηδέν. MARKLAND.

686. 4. ἐφ' ὑμῖν ἔσαι τὸ πράττειν.] Sub. κατὰ τὸ ἑαυτοῖς δοκεῖν. Videtur aliquid tale deesse, nisi affectata βραχυλογία sit. WOLFIVS.

7. Μαραθῶνι.] εν Μαραθῶνι. IVRIN.

22. τὴν μόραν.] Laconicam legionem sic dictam fuisse alibi adnotaui. Vide *Xenoph.* δ. Ελληνικ. WOLFIVS.

26. αἷς δεδώκατε αὐτοῖς ἑκάστω τέτων.] [Nam *Aldus* non agnoscit ἐπ'] Malim αἷς δεδώκατ' αὐτοῖς ἐφ' ἑκάστω τέτων. WOLFIVS. Attamen in suis exemplaribus retinuit ἐπ' αὐτοῖς, vt et caeteri legunt, et pariter habet Noster in Orat. περὶ Συντάξεως, p. 172. vlt. vbi haec eadem leguntur. TAYLOR.

687. 9. εἶναι.] Suffecimus ex *Bar. Aug. Vind.* et *Regg. Parisiensibus.* TAYLOR.

11. ἀποδέδεικτο.] ἀπεδέδεικτο *Bar.* TAYLOR.

Ibid. ἀλλὰ πολιτείαν.] Vide hominis inconstantiam. Nam in Orat. π. Συντάξ. p. 173. 12. Περδίκκα, τῷ κατὰ τὴν τϐ Βαρβάρϐ — ουκ ἐψηφίσαντο πολιτειαν, ἀλλ' ἀτέλειαν ἔδωκαν μόνον. TAYLOR.

13. πολίτας.] Elegantius multo atque Auctore dignius πολιταις, vti habet marg. *Morel.* TAYLOR.

24. ἐπευωνίζοντες.] Multis exemplis et erudita disquisitione hanc vocem illustrat Celeb. *Hemsterhus.* ad *Lu-*

ad *Lucian. Nigrin.* §. 23. vbi etiam locum hunc *Demosthenis* ita legi vult: καὶ πολλοῖς ἀντὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν λημμάτων. TAYLOR.

688. 3. τῷ.] Editi omnes το. Reſtituerunt cum *Bodl.* marg. *Morel.* aliisque *Wolfius* et *Lambinus.* TAYL.

8. αὐτοῖς.] *Vind.* αυτος. Minus recte. Potius id quod ſequitur, v. 9. ex *Bodl.* περὶ τετον. TAYLOR.

14. περαιτέρω.] Lege πορρωτερω cum MSS. *Ald. Felician.* et *Manut.* Codd. item *Ital. Reg.* α. et *Vindob.* TAYLOR.

15. ἀλλ' εἰ καὶ μὴ φυλάξετε ἕκαστον τέτων.] Wolfius: *quod niſi haec ſingula cauebitis.* Immo: *quod niſi ſingulis horum ſatellitum vicem praeſtetis.* Ita ſupra, ad inuidiam faciendam, p. 651. 8. τὴν ἑκάστε τέτων σωτηρίαν δορυφορῶντες. p. 666. 2. τοιαύτην φυλακὴν ἐψηφισμένες φαίνεσθαι. p. 683. 1. ὅς γε αὐτός ποτε τὰς ὑμετέρας ἐχθρὰς, μισθὸν λαμβάνων, ἐδορυφόρει, τέτον ὑφ' ὑμετέρε ψηφίσματος φανῆναι φυλαττόμενον. p. 690. 21. νῦν ἡ πόλις εἰς ὑπηρέτου σχῆμα καὶ τάξιν προελήλυθε, καὶ Χαρίδημον εἰ χρὴ φρερεῖν βελεύεται. IVRIN.

22. ἑαυτὰς.] Abſurde. Corrige αυτας. cum optimis *Bar.* et *Vind.* TAYLOR.

24. καὶ Μηδισμὸν κατέγνωσαν.] Καταγινώσκω σὲ Μηδισμὸν, et σᾶ Μηδισμὸν, et σὲ Μηδισμᾶ poſſe dici exempla auctorum oſtendunt. WOLFIVS.

26. ἐφ' ἑαυτὸν.] Non intelligo, quid ſibi velit haec locutio. Neque planius intelligo lectionem, quae in Editis et MStis pluribus dominatur, ἐφ' εαυτου. TAYLOR.

Ibid. ἀφῆκαν.] Ita *Wolfius.* Editi et MSti, credo omnes, αφησαν. TAYLOR.

27. πεντήκοντα.] *Aemilius Probus* et *Plutarchus* non huius mulctae, ſed oſtraciſmi faciunt mentionem. Miltiadem quidem 50. talentis mulctatum ſcribunt, quae

quae Callias quidam, Elpinice, Cimonis sorore, ducta, dissoluerit. WOLFIVS.

688. pen. προσεφέροντο.] Lege προσεφέροντο τοις τηλικαῦτα κ. τ. λ. ex marg. *Benenati.* TAYLOR.

689. 9. καὶ γάρ τοι.] Forte τοιγαρτοι, *itaque*, vt pag. 688. 12. Nam καὶ γάρ τοι est *etenim*: quod huic loco non quadrat. MARKLAND.

13. οἶδεν.] Forte εἰδεν. MARKLAND.

25. ἀλλ' ἔχετ'.] Vim huius sententiae siue interrogatiue, siue categorice efferatur, minime perspicio. Repraesento, quid in scriptis libris reperi, vnde apparebit, eam olim luxatam esse, omnique fide destitutam. ἀλλ' ἔχετ' εἰπεῖν] ταῦτα δ' ἀδ' ἔχετε εἰπεῖν marg. *Paris.* deinde ἐκεῖνοι] ἐκείνω *Ven.* Proxime pen. negationem ἀχ ante οἷοι delet idem margo *Benenati.* eumque demum locum ita legit Cod. *Vindob.* ἀχ οἷοί τε εἰσὶν, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ μὴ πλείω τὰ ὑπάρχοντα ἐγένετο. TAYLOR.

Ibid. Longe melius, ad marginem Editionis *Benenati*, ταῦτα δ' ἀδ' ἔχετε εἰπεῖν. IVRIN.

690. 4. ὁπόσα χρόνα.] οποσον χρονον *Bodl.* Deinde, εξητε *Ital.* εξιοιτε *Vind.* TAYLOR.

15. ὑμεῖς δ' ὁτιῆν.] [Vti in quibusdam Impressis reperitur] Vellem et hic esse scriptum, ὑμεῖς δ' ουδοτιουν. Sed si est Ellipsis, ἐμοῦ γε ἕνεκα ἔγω. WOLFIVS.

Ibid. Cum *Wolfio* emendant corruptam *Manutii Felicianique* lectionem *Lind. Aug. Vindob.* Ita etiam *Ald. Ven. Bar.* et *Ital.* ὑμεῖς δ' ἀχ ὅτι ἀδενὸς ἀπολαύστε. marg. *Benenati.* TAYLOR.

18. ξεναξειαν.] ξεναξαιεν Codd. *Ital.* et *Vind.* itemque *Lucian.* in *Encom. Demost.* non longe ab initio, vbi hunc locum citat, cui similem fere ex *Liuio* produxit *Solanus* in notis ibidem. TAYLOR.

691. 11.

691. 11. *καὶ Ωρείτας* etc.] Nulla eſt in his conſtructio. Niſi aliter habeant Codices, ita legerem, *καὶ Ωρείτας — οἰκουντας, τὸν Χαρίδημον τοῦτον — τῆ ἡμισείως — ἐκ ηξιωκεναι, ἀλλ'* etc. vt ſupra pag. 690. 26. *Αἰγινήτας — μόλις αὐτὸν τῆς ἀτελείας ἠξιωκέναι.* MARKLAND.

12. *οἰκέντων.*] Rectius Editt. *Felician.* et *Manut.* cum nonnullis libris ſcriptis *οἰκουντας.* Idque repone. TAYLOR.

17. *ἠξιώκασιν.*] *ηξιωκεναι Cant.* Recte fortaſſe. Et mox v. 18. *συντελειν.* Id tamen minus. TAYLOR.

21. *ὅτι τί;*] Τὸ *ὅτι* ſub aduerſarii perſona, *ὅτι τὰ καὶ τὰ ἔπραξεν.* Hanc narrationem interrumpit Auctor, et ſubiicit *τί;* WOLFIVS.

692. 13. *κἂν τῆς ἀλλοτρίας.*] *κἂν λάβῃ πε τῆς ἀλλοτρίας.* Ferri poteſt aduerbialis haec conſtructio, et haud ſcio, an vera ſit. *Felicianus* habet: *κἂν επι τῆς ἀλλοτρίας πε λάβῃ.* WOLFIVS. Et *Manutius* porro et *Morelius.* TAYLOR.

15. *ὁ δ' ἐδὲν ὑπειπὼν κ. τ. λ.*] Wolfius: *iſte non adiecit, etiamſi propter illas aliquis occiderit, ſed eum proſcribit.* Potius: *iſte nulla re adiecta etiamſi propter illas aliquis occiderit, eum proſcribit.* IVRIN.

18. *ὁ δὲ τἐναντίον — ἀγώγιμον εὐθὺς ἔγραψε.*] Sana haec eſſe vix mihi perſuaſerim, et video, non mediocriter angi *Wolfium*, vt ſenſum aliquem, nec illum ſatis commodum, ex hac lectione exſculpat. Quidni reſcribamus: *ὁ δὲ, τἐναντίον, ἐδεμίαν κρίσιν, ἔτε αὐτὸς εἰπὼν, ἔτε παρ' ὧν ἑκδοτον ἀξιοι λαβειν, αἰτησας, ἀγώγιμον εὐθὺς ἔγραψε.* IVRIN.

19. *ἔτε παρ' ὧν αὐτὸς.*] Τὸ *αἰτήσας*, ſi non abundat, exponatur, *ἐπειδὰν αἰτήσῃ, ἢ μετὰ τὸ αἰτῆσαι.* WOLFIVS.

692. 24.

692. 24. ἄγοντα.] Ita Codd. constanter. Annon tamen expedit rescribere ἀχθεντα? In proximis, loco τῆ πρὸ δίκης *Bodl.* habet προς δικην. TAYLOR.

25. ὁ νόμος.] Restitui ex Editis. Desiderabatur enim. TAYLOR.

693. 10. αὐτῷ.] Fortasse cum *Bodl.* et *Paris.* τὸ τῆς αἰτίας ὄνομα αυτο γράψας. υπογραψας Codd. praestantiores, *Bar. Aug. Vind.* TAYLOR.

Ibid. Lege: τὸ τῆς αἰτίας ὄνομα αυτο γράψας IVRIN.

I. TAYLORI
PRAEFATIO
AD
ORATIONEM DEMOSTHENIS
CONTRA TIMOCRATEM.

Non est, bone Lector, vt Te diu morarer in aditu huius Orationis *contra Timocratem*. Multa olim de eius historia dixi, cum praefabar ad *Androtianam* et *Aristocrateam*. Vide *Gellium* XV. 28. *Plutarchum* in *vita Demosth.* ibidem adductos. Anno Olymp. CVI. 4. qui fuit Demostheni natalis 29. haberi contendit *Dionys. Halic. ad Ammaeum:* Επὶ δὲ Θεοδήμε τοῦ μετὰ Διότιμον ἄρξαντος τὸν κατα Τιμοκρατες λόγον ἔγραψε Διοδώρῳ τῷ κρίνοντι παρανόμων τὸν Τιμοκράτην. [Anonymi descriptio Olympiadum ad Olymp. CVI. 4. Θεόδημος, οἱ δὲ Εὐθύδημος. ὁ κατα Τιμοκράτες λόγος Δημοσθένες. Decepit Olympiadum descriptorem praua Epistolae ad Ammaeum scriptura. Archon

chon eius anni vero nomine Eudemus fuit, ſicut ex Diodor. Sic. XVI. p. 527. et Dinarcho oſtendit diligentiſſimus Sylburg. Weſſeling. ad Petit. LL. AA. p. 92. Timocratis decretum Olymp. CV. 4. Corſin. F. A. diſſ. 3. §. 13. TAYLOR in ſchedis.]

Cum illa altera, quae habita eſt *contra Androtionem*, plurima habet communia, vt memini me ſimiliter ad iſtam *Androtianam* adnotaſſe: idque nec mirum, cum Androtio et Timocrates in Rep. adminiſtranda, dicam? an peſſundanda, arctiſſimo inter ſe foedere coniungerentur; et idem vtriusque accuſator prodiret, quisquis demum fuerit, Diodorus. Vnde euenit, vt Androtionis facinora quaedam iisdem vtrobique fere verbis recenſeret. Confer

Androt.	607.	23.	— 610.	16.
	613.	12.	— fin.	
Timocrat.	750.	2.	— 752.	22.
	753.	16.	— 758.	22.

Vide *Vlpianum* hic ad 750. 2.

Immo adeo conſociari video has Orationes, vt magiſtri antiquiores ſibi pene permitti arbitrarentur, vtramuis indifferenter allegare. V. G. Vbi *Harpocratio* laudat *Demoſthenem* ex *Androtiana* in vocibus Ἀπὸ τοῦ πράγματος. Ἐπιψηφίζων. Θεσμοθέται. Μελάνωπος. Πρόεδροι, veriſimile eſt, eum digitum intendere ad loca in hac noſtra *Timocratea*, ſc. Ἀπὸ τ. πρ. p. 701. 23. quanquam miror interea hominis interpretationem. Pariter: Ἐπιψηφ. hic 749. 2. Θεσμοθ. 707. 2. Μελάνωπος 703. 21. Πρόεδροι 706. 20. vel 749. 2. Melius fortaſſe hoc, quam vt credamus, defeciſſe actionem *c. Androtionem*, ſi quando citarentur vocabula, quae in ea hodie non comparerent, vt olim iudicaui. Interea tamen, vbi *Harpocratio* laudat *Timocrateam* in Αἰνείας, rurſus, *Idem*, *Suidas* et *Etym. M.* 440, 31. in Ἡίων ſiue Ἠών, certum eſt, hoc non eodem

dem esse animo factum, verum eos similitudine vocis deceptos *Aristocrateam* pro *Timocratea* voluisse. Nam in hac neutra, in illa vtraque vox occurrit, Αἰνείους, 659. 27. Ηἰόνι 687. 1. Vicissim *Harpocrat.* v. Ἐξεγγύησις.

Grauissima sane Oratio, et in primis admirabilis. Eam vtique si cum *Leptinea* conferas, inuenies, vt genere laudis pariter excellere, ita argumenti ratione, si fas sit cum Scholis loqui, directe ἀντιστοιχεῖν. In illa enim, popularem legem summa cum humanitate commendat, in hac, similem non minori cum seueritate improbat. Et sane quicunque ad huius lectionem accedit, Attica iurisprudentia leuiter imbutus, summa cum voluptate leget Orationem et grauitate argumenti, et literarum elegantia, et acumine ingenii, cum *Demosthenicarum* vel optimis conferendam. Vt iure scripserit *Theo:* κάλλιστοι τῶν δημοσίων λόγων, ἐν οἷς περὶ νόμου τινὸς ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται. λέγω δὲ τόν τε περὶ Στεφάνου, καὶ τὸν κατὰ Ανδροτίωνος, καὶ Τιμοκράτους etc. pag. 5. Rursus pag. 21. (Editione autem vtor Bataua 1626.) εὐπορήσομεν δὲ καὶ νόμων ἀναγνώσεως, πολλαχοῦ μὲν παρὰ πλείστοις τῶν ῥητόρων, ἐντελέστατα δὲ παρὰ Δημοσθένει, ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους, καὶ Ἀριστοκράτους, καὶ πρὸς Λεπτίνην.

Labitur certe *Hermogenes de Inuent.* pag. 180. Edit. Crispin. cum haec verba ex *Timocratea* adducat, sc. διαπορητικῶς ἐστι περιοδεῦσαι, ἂν ἄρξηταί τις, ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους· Διὰ τί ἆρα, νὴ Δία, διὰ τί τοῦτο οὐκὶ καλῶς ἔχειν τὸ ψήφισμα ἔδοξέ τισι; πότερον ὅτι παρὰ τοὺς νόμους; καὶ μὴν μόνον ἐστὶ κατὰ τοὺς νόμους. ἀλλ' ὅτι τάξεως λύσις; καὶ μὴν καὶ τοῦτο, ὡς οὐκ ἄλλο, θεμέλιος εὐταξίας. TAYLOR.

WOLFII

WOLFII ET TAYLORI ANNOTATA IN LIBANII ARGVMENTVM.

Pag. 694. 1. ὁ κατήγορος.] Nude et inconcinne. *Diodorus accuſator accuſat.* Lege: Διόδωρος μὲν κἀνταῦθα ὁ κατήγορος Ανδροτίωνος, caetera. *Idem Diodorus, qui olim accuſauit Androtionem, iam accuſat Timocratem.* Debetur illud Codd. *Bar.* et *Ven.* TAYL.

5. ει τις Αθηναιων.] Forte εἴ τῳ, vel εἴ τινι, vt eſt in altero argumento p. 696. 26. WOLFIVS.

Ibid. Omnino ſane. Et ea eſt ſolennis et perpetua Conſtructio. Ita 712. 19. Τιμοκράτης εἶπε· καὶ εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ προσετιμηταν κατὰ νόμον. Et infra, 715. 11. ἔτος ἔγραψεν ἄντικρυς, καὶ εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων δεσμᾷ προσετιμηταν. Similiter 719. 18. οσοις δεσμᾷ προσιματαν. Et 732. 18. Ἐάν τις ἁλῷ κλοπῆς, καὶ μὴ τιμηθῇ θανάτῳ, προσιμαν αυτῷ δεσμᾷ. Ita 764. 18. γράψας ἀναιδῶς, εἴ τινι προσετιμηταν δεσμᾷ. Vbi male Editio *Moreliana*, et praeter ſolitum, προτετίμηταν. Denique, pauciſſimis interiectis, p. 765. 3. τίς γὰρ ἢ τότων ἢ ἐκείνων χρεία, ὅταν οις τετιμηταν δεσμᾷ, λύωνταν; Adde 713. 11. 723. 25. 725. vlt. 730. 1. Male hic Editt. ſuperiores εἴ τις Αθηναίων. Male etiam Codd. *Bar. Linden. Ital.* τινα. TAYLOR.

15. Γλαυκίᾳ.] Γλαυκετᾳ habent vbique Codd. praeſtantiores. TAYLOR.

16. ἐν τῇ τριήρει.] Puto ἐν τριήρει. Niſi forte Paralon intelligat, quae per excellentiam vocatur ἡ τριήρης. IVRIN. Deeſt iſte Articulus in Codd. *Bar. Lind. Ital.* TAYLOR.

22. οἱ τριήραρχοι.] Vertitur *domini*. Potius: *trierarchi*, vel *praefecti*. IVRIN.

695. 1. πᾶν χρῆμα.] F. παντα τα χρηματα, vel, παν το χρεος. WOLFIVS. χρῆμα Editt. et MSti. TAYLOR.

3. τὰ δημόσια.] F. τῳ δημοσιῳ, et v. 7. εἰσέφερεν αυτος. WOLFIVS.

Ibid. Minus illud neceſſarium, cum vtroque modo loquuntur, et τὰ δημόσια conſtanter reperiatur in exemplaribus. Vide doctiſſimum *Saluinum* ad *Petiti LL. Attic.* pag. 468. Edit. Nou. TAYLOR.

8. καὶ ἄλλο.] καὶ κατ' ἄλλο *Moreliana* Editio. TAYLOR.

WOLFII ET TAYLORI ANNOTATA AD ARGVMENTVM POSTERIVS.

V. 14. πλοῖα σῦλα πολεμίων εἶναι.] τὰ πλοῖα τῶν πολεμίων εἶναι σῦλα, τετέχθαι ἐξεῖναι συλᾶν τὰ πλοῖα. WOLFIVS.

Ibid. Scribitur in *Ven.* et *Ital.* τὰ πλοῖα τῶν πολεμίων σκῦλα εἶναι. In *Vindob.* σῦλα πλοίων πολεμίων εἶναι. *Salmaſius de M. V.* p. 213. hariolatur, πλοῖα κατάσυλα πολεμίων εἶναι. TAYLOR.

16. τῶν κλοπῶν.] Sub. τῶν ἐκ τῶν σεσυληµένων πλοίων. WOLFIVS.

Ibid. Doctiſſimus *Valeſius* ad *Harpocrat.* legit καὶ γίνεσθαι τὰ τιμήματα τῶν ἁλόντων δημόσια. TAYLOR.

15. γίνεσθαι — δημόσια.] *et aeſtimationes fiunt eorum publicae fierent.* Alii δημοσίᾳ *publice*, ἐπιξήμιατικῶς. WOLFIVS.

16. Μαύσωλος.] Forte Μαύσωλος γαρ, et v. 17. κατεβόων δε. WOLFIVS.

Ibid. Locum ita legit optimus Cod. *Vindob.* Μαύσωλος τῆς Καρίας σατράπης τὰς πέραν νήσους ἠδίκει TAYLOR.

695. 17.

695. 17. *τὰς πέραν νήσες.*] Sub. *τῆς Καρίας, οἷον, Ρόδον καὶ Χίον καὶ Κῶν. ἡ γὰρ Κύπρος ἀποστᾶσα τοῦ βασιλέως ἐπολεμεῖτο.* WOLFIVS.

Ibid. Similiter fere Argumentum imperfectum in Cod. *Veneto: ἐπεχείρησε καταδελώσασθαι αὐτῷ τὰς τρεῖς ταύτας νήσες, Χιον καὶ Ροδον καὶ Κων.* Miror autem, quare verteret Wolfius *vlteriores* (ita reſtitue apud me, cum operarum menda ſit) et non potius, inſulas *exaduerſum iacentes: e regione oppoſitas.* Quod ſane debuit. TAYLOR.

19. *ἔδοξε διὰ.*] F. *ἔδοξε τοινυν διὰ*, niſi hic Auctor contra morem conſuetudinemque Graecorum delectetur *ἀσυνδέτοις.* WOLFIVS.

696. 7. *σπανιότητος.*] F. *σπανιος.* WOLFIVS.

8. *τις δημαγωγὸς.*] Vertitur: *vnus e Magiſtratibus.* Potius: *vnus e demagogis*, vel *oratoribus.* IVRIN.

9. *ἔγραψε.*] Reſtitue cum *Vindob. ἔγραψε δὲ δηλονότι*, vt recte procedere poſſit Oratio. TAYLOR.

697. 9. *ἴσως μὲν γὰρ.*] Recte abeſt *γαρ* ab eodem praeſtantiſſimo Codice. TAYLOR.

14. *διδομένης.*] Margo *Lutet. ἀποδιδομενης*, et rectius. TAYLOR.

23. *ὥστε εἰ ἠδύνατο.*] *ὥστε εἰ καὶ ἠδύνατο.* WOLFIVS. Deerat enim. TAYLOR.

vlt. *νῦν δὲ κατὰ τὴν.*] Lego: *νῦν δὲ καὶ την κατα τῶν πρέσβεων προσείληφε διαβολήν.* WOLFIVS. Variatur in MStis. Sed proba ſunt iſta *Wolfii.* TAYL.

698. 8. *τέχνην — ἀντιλήψει.*] Forte *εἰς τυχην καὶ ἐξεσίαν, ὥσπερ ἐν μεταλήψει. ἐκεῖ μεν γαρ* etc. WOLFIVS.

Ibid. Omne hoc emanauit ex *Wolfii* diuinatione. Silent enim Codices vbique. TAYLOR.

15. *νόμῳ.*] Rectius cum *Vindob. νόμοις.* TAYLOR.

WOLFII ET TAYLORI ANNOTATA

AD ORATIONEM IN TIMOCRATEM.

Pag. 700. 2. tit. Κατα Τιμοκρατες λογος.] παρανομων addunt *Aug.* et *Vindob.* TAYLOR.

9. τάχα.] *fortassis*, Wolfius. Immo *mox.* IVRIN.

11. ἀποτρέψομαι.] *Wolfius* ita coniungit: πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν ἐκ ἀποτρέψομαι: vt ex eius Interpretatione liquet. Melius certe, vt scribi admonemur in margine *Benenati*, ὃ μέγιστον ἔχω καὶ προχειρότατον πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, [τοῦτο sc.] ἐκ αποκρυψομαι. Ita infra 732. 25. καὶ γὰρ εἰ φορτικώτερον εἶναι τὸ ῥηθησόμενον δόξει, λέξω, καὶ ἐκ αποκρυψομαι. Et pariter, iuxta orationem exeuntem, 762. 18. Ο τοίνυν ἔμοιγε δοκεῖ μάλιστ' ὀργῆς ἄξιον εἶναι, φράσω, καὶ ἐκ αποκρυψομαι. Rursus peccatur in hoc vocabulo, idque in hac ipsissima Oratione, 723. 23. τοῦτο τοίνυν ἅτοσὶ Τιμοκράτης ἀναιδῶς καὶ ἐδ' αποκρυψαμενος πεποίηκε, γράψας διαῤῥήδην κ. τ. λ. Vulgo ἀποκρυσάμενος. TAYL.

13. ποιεῖ τῶ μηδενὸς ἀξίαν.] Puto: ποιεῖται μηδενὸς ἀξίαν. IVRIN.

16. ποιεῖ] ταῦτα ἄκυρα ποιεῖ τῶν προσιμημάτων. Sic distinguatur hic locus. ἃ — ταῦτα inter se cohaerent, quorum posterius κατὰ πλεονασμὸν accedit. WOLFIVS.

Ibid. Distinctio *Wolfiana* proba est, eamque in Textum nostrum recepimus. Confirmat *Vlpianus* in scholiis non longe ab initio: διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν εἰπὼν, ὅτι ἄκυρα ποιεῖ τῶν προσιμημάτων τὰ δικαστήρια. τουτέστιν, ἐκ ἐᾷ κυρίαν γενέσθαι τὴν ψῆφον τὴν τοῦ δεσμῶ. Ita passim in hac ipsa Oratione. 725. 21. Οὐ τοίνυν ἀπέχρησεν αὐτῷ τὰ δικαστήρια ἄκυρα ποιῆσαι τῶν προσιμημάτων, ἀλλὰ — Et 732. 10. Οὐ τοίνυν τὰ δι-

τὰ δικαστήρια ἄκυρα μόνον ποιεῖ τῶν προσιμημάτων, ἀλλὰ — Et 759. vlt. ὁ γὰρ τοῦτ' ἔθηκεν, ἀλλ' ὅπως ὑμεῖς ἄκυροι τῶν προσιμημάτων γενήσεσθε. Haec autem ideo a me dicuntur, quoniam nonnulli ita inconsiderate distinxerant: ὅς γε, ἃ δοκεῖ συνέχειν τὴν πολιτείαν, τὰ δικαστήρια, ταῦτα ἄκυρα ποιεῖ, τῶν προσιμημάτων τῶν ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασιν ἐκ τῶν νόμων ὡρισμένων, non plane nullo sensu, sed a mente Scriptoris alieno. Caeterum *Wolfius* locum negligenter vertit. Potius: *nam id qui fieri queat? cum tribunalibus, quae remp. continere iudicantur, potestatem eripiat earum mulctarum inrogandarum, quae criminibus iuxta leges debentur.* TAYL.

701. 2. Εἰώθασι κ. τ. λ.] Lege quae habet *Hermogenes* ad istud caput Πῶς κοινὰ διανοήματα ἰδιώσομεν. TAYLOR.

15. τοῦτον.] Ita, ex plurium Exemplarium auctoritate, *Aldus*, quem expressêrunt *Wolfianae* Editiones, τουτο. Infeliciter. TAYLOR.

702. 21. Τὸ δὲ πράγματος.] Videntur quaedam deesse. Haec enim ex abrupto adduntur. WOLFIVS.

25. ἐψηφισμένων.] εψηφισμενοιν malit *Lambinus*. TAYLOR.

Ibid. ἐνέσης δὲ ἀδεμιᾶς — ἔχειν ὑμᾶς.] ἀντὶ τοῦ ἀπολαβεῖν παρὰ τῶν ὀφειλόντων. WOLFIVS.

703. 1. ὁσίων.] Vid. *Ammonium*, ibique eruditissimum *Valckenaerum*, et ea, quae adnotauimus ad *Aeschinem* pag. 48. Not. 78. TAYLOR.

3. τοῦ δικαστηρίου.] Conieci olim τουν δικαστηριον. Modo mallem ἄδειαν δὲ τουτὰ κοινὰ διαρπάζειν. TAYL.

7. λῦσαι.] *Refutare* Wolfius. Ingeniose satis! Quasi *refutanda*, et non potius *abroganda* esset Lex Timocratis hac contentione. TAYLOR.

15. Ναυκρατητικά.] An ita, an potius ναυκρατικα scribendum, (nam vtroque modo in MStis reperitur, non *Demosthenis* modo, verum etiam *Vlpiani* et

Harpocrationis) hodie non definio. Infedit olim et alia lectio, sed quae in nostros Codices non se extendit, neque se extendere debuit, ναυκραρικα sc. vt discimus ex *Harpocratione*. Ναυκραρικά. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους. μή ποτε βέλτιον φέρεται ἐπὶ τοῖς Αττικιανοῖς Ναυκρατικὰ (Cod. MS. Bibl. Reg. Cant. Cod. item Iacob. Ναυκρατητικὰ) ἵν' ᾖ ἀπὸ Ναυκρατικῆς (Ναυκρατητικῆς MSS.) πλοίᾳ, ἢ Ναυκρατιτῶν ἐμπλεόντων. ἡ γὰρ Ναύκρατις τὸ παλαιὸν ἐμπόριον ἦν τῆς Αἰγύπτου. Ἐὰν δὲ ᾖ Ναυκραρικὰ, εἴη ἂν τὰ τῶν ἀρχόντων· Ναυκράρους γὰρ τοὺς παλαιοὺς τοὺς ἄρχοντας ἔλεγον. Vide *Mauſſac.* ad loc. et *H. Steph. Theſ. L. Gr.* T. II. col. 1002. *P. Leopard. Emend.* VII. 19. *Poll.* l. VIII. c. IX. TAYLOR.

703. 18. *περὶ χειροτόνησεν ὁ δῆμος.*] S. τὸν Εὐκτήμονα. WOLFIVS.

Ibid. Decipitur bonus *Wolfius* et annotando et interpretando. Cod. *Ital.* habet *περὶ χειροτόνησε καὶ διεσκεψατο.* Id quid sibi velit, docebit *Harpocratio*, vnaque ritum, de quo agitur, explicabit. Προχειροτονία. ἔοικεν Ἀθήνησι τοιοῦτό τι γίγνεσθαι. Ὁπόταν τῆς βουλῆς προβουλευσάσης εἰσφέρηται εἰς τὸν δῆμον ἡ γνώμη, πρότερον γίνεται χειροτονία ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, πότερον δοκεῖ περὶ τῶν προβουλευσάντων (lege cum Cod. Biblioth. Iacob. προβουλευθέντων) σκεψασθαι τὸν δῆμον, ἢ ἀρκεῖ τὸ προβούλευμα. TAYLOR.

25. *ὃς ἀνεγνώκατε.*] Vtraque vox mendosa. Deest prior in *Bar.* et *Vindob.* In aliis pro ἀνεγνώκατε legitur ἀνέγνω. Corrige igitur totum locum ad hanc normam: *τότε ἀνέμνησεν ὑμᾶς· τοὺς νόμους ἀνέγνω, καθ' οὓς — τῆς πόλεως γίγνεται τὰ χρήματα. tum vos admonuit: leges recitauit, quibus* etc. Ita Cod. *Ital.* et similiter fere *Vindob.* TAYLOR.

703. 26. *τῆτον τὸν τρόπον πραχθέντων.*] Sub. *τῶν πραγμάτων*, vel *εἰσπραχθέντων τῶν χρημάτων*, vel *πραθέντων τῶν ἐκ τῆ πλοίῳ.* WOLFIVS.

704. 3. *ἔχειν ὡμολόγων.*] Nonne *εαυτους ἔχειν ὡμολόγων*? IVRIN.

Ibid. In Editorum nonnullis: *ἀπέλυον τὲς τριηράρχες· ἔχειν ὡμολόγων παρ' ἑαυτοῖς· ζητεῖν ἠξίουν τὰ χρήματα.* Et *Wolfius* ad iſtum ritum olim interpretabatur: *abſoluunt trierarchos, ipſi apud ſe habere fatentur, quaeri pecuniam poſtulant.* TAYLOR.

7. *περὶ αὐτῶν.*] Ita, pro vulgato *περὶ αυτον*, fide *Ald. Ven. Bar. Felic. Lindenbr. Par.* etc. TAYLOR.

10. *γράφονται τὸ ψήφισμα.*] Sub. *τὸ Εὐκτήμονος οἱ πρεσβεύσαντες, Ανδροτίων καὶ οἱ λοιποί.* WOLF.

705. 5. *τῶν γὰρ χρημάτων.*] *τῶν μεν γὰρ χρημάτων κ. τ. λ. Aug.* et *Vindob.* TAYLOR.

Ibid. *ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις.*] Ita lego. WOLFIVS. Nam ab Impreſſis aberat *τὸ ἐν.* TAYLOR.

25. *ἢν ἔνοχος.*] Ita Codd. fere omnes. *εἴη Bodl.* In Editorum quibusdam ſuffocatur *ἢν* ante *ἔνοχος.* Mox v. vlt. *πρῶτον μὲν ουν* ex MSS. optimis et plurimis. TAYLOR.

706. 7. *Επιχειροτονια νομων.*] Legem, quae ſequitur, expedite ſatis et enucleate interpretantur, cum *Vlpianus* in ſcholiis ad hunc locum, tum *Sam. Petitus LL. Attic.* Lib. II. Tit. I. Quod ſi nonnulla reſtent in hac Conſtitutione, quae rudem et infirmum animum offendere poſſint, veluti quod vel praue repeti, vel minus apte cohaerere, vel quouis demum modo parum expedita eſſe videantur, intelligendum eſt, hanc minime eſſe, vt olim iudicabant, et hodie fortaſſe iudicant, Legem continuo tenore allegatam; verum Auctorem noſtrum, quaecunque in Tabulis publicis ad Legum ferendarum abrogandarumque ritum ſpectarent, huc fere contuliſſe omnia. Quae cum vno

quasi spiritu olim recitarentur, euenit, vt a Librariis vno deinceps et perpetuo ductu pariter describerentur. Simile aliquod arbitror me adnotasse ad *Aeschinem contra Timarchum.* [pag. 36. Not. 38.] Haec autem ita se habere, fidem facient, quae sequuntur. Scribam enim excitaturus ad recitandum, ait: λάβε τουτουσι τους νομους, καὶ ἀνάγνωθι, v. 3. deinde iudices ad animum aduertendum: προσέχετε τὸν νῶν ἀναγιγνωσκομενοις τοις νομοις. v. 4. Facta demum recitatione, immediate subiungit, pag. 707. 18. ουτοι παντες οι νομοι, et procedente paulo Oratione, pag. 709. 21. εἰδότα τους νομους, ὧν ὀλίγῳ πρότερον πάντες ἠκούσατε. Religionem huius populi in Legg. suadendis abrogandisque attingit quoque *Demosthenes* in *Leptinea*, ad hunc locum conferendus. Quanta autem ea fuerit religio, vt intelligere possimus, leges, quae iam adducuntur, non grauabor liberiore quadam oratione, ea forma, qua mihi videntur esse digerendae, hic describere: sc.

LEGVM REGENSIO,
siue
CAPITVLA DE RITV LEGVM FERENDARVM.

Anno vertente, in prima populi concione, die sc. II. *primi mensis, Hecatombaeonis,* [Prytanea enim erat spatium 35. dierum, decima nempe pars anni, pro numero Tribuum, quae seriatim ἐπρυτάνευον: in singula autem Prytanea tres legitimas, siue solennes Conciones haberi mos erat, diebus sc. istius periodi II. 20. et 30.] *quamprimum Pracco solennia vota peregerit* [Vid. *Aesch. c. Timarch.* 48. 13.] *ad populum referunto de Legibus: Primum de iis, quae spectant ad Senatum, deinde quae ad communem Reip. statum, nouissime vero, quae ad Magistratus. Roganto autem priore loco, an sufficiant Leges, quae de Senatu sunt, deinde an non sufficiant; atque eodem ritu deinceps de caeteris.*

Roga-

Rogatio de legibus ferendis abrogandiſue eodem more rituque celebrator, qui hodie in caeteris rogationibus lege obtinet.

Si, populi voluntate explorata, viſum erit aliquas leges abrogatum iri, nouarum ferendarum hic ritus eſto: Prytanes, quorum ſub praefectura ea abrogatio placebit, neceſſario prouidento, vt de tribus concionibus in eorum Prytanea habendis, poſtrema celebretur de iis legibus examinandis perſpiciendisque, quas populo videbatur abrogare: Proëdri autem, qui in iſta tertia concione fuerint, [Quinquaginta enim Prytanes in quinque decurias diſtinguebantur: Decem viri autem illi vniuscuiusque manipuli *Proëdri* vocabantur. Cum vero in ſingula Prytanea tot eſſent hebdomades, quot erant iſtiusmodi Decuriae, vnusquisque Xuiratus ſua hebdomade imperitabat, vnusquisque vir ſuo die, is erat Epiſtates. Vnde eueniret, vt tres ex vnaquaque Proedria ad ſummam rerum non admouerentur] *ſacris peractis ſtatim neceſſario ad populum referunto de Nomothetis ſortito deligendis, de Legibus ad eorum curam et arbitrium deferendis, denique de ſtipendio iis perſoluendo.*

Nemo ad Nomothetae munus admittatur, qui non fuerit ex ordine numeroque eorum, qui in Heliaea iudiciis praeſint, et iusiurandum praeſtiterit ab iis iudicibus exigi ſolitum.

Si Prytanes ſecus fecerint, neque concionem celebrarint iuxta formam in legibus praeſcriptam, aut ſi Proëdri iuxta formam non retulerint, mulctator Prytanum vnusquisque mille drachmis, Mineruae conſecrandis: Proëdrorum vero vnusquisque quadraginta ſimiliter. Eorumque deinde nomina ad Theſmothetas deferre fas eſto, eodem modo, vti quis quem detulerit, qui magiſtratum geſſerit, quando fiſco publico aerarius fiet. Theſmothetae vero litem legitimam contra eos inſtituunto, iuxta leges de delationibus. Si ſecus fecerint, a Senatu Areopagitico exclu-

duntor, quemadmodum excluduntur ii, qui legum emendationem labefactauerint.

Ante diem Concionis habendae, quicunque Athenienſium legem nouam ferre voluerit, legem iſtam legesue, quas rogaturus eſt, deſcribito: deſcriptas ad Statuas Eponymorum [Erant hi Heroës, quorum *nomine* ſingula Tribus deſignabatur] *publice proponito. Ita vt perſpecto numero legum ibi proſtantium, Populus pro rata decernat, quantum temporis Nomothetis ad munus ſuum exſequendum concedi fas ſit.*

Alia Conſtitutio aliunde ſumta de eodem ritu:

Quicunque nouam legem rogare voluerit, eam is in Album deſcribito, et publicato ad Statuas Eponymorum, de die in diem, vſquedum habita fuerit Concio de iſta lege deliberatura.

Prima Concione, qui erit dies Hecatombaeonis II. *V. viri eliguntor ex omni Athenienſium populo; iique patroni ſunto earum legum, de quibus retinendis abrogandisue ad Nomothetas relatio facta fuerit.*

Atque haec quidem hactenus: caetera currente rota adnotabimus. TAYLOR.

706. 12. *ειτα των αλλων αρχων.*] Forte εἶτα περὶ τῶν, et [v. 14.] εἶτα περὶ τῶν κοινῶν. WOLFIVS.

15. *κατα ταυτα.*] Perperam *Wolfius* κατὰ ταῦτα. Corrige ταὐτὰ cum MSS. TAYLOR.

18. *επιχειροτονια.*] Loci ratio omnino poſtulat ἀποχειροτονια. Ecce: Ἐάν τινες τῶν νόμων ἀποχειροτονηθωσι, τὰς πρυτάνεις, ἐφ' ὧν ἡ ἀποχειροτονια γένηται, ποιεῖν περὶ τῶν ἀποχειροτονηθέντων κ. τ. λ. *Si contingat, vt aliquae leges* improbentur, *Prytanes* [male et indiſtincte Wolfius *Senatores*], *quorum in magiſtratu* improbabuntur, *concionem indicant de legibus ita* improbatis. Hanc lectionem tuentur Codd. *Ven. Lind. Bodl. Aug. Ital.* et *Vindob.* TAYLOR.

706. 21.

706. 21. χρηματιζειν.] *Respondeant* Wolfius, ethic et infra saepius. Potius: *referant*, vel, *dicendi potestatem faciant.* IVRIN.

707. 4. εισαγοντων εις το δεσμωτηριον.] Τὸ απαγειν εἰς τὸ δεσμωτηριον vsitate dicitur, idque τῶν ἕνδεκα munus fuit: εισαγειν εἰς τὸ δικαστηριον, quod τῶν Θεσμοθετῶν. WOLFIVS.

Ibid. Recte distinguit Vir eruditus inter munus Lictoris et Thesmothetae. Tu ergo in posterum lege, εἰσαγόντων εἰς τὸ δικαστηριον, ad *iudicium* nempe, non ad *supplicium*, vt legendum praecipiunt MSti, *Aldini*, *Bar. Reg. α. Linden. Ital. Vind. Aug.* cum impressis a *Manutio* et *Feliciano.* TAYLOR.

5. η μη αγιοντων εις Αρειον παγον.] Sub. οἱ θεσμοθέται: de quibus vide argumentum *Androtianae*, p. 588. WOLFIVS.

15. των δημων.] Rectius aliquanto τον δημον. Sc. αἱρεῖσθαι τον δημον τὲς συναπολογησαμένες, prout habetur in *Ven. Aug. Ital.* atque vti diuinauit *Lambinus.* TAYLOR.

708. 1. καθεδεῖτε.] καθέζειν [καθίζειν certe] νομοθέτας ἐνεργητικῶς accipiendum. Obsop. καθιεῖτε, παρὰ τὸ καθιέω, τὸ καθίημι. WOLFIVS.

Ibid. Praeter *Obsop.* ita quoque legunt marg. *Benenati*, *Linden. Ital. Bodl.* MSS. *Man.* et *Fel.* Cod. item *Venetus*, qui etiam exhibet τὲς νομες καθιεῖτε. Atque καθιεῖτε certissima est lectio, a verbo καθίζω regulariter deducta, non παρὰ τὸ καθιέω, vt somniauit *Wolfius.* Καθεδεῖτε certe nescio vnde deduceretur. TAYL.

5. ἀντεἰποι.] Melius forte αντειπη, vt Editt. *Man.* et *Fel.* cum MStis *Lind.* et *Vind.* atque vti mauelit *Lambinus.* TAYLOR.

8. ἔτ' ἀνέμεινεν.] Ita ego, [Alii enim ἐνέμεινεν] et v. 10. ἐπεχειροτονήσατε, pro ἀπεχειροτονήσατε, et ibid. ἔσης ενδεκατη, vt in Lege τῇ ἑνδεκάτῃ, et mox,

v. 11. δωδεκάτῃ. Deinde v. 13. διαπραξάμενος διὰ τὸ ψηφίσματος. τὸ τί; καθίζεσθαι νομοθέτας. WOLF.

708. 22. ἐπι της Πανδιονιδος πρωτης κ. τ. λ.] Ex hoc loco videtur colligi posse, vnamquamque tribum vel φυλὴν diuisam fuisse in decem partes, seu προεδρίας, et vnamquamque obtinuisse, id est, praefuisse concilio vnum diem vsque ad vltimum vel decimum, et sic indigitari, Πανδιονὶς πρώτη, Πανδιονὶς δευτέρα, Πανδιονὶς τρίτη, vsque ad decimam, postquam prima recurrebat ad vndecimum diem τῆς Πρυτανείας, et sic deinceps. Ideo hoc loco praesidet prima Pandionis vndecimo Prytaniae die. PALMER.

Ibid. Adde eundem *Palmerium* ad *Petit. Legg. Attic.* L. III. Tit. I. pag. 269. Edit. Wesseling. (vbi fallitur Vir doctissimus, autumatque, dici τῆς Πανδιονίδος πρώτην, δευτέραν etc. subintellecta voce προεδρίαν) *Scalig. de Emendatione Tempor.* l. II. init. *Dodwel. de Cyclis* Diss. III. §. 37. et *Vlpianum* denique in scholiis ad hunc locum. Quo pacto haec verba sunt intelligenda, paucis expediam. Quod dixit olim, 706. 8. ἐπὶ τῆς πρώτης Πρυτανείας, τῇ ἑνδεκάτῃ, effert modo, ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος πρώτης, τῇ ἑνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας. Et nihil variatur. Tribus enim Pandionis (siue *forte* hoc anno id obtigerit, vt primam Prytaneam gereret, vti omnes nos olim sensimus, siue istam praerogatiuam iure obtinuerit, et caeterae quoque Tribus ordine et serie ad Prytaneam quaeque suam succederent, vt *Dodwellus* solus in l. c. sibi in animum induxit) in hoc loco nomen suum primae Prytaneae adnectit, quod in priore isto Auctor dissimulauit. Ait igitur: *Prima Prytanea, id munus gerente Tribu Pandionide, die vero vndecimo istius Prytaneas*, caetera. Confer 712. 18. 723. 10. Sane vbi rem mecum expendam, videtur mihi Legislator in loco priore, sc. 706. 8. cum generaliter, et de rebus *futuris* praecipiat, nomen Tribus non adiecisse,

iecisse, propter sortis incertitudinem, nescius scilicet, quaenam praesideret: At cum Orator rem gestam et *praeteritam* narret, aut vbi ad Acta Ciuitatis monumentaque publica refertur, quid, quo magistratu consignatum sit, ibi liquido potuisse vel disertissime scribi Tribus, quae praecrat. Accedit etiam, quod eadem sit mens *Vlpiani*, cuius auctoritatem aut ignorauit, aut dissimulauit *Dodwellus*. Ἐνταῦθα καλῶς προσέθηκε τὴν Φυλήν, τὴν Πανδιονίδα, ἐπειδὴ ἔτυχε τότε αὐτὴν κληρωθῆναι πρώτην πρυτανεῦσαι. ἀνωτέρω, ἐπειδὴ τὴν ἐπιχειροτονίαν τῶν νόμων ἀνέγνωκεν, εἰκότως οὐχ ὥρισε, ποίας πρυτανευούσης πρώτης· ἐπειδὴ ἄδηλο ἦν, ὡς εἴπομεν, ποία κληροῖτο ἀεὶ κατὰ τὸν πρῶτον μῆνα πρώτη πρυτανεῦσαι. Verum vtcunque ea res sit, omnino admittenda est mea de hoc loco sententia, ni potior esse videretur doctissimi *Iurini* diuinatio, quae sequitur. TAYLOR. Πρώτη Πανδιονὶς, quod illo nimirum anno Pandionis tribus Hecatombaeone mense, qui primus erat anni mensis, prima prytaniae munere fungeretur. v. Celeb. Corsini F. A. T. I. p. 101. TAYLOR in schedis.

708. 22. Puto rescribendum vice πρώτης, πρυτανευούσης. Ita etiam p. 712. 18. IVRIN.

23. Τιμοκρατης.] Immo Επικρατης potius. Hoc enim Pschephisma non rogatur a *Timocrate*, sed a quodam eius amico, Timocrateae rogationi succenturiante, atque aditum struente. Atque in eadem sententia *Vlpianum* esse video, qui per totam hanc Orationem optimam operam praestitit: ψήφισμα (hoc nempe praeparatorium) ἔγραψεν Επικρατης, φίλος τῶ Τιμοκράτους, — εἰ γὰρ καὶ τὰ δύο ἐποίησεν ὁ Τιμοκράτης, ὕποπτος ἂν ἐγίνετο. Vide hominem ad v. 21. et 709. 13. Porro in omnibus fere, praestantissimis certe, exemplaribus Επικράτης scribitur, non Τιμοκράτης, *Ven.* sc. *Bodl. Lind. Aug. Ital. Vindob.* Expedire autem mihi aliquem velim,

lim, vnde aliter tot Librarii adriperent ignotum iſtum Epicratem. Procliue erat viciſſim, id quod nonnulli faciunt, ab ignoto Epicrate ad notiorem Timocratem deflectere. Vidit huius correctionis neceſſitatem *Petitus ad LL. Att.* pag. 87. Edit. ornatiſſimi Weſſelingii. TAYLOR.

708. 24. τις.] Dele, fideiuſſoribus *Ven. Bar. Bodl. Lindenb. Ital. Vindob.* TAYLOR.

Ibid. διοικησις.] ἡ δαπάνη, ἡ χορηγία. Sic, οἱ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, οἱ τῶν προσόδων τῆς πόλεως ἐπιμελόμενοι. WOLFIVS.

Ibid. Aliquatenus *Wolfius.* Non autem vidit, quam ſolenni vſu et proprietate ſermonis aliquando hoc vocabulum denotet *reditum ciuitatis, bona ſiue fortunas Reip.* quarum nempe auxilio διοικῶνται τὰ πάντα. Adducam nonnulla, vnde ea, quae dixi, cum indicta ſint alio ore, elucidari et confirmari poſſunt. Noſter infra, in hac ipſa Oratione, 730. 23. Ετι τοίνυν την διοικησιν ἀναιρεῖ, τήν θ' ἱερὰν καὶ τὴν ὁσίαν: ſc. Reditus, tam *ſacros*, quam *publicos;* tam Res *Religionis*, quam quae ſunt *Vniuerſitatis.* Proxime, Ibid. v. vlt. διὰ τοίνυν τῶ νόμω τότε διοικειται τὰ κοινά. Hoc eſt, vt locus ille indicat, *ex hac lege factum eſt, vt Reip. facultates ſuppetant.* Pergam porro. 731. 4. ἐ γὰρ ὄντων ἱκανῶν τῶν ἐκ τῶν τελῶν χρημάτων τῃ διοικησει, τὰ προσκαταβλήματα ὀνομαζόμενα διὰ τὸν τῶ νόμου τότε Φόβον καταβάλλεται. deinde v. 8. ὅταν αἱ τῶν τελῶν καταβολαὶ μὴ ἱκαναὶ ὦσι τῃ διοικησει. Proxime 732. 12. τὰς ὑπὲρ τῆς πόλεως στρατείας λυμαίνεται, την διοικησιν καταλύει. Similiter in iſta Oratione *c. Neaeram*, non longe a principio, p. 1346. 17. διαχειροτονῆσαι τὸν δῆμον, εἴτε δοκεῖ τα περιοντα χρήματα της διοικησεως στρατιωτικὰ εἶναι, εἴτε θεωρικά. Nempe, *the Surplus of the Revenue:* et deinceps, v. 20. eiusd.

eiusd. pag. κελευόντων τῶν νόμων — τὰ περιόντα χρήματα τῆς διοικήσεως στρατιωτικὰ εἶναι. TAYLOR.

708. pen. ἐνθυμήθητε.] Malim et hic ἐνεθυμήθητε. WOLFIVS.

709. 13. ἐνομοθέτει.] Wolfius: *leges tulit.* Immo: *legem tulit.* IVRIN.

23. εἰδότα δ' ἂν ἐῶνθ' κ. τ. λ.] Wolfius: *qui sciret item, easdem non finere vllum decretum aliud.* Perperam. Refertur enim vox ἕτερον non ad ψήφισμα, sed ad νόμον subintellectum. Verti ergo oportebat: *qui sciret item aliam non finere decretum vllum.* IVRIN.

Ibid. Bene mehercule factum a viro praestantissimo, cum vox, quam ille subintelligit ad orationem sustentandam, in nonnullis exemplaribus reperiatur disertissime scripta. *Lambinus*, vt locum complanaret, pro ἐῶνθ' legit ἐῶντας, ad quem morem interpretatur *Wolfius*. Atque profecto ita exhibent Editiones a *Manutio* et *Feliciano* profectae. Sed *Iurinum* optimum sequor, atque ita totum locum refingo ex MSS. optimis: εἰδότα μὲν τὸς νόμους, ὃν ὀλίγῳ πρότερον πάντες ἠκούσατε, κυρίους ὄντας, εἰδότα δ' ἂν ἐῶνθ' ἕτερον νομον ψήφισμα ἀδὲν, ἐφ' ᾧ ἂν ἔννομον ᾖ, νομῳ κυριώτερον εἶναι, γράψαι καὶ θεῖναι νόμον ὑμῖν κατὰ τὸ ψήφισμα, ὃ καὶ αὐτὸ παρὰ τὸς νόμους εἰρημένον ἴδει. *Cum sciret, aliam quoque exstare legem, qua constitutum est, vt nullum populiscitum, etiam legitimum, plus auctoritatis haberet, quam legibus attribuitur, ipse interea legem ferret virtute populisciti, quod ipsum probe sciret contra leges esse factum.* Nimirum haec est ea Lex, de qua disputaui, quamque olim emendaui, ad *Aristocrateam* 649. 21. Occurrit etiam, sed mendosa, apud *Andocid. de Mysteriis* pag. 11. vlt. et 12. 12. Edit. Steph. ψήφισμα δὲ μηδὲν μήτε βουλῆς, μήτε δήμου, κυριώτερον εἶναι. Vtrobique post δήμου adde νομου, quae vox ab illa

ab illa ſtrangulatur: *Nullum neque SCtum, neque Populiſcitum Leges auctoritate vincat.* Illud habe. TAYLOR.

709. vlt. ποιήσασαν.] F. ποιησασιν. Vide, quantum praeſtet! Proxime reuocaui αυτην ex Editis omnibus, et MSS. *Ven. Bar. Lind. Aug. Vindob.* pro vulgato αὐτῆς. TAYLOR.

710. 3. καταλύων.] *violando*, Wolfius. Immo *tollendo*, vel *abrogando*. IVRIN.

13. νόμον οὐδένα ἐναντίον.] Legendum videtur νόμον ἀδένα νομῳ ἐναντίον. IVRIN.

19. ετερον τι τιθεντι.] Dele otioſum iſtud τι, quod ortum traxit ex initio vocis ſequentis. Delent *Bar. Vindob.* et *Petitus LL. Attic.* p. 185. TAYLOR.

20. διαχειροτονιαν δε ποιειν.] Wolfius: *ſuffragia ferunto.* Potius: *ſuffragia ferendi poteſtatem faciant.* IVRIN.

711. 8. δύο τινὲς.] Cod. *Vindob.* ignorat inficetum iſtud τινὲς, et mox v. 10. pro ἀξιοῖ, habet αξιοιη. Tu illum ſequere. TAYLOR.

22. οἱ δ' ἀδὲν προσέχοντες ἀγνοοῖεν ἂν.] Sub. τὴν διάνοιαν τῶ νόμω. Alii αναγνοιεν οὐδὲν προσέχοντες, quod fere idem eſt. Legere enim et non intelligere eſt negligere, vt inquit Ille. WOLFIVS.

Ibid. ἀγνοοῖεν MSS. *Ald.* Editt. *Man.* et *Felician. Aug.* et *Lambinus:* ἀγνοῖεν caeteri fere omnes. ἀναγνοῖεν edidit *Wolfius* iuxta id, quod MSS. *Man.* et *Felic.* exhibent cum noſtro *Vindob.* Sed neque MStorum lectio, neque *Wolfii* explicatio, neque *Lambini* hariolatio mihi locum ſatis extricare videntur. TAYLOR.

23. ἀλλὰ γράψασθαι.] Anthypophora eſt: Cui reſpondet v. 24. κἂν ἐνταῦθ' ἀπαλλάξῃ τις τὸν ἐπισάντα, τὸν γραψάμενον καὶ ἀκυρώσοντα. WOLFIVS.

Ibid. Neſcio Anthypophoram. Interea ſcio, quid velit hic ſibi locus, idque ſtrenue neſcire *Wolfium. Leges non ſolum proſtare publice iubet, vt ab omnibus legi et*

gi et examinari possint, verum etiam unumquemque nostrum eas in iudicium vocare hortatur: id quod ego nunc feci. Ἀλλὰ, *Sed praeterea, verum etiam.* TAYLOR.

711. 25. τις.] Ita omnino. Atque ita *Bar. Fel. Lind. Aug. Paris. Ital. Obsop.* et *Vindob.* Vulgo τισί. TAYL.

pen. γνῶναι.] ἔστε γὰρ τὸ γνῶναι τὸ δικαιον καὶ δοκιμάσαι τὸ βέλτιον etc. *Man. Fel. Lind. Aug. Obsop.* Cum hoc autem homine germanam lectionem esse statuo. TAYLOR.

712. 6. ἠφάνισεν, ἐξήλειψεν.] Puto *Morelium* ita hanc rem reputasse, aut in suis exemplaribus inuenisse, vt veritas voluit; nempe illa priore voce in textum recepta, hac autem ad marginem adpositа. Neque porro eam ibi variae lectionis, verum scholii officio fungi arbitror. TAYLOR.

21. ἢ τολοιπον προσιμηθη.] *aut in posterum damnabitur.* Quod neglexit *Wolfius.* Legunt nonnulli et hic, et infra p. 713. 12. προσιμηθειη. TAYLOR.

25. επιχειροτονειν.] *ratos habere*, Wolfius. Quasi vero necesse esset praesidibus, cum quis vades dare voluisset, eos, qualescunque demum essent, illico ratos habere, quod manifeste contra legem est: Lex enim iubebat ratos haberi vades, non quoscunque, sed quos populus comprobasset. Clarum est itaque, vocem ἐπιχειροτονεῖν hoc loco alium sensum habere, quam qui vulgo ei adscribitur. Significat nempe non habere ratos, nec suffragiis ferendis decernere, sed *notestatem facere suffragia ferendi*, concione scilicet conuocata, vtrum rati habendi sint vades, necne. IVRIN.

26. τῳ δε καταστησαντι.] Melius, vt marg. *Beneati* habet, τον δὲ καταστησαντα. Sequitur v. 27. ἐφ' οἷς κατέστησε τὸς ἐγγυητὰς, *a vinculis immunis esto*, eo nomine, quod vades dedit. Inficete. Corrige sodes, praeeuntibus *Ven. Reg. α. Bodl. Aug. Ital.* et *Vindob.* ἐφ' ᾧ κατέστητε, et sic verte: *quod si reddiderit ciuitati*

argentum, cuius cauſa vades dederit, *a vinculis immunis eſto.* TAYLOR.

713. 4. *των τα μισθωματα μισθεμενων και εγγυωμενων.*] Sub. *ὑπὲρ τέτων.* Felicianus *μισθώσιμα* habet, vt et *Obſop.* rectius, vt opinor, quam *μισθωματα.* WOLFIVS.

Ibid. *μισθώσιμα* etiam legitur in *Aug. Ital.* et *Vindob.* et, quod pace mea liceat, rectius. Caeterum quaeri a nonnullis video, quinam ſint *τὰ τέλη ὠνέμενοι — ἐκλέγοντες — μισθέμενοι*: neque a magno *Budaeo*, qui hoc in ſe recepit, id argumenti ſatis praeſtari video. Agitur de Publicanis. *Omnes* enim, (vt ait *Vlpianus* l. 1. D. de Public.) *qui quid a Fiſco conducunt, recte appellantur Publicani.* Primo loco veniunt *τελῶναι, οἱ τὰ τέλη ὠνέμενοι*, cum ſuis praedibus ſiue fideiuſſoribus. Hi ſunt Publicani ſtrictius dicti, nimirum, qui *vectigalia* publica, *τὰ τέλη*, *the Cuſtoms*, redimunt, et penſitationes annuas, ſiue mercedes pro eorum locatione ſoluunt. Secundo, *οἱ ἐκλέγοντες*, ſine vadibus. Hos intelligo miniſtros eſſe publicos, fiſci ſeruos, qui vectigalia a nemine redemta ad portum exigunt: *Vectigaliarii*, *Portitores.* Atque hactenus mihi fideiuſſor erit *Vlpianus* ad locum: *ωνεμενων ἐνταῦθα λέγει, ἐκ ἀγοραζόντων, ἀλλὰ μισθεμένων — εκλεγοντων δὲ, ἐπιτετραμμένων τινῶν ἀπαιτεῖν τὰ τέλη· ἐ γὰρ λέγει αὐτὸς τὸς τελώνας.* Tertio denique *οἱ μισθώματα μισθέμενοι*, quicunque demum fuerint. Nimirum complecti voluit eos, qui quiduis a populo redemtum habuerunt. Nam, vt ait *Caius* l. 12. D. eod. *Sed et ii, qui ſalinas et arenas et cretae fodinas et metalla conducta habent, publicanorum loco ſunt. Praeterea et ſi quis vectigal conductum a Rep. cuiusdam municipii habet, hoc edictum locum habet.* Vides, quot ſunt *μισθώσιμα.* Et praeter haec quamplurima. Immo quicquid fere in commercium venit, et a Fiſco redimi poſſit.

poſſit. De Agris publicis et latifundiis P. A. conductis dixi olim ad *Marm. Sanduic.* p. 64. Noſter *c. Eubulid.* verſ. finem p. 1318. 20. *εἰ δὲ δεῖ τὴν δημαρχίαν λέγειν, δι' ἣν ὠργίζοντό μοι τινὲς, ἐν ᾗ διάφορος ἐγενόμην, εἰσπράττων ὀφείλοντας πολλὰς αὐτῶν μισθώσεις τεμενῶν, καὶ ἕτερα, ἃ τῶν κοινῶν διηρπάκεισαν.* TAYLOR.

713. 5. *τας πραξεις.*] *τὰς εἰσπράξεις.* WOLFIVS. Docentis, credo, et interpretantis ritu, non emendantis. TAYLOR.

7. *εαν δ' επι της ενναετης — εκτινειν.*] Totum hoc poſtremum comma mihi videtur iuxta *Bodl.* inducendum eſſe. Video, hanc legem a *Petito* eſſe neglectam, neque caeteris adſcriptam, quia putauit non obtinuiſſe. TAYLOR.

14. *ὅλως.*] *omnino.* Melius *ολος*, *Tota lex.* Ita *Bar.* marg. *Lutet.* MSS. *Man.* et *Felic. Lind. Aug. Ital.* TAYLOR.

18. *Νομοι.*] *Νομος* rectius *Bar.* et *Vind.* Verum, vt ea Lex ſatius intelligatur, ſupponendum eſt, Dioclem eam tuliſſe anno poſt praeturam Euclidis, vt recte contendit *S. Petitus LL. Attic.* L. II. Tit. 1. fin. TAYLOR.

20. *απ' Ευκλειδε.*] Immo *επ' Εὐκλείδε*, vt dictitant *Ald. Ven. Bar. Aug. Vind. Benenatus* quoque. Hoc in vertendo vidit *Wolfius.* TAYLOR.

24. *χρονος οντινα δει αρχειν.*] Tranſtulit Wolfius: *tempus, quo debeat geri magiſtratus.* Reſpexiſſe nempe videtur ad ea, quae paulo poſt ſequuntur, p. 714. 7. *ἀπὸ τῦ μετὰ τὸν νῦν ἄρχοντα.* Sed fallitur, puto. Senſus enim eſt: *χρόνος, ὅντινα χρόνον δεῖ τὸν νόμον ἄρχειν, tempus, quo oportet legem capere initium auctoritatis.* IVRIN.

Ibid. Eodem ſenſu marg. *Benenati αφ' ε δει ἄρχειν.* Verum pace Viri doctiſſimi tueamur animum Wolfii: *Niſi ſi cui adſcriptum ſit tempus, nempe quota*

Praetura agenda fit, antequam rata esse coeperit. Verbi gratia: *Haec Lex rata nec esto ante secundum, tertium, vel quartum ab hoc anno Praetorem.* Idem est tenor earum, quae scribuntur hodie: *From and after — next ensuing.* TAYLOR.

713. 26. τριακοντα ημερων.] εντος τριάκοντα ἡμερῶν. WOLFIVS. Iterum, credo, enarrat, non emendat. Quanquam idem suppleſſe videam *Bodl.* TAYLOR.

714. 5. τότῳ δὲ, τὸν γεγραμμένον ἄρχειν.] Legendum videtur τοτον δὲ τὸν γεγραμμένον ἄρχειν, *hanc legem initium capere a tempore eidem adscripto*, non, quomodo Wolfius, *quo praetore rata esse debeat.* IVRIN.

Ibid. Reuoca antiquam *Wolfii* versionem, et omnia recte procedent: *iubet, vnamquamque ab eo die, quo lata fuerit, esse ratam, nisi si cui adscriptum fuerit tempus: huic vero, scriptum imperare.* Id est: vbi alicui legi tempus certae Praeturae praestitutum fuerit, ibi praefinitus ille Archon magistratum capessat, antequam Lex rata sit. TAYLOR.

6. προσεγέγραπτο.] Lege προσγεγραπται. Ita Codd. *Bar. Reg. α. Aug. Vind.* TAYLOR.

7. τὸν δὲ νόμον εἶναι κύριον τόνδε.] Puto: τονδε νόμον ευθυς εἶναι κύριον, τον δε — IVRIN.

Ibid. Accedit Cod. *Ital.* — εἶναι κύριον· τον δε ἀπὸ τε μετὰ τὸν νῦν ἄρχοντα. TAYLOR.

13. μὴ.] Dele, me fideiussore, Codd. item *Aug. Lind. Bar.* et *Vind.* cum Edit. *Moreliana.* Totum autem locum ita vertas: *Qui vero posthac legem hanc tulit modo recitatam, non aequum censuit, legibus iis, quae diserte iubentur auctoritatis initium capere, interiecto aliquo tempore, postquam latae fuerint, auctoritatem dare ab eo ipso die, in quo latae essent, atque eo pacto ratas habere, priusquam ipse lator postulasset.* TAYLOR.

14. μὲν.] Rescribe μεντοι, vt *Bar. Aug. Vind.* Quod perinde erit ac δέ. Atque id postulat locus. TAYL.

714. 16.

714. 16. κυρίαν.] Puto κυριον. Referri enim videtur non ad ἡμέραν, sed ad νόμον. IVRIN. Atque ita vertit *Wolfius:* et eodem pariter modo scribitur in marg. *Benenati.* TAYLOR.

20. ἀπὸ.] Quid hoc monstri? Quid enim esset, vt succenseres, si Timocrates voluisset legem suam incipere auctoritatem habere *ab eo die*, in quo lata esset? Fecerunt hoc et plurimi. Neque id culpae vertebatur. Fecit et Diocles, qui nondum ex manibus nostris excidit, vbi ait, leges omnes, in posterum ferendas, κυρίας εἶναι ἀπὸ τῆς ἡμέρας, ἧς ἕκαστος ἐτέθη, p. 713. 23. nisi latori aliter visum fuerit. Tu proinde, vt sensus efflagitat, et praestantiores Codd. prae se ferunt, *Aug. Ital. Vind.* quibuscum *Baroc.* pene consentit, emendes πρὸ τῆς ἡμέρας. *Cum Timocrates in lege scripsit,* καὶ ἔτι τινὶ προσετίμησαν, *indefinite loquens, et de omni anteacta aetate, quid aliud fecit, nisi vt legem suam ratam esse vellet non solum* ante diem, *quo tulit, verum etiam antequam nostrum quisquam nasceretur?* TAYLOR.

715. 2. ταξεως.] Περὶ ἀφέσεως τάξεως, τουτέστι στρατείας. WOLFIVS.

Ibid. Vides, hominem, quasi parum esset male vertere, id quod male vertit, adnotando ingeminare. Verum huius incogitantiae *Petito* olim poenas dedit, recte neganti, *Comment. ad LL. Attic.* pag. 470. Edit. Nou. haec de *militia* intelligi aut posse, aut debere. Quid tamen interea *Petitus* ipse? In quantum eius verba intelligam, nam sibi displicuit, cum haec scripsit, adeoque orationem obumbrauit, τάξιν autumauit esse *statum ingenuitatis.* Idem enim, inquit ille, est τάξεως atque ἐπιτίμου εἶναι. Quod ante hunc diem non inaudiui, et credo, post hunc diem me rursus non inauditurum. *Vipianus* denique orationem incoeptat: Ἄλλο καλεῖ ἄφεσιν, ἄλλο καλεῖ ταξιν. deinde ἄφεσιν pluribus, τάξιν nullis verbis explicat. Quod ille praeter-

miſit, noſtrum erit perficere: nam recta inſiſtere mihi viſus eſt via. Per ἄφεσιν τῦ ὀφλήματος intelligo Tabulas nouas, vbi nomen debitoris in ſpongiam incubuit, et aes alienum vel plene, vel aliqua tenus parte ei condonatur. Τάξις (neque Tu frontem caperabis, ſi noua videar dicere) eſt Conuentio inter partes, qua debitoris inopiae ita ſuccurritur, vt quod ille *vniuerſum*, ſaluis rebus familiaribus, reddere nequeat, id *vnciatim*, et ad modum conſtitutum perſoluat. Nos *compoſitionem* vocamus. Ita *Heſychius*: Τάξις ἡ ἐπὶ ὀφειλομένοις χρήμασι καταβολή. Ita *Libanius* in argumento *Ariſtogitonianae*, p. 768. 17. ὠνεῖται ὁ ἀδελφὸς αὐτῦ, ταξιν αἰτησάμενος τῦ οφληματος, ὥϛε ἐν δέκα ἔτεσιν ἐκτίσαι τὸ σύμπαν καθ' ἕκαϛον ἔτος τιθεὶς τὸ ἐπιβάλλον μέρος. Thucyd. III. §. 70. ὀφλόντων δὲ αὐτῶν, καὶ πρὸς τὰ ἱερὰ ἱκετῶν καθεζομένων, διὰ τὸ πλῆθος τῆς ζημίας, ὅπως ταξαμενοι ἀποδῶσιν. Interpreteris cum *Budaeo*, τεταγμέναις καταβολαῖς, *penſionibus menſtruis, vel etiam annuis*. Ita pariter idem *Thucyd.* I. 117. τὰ ἀναλωθέντα κατὰ χρόνϐς ταξαμενος ἀποδῶναι. Vbi σχ. ad locum. Κατὰ χρόνϐς] ἐδὲ γὰρ εὐπόρουν αθροον εκτισαι το παν. TAYLOR.

715. 13. ἐ προϛεθέντος οὐδενὸς.] Alii προτεθεντος. Forte προθεντος ἐδενὸς, *cum nemo hoc propoſuerit*. WOLF.

Ibid. προτεθεντος *Ven. Bar. Lind. Aug. Obſop. Ital. Vind.* cum Editis *Pariſina*, *Manut. Felic.* et σχ. Recte ſane. *nullo aditu facto, nihilo ſuper ea re priuspoſito*, vt debuit. Varii ſunt in his vocibus errores. Dixi alibi. TAYLOR.

20. ἐν παραβύϛῳ.] Ad haec Scholiaſtes aliquis haec mira commentatur: ἐν παραβύϛῳ, ἀντὶ τῦ λάθρα, ἐκ μεταφορᾶς τῶν παραπληρωμάτων τῶν ἐκβαλλομένων ἐν ταῖς οἰκοδομίαις ἔνδον. Ex his doceri debemus, non admittenda eſſe omnia, quaecunque in antiquorum Auctorum ſcholiis inueniuntur; et ſcholia confla-

conflata esse ex variis Auctoribus, quorum alii eruditi erant, alii vero scioli nullius pretii. Quid enim dicere poterat hic Scholiastes, quo plus suam Graecae antiquitatis ignorantiam manifestam faceret? Primum enim, dum ἐν παραβύσῳ interpretatur λάθρα, eloquentissimo *Demosthenis* ταυτολογίαν satis indecentem tribuit: nam dicit *Demosthenes* in eadem periodo, v. 22. λάθρα τὸν νόμον εἰσήνεγκε. Sed ignorabat mirus ille Scholiastes cum sua metaphora, παράβυσον fuisse quandam curiam Athenis, ita dictam, quod ἐν ἀφανεῖ πόλεως ἦν, καὶ ἐπ' ἐλαχίστοις συνήεσαν εἰς αὐτὸ, vt ait *Pausanias* in *Atticis*. Ideo arguit Timocratem, quod legem contra morem et constitutiones tulerit in curia, vbi parum frequentes erant Athenienses, non vero ἐν Πνυκὶ, εἰς τὸν δῆμον, vel ἐν βουλευτηρίῳ, εἰς τὴν βουλήν. Nam et Παράβυσον significatiue est *Infartum*, *Inculcatum* potius, quam *Secretum*. Ideo iure hoc Scholium dici potest παράβυσον, nam infartum et infertum est melioribus, nec credo esse *Vlpiani*. Sed et peccat locus *Demosthenis* male interpunctus: legendum enim est: περὶ τούτων ἀδέν· ἐν Παραβύσῳ τῆς βουλῆς etc. PALMER.

715. 20. Vide viros eruditos, qui de hoc Tribunali collegerunt, quae apud veteres sparsim sunt dicta: *Meurs. Attic. Lect.* II. 9. et *Areopag.* c. extrem. *Petit. LL. Attic.* pag. 395. Adde *Sigon. de Rep. Athen.* III. 4. et Cel. *Hemsterhus. ad Lucian. Necyomant.* §. 17. *Mauss. ad Harpocrat.* pag. 231. *Vales.* ad pag. 105. TAYLOR.

25. πρόσοδον γράψασθαι πρὸς τὴν βουλήν.] Sic *Isocrates Areopagitico*: τὴν πρόσοδον ἀπογράψασθαι καὶ ποιήσασθαι. WOLFIVS.

Ibid. Hanc locutionem erudite pro suo more explicat Cel. *Hemsterh.* ad *Luciani Prometh. es in verb.* §. 6. TAYLOR.

716. 3. ἀλλὰ γνώμῃ διαμαρτὼν ἀποτυχεῖν.] Apud *Isocratem*: τῆς γνώμης ἢ διανοίας διαμαρτεῖν, ἢ διεψεῦσθαι. WOLFIVS.

5. καὶ μὴ θεῖναι.] Legendum: καὶ μὴ ἐκθεῖναι, nempe πρόσθε τῶν ἐπωνύμων. Vid. p. 707. 8. IVRIN.

13. ἡ βουλη.] Meliores Codd. *Bar. Vindob. Aug. Lind.* etc. neceſſarios articulos hic adiiciunt, quos errore et literarum ſimilitudine excidiſſe arbitror, ἢ ἡ βελὴ, et, αὐτὸς ὁ ὄφλων. TAYLOR.

18. εαν δε τις των προεδρων etc.] *Si dederit alicui ſuffragiorum ius.* Δοῦναί τινι τὴν ἐπιχειροτονίαν, *dare alicui ſuffragationem.* Vtrum eſt, comprobare poſtulationem alicuius, an, dare aliis decernendi poteſtatem? WOLFIVS.

717. 10. ἀνάνδρων.] Alii αναιδων. *Illud impudentiae*, ſub. eorum, qui imperant. WOLFIVS. Retine tamen ἀνάνδρων cum libris pluribus et melioribus. TAYLOR.

19. δικη — ευθυνὴ — διαδικασια.] Quantum inter haec interſit, pene docuit *Petitus LL. Attic.* Lib. IV. Tit. VIII. ex *Vlpiano* noſtro. Propemodum me fugit adiicere, vocem εὐθύνη in quibusdam Codd. ita reperiri ſcriptam et accentu notatam, ſc. εὔθυνα, id quod idem Scholiaſtes admonuit: περὶ δὲ τοῦ λόγου (forte τονου) τῆς εὐθύνης, ἤδη εἴπομεν, ὅτι προπαροξύνεται. TAYLOR.

21. η το δημοσιον απεδοτο] περὶ ὧν ὁ δῆμος ἐχρημάτισε. WOLFIVS.

22. επιψηφιζειν.] Wolfius: *decernito.* Putopotius: *agendi poteſtatem faciat.* Ita etiam infra, pag. 718. 2. IVRIN.

vlt. χρηματίζειν.] *vacare, in concionem conuenire*, non, *reſpondere*, quod vult *Wolfius.* IVRIN.

718. 1. ὤφλων.] Forte ὁ ὀφλων, et v. 4. ἐάν τις καθιζῃ. [Alii καθίζῃ.] WOLFIVS.

718. 9.

718. 9. *εν δημοκρατουμενη πολει.*] Alii, et melius, *ἐν δημοκρατεμένῃ τῇ πόλει.* Sunt autem MSti *Ven. Aug. Obsop. Ital. Vind.* Ita erit, *libera* hac noſtra *repub.* Aliter, non ita fuiſſet. Vid. infra, v 25. TAYL.

16. *ἀπεύξαισθε.*] Ita reſtitui cum Editt. et MStis plerisque. *Wolfius* ex *Aldo* ſolo adripuit ſuum *ἐπεύξαισθε*, licet nobiſcum interpretetur. TAYLOR.

22. *ἤνπερ.*) *ἤνπερ των ἐπ' ἐκείνων ὑμεῖς. Bodl.* Vide, annon rectius. TAYLOR.

719. 5. *ψηφισαμενων.*] *Petitus ad LL. Attic.* L. II. Tit. I. pag. 188. refingit *εαν μη ψηφισαμένων* etc. Quaſi relinqueretur et priuilegiis gratia. Ita in lege ſuperiore vtitur ſimili exceptione, 714. pen. *Μηδε περι των ατιμων — εαν μη ψηφισαμενων Αθηναιων την αδειαν πρωτον μη ελαττον εξακισχιλιων.* Verum puto id non iam obtinere: neque Athenis Atticis, vbi toties praedicarent *libertatem aequam fuiſſe omnibus*, priuas leges vllo obtentu aut conditionibus rogari potuiſſe. Credo praeterea, ab optimis exemplaribus hanc vltimam clauſulam abeſſe. TAYLOR.

6. *οις αν δοξῃ.*] Alias *οἷς ἂν ἐξῇ*, vel *οἷς ἔξεσι*, vt *οἱ ἄτιμοι* excludantur. WOLFIVS.

10. *ἕτω καὶ τούτων ἴσα μετέχειν.*] *ἴσον*, aut *ἐξ ἴσα*. WOLFIVS. *ἴσα* habent Editi. TAYLOR.

720. 1. *ἔχοι.*] Ita repoſui iuxta *Par.* et *Bodl.* Vulg. *ἔχει.* TAYLOR.

4. *περὶ.*] Abeſt ab optimo *Reg. α.* et *Bodl.* Idque ſatius. *ἐξωσθήσομαι τὸ εἰπεῖν.* TAYLOR.

7. *πῶς ἄν μοι δοκεῖ.*] Alii *πῶς ουν.* Neutrum placet. Malim *τοιγαροῦν μοι δοκεῖ.* WOLFIVS.

Ibid. Ab Editis et MSS. omnibus perperam diſcedit hic homo, ſua nimium ſententia fretus. Reſtitue igitur *πῶς ἔν*; cum interrogatione. *δοκεῖ μοι* et caetera. TAYLOR.

720. 8. *νόμον.*] *νομου* forte, vti habent *Bar. Aug. Linden.* cum Editt. *Fcl.* et *Manut.* TAYLOR.

19. *εισαγγελιαν.*] Iſti rei explicandae deſtinauit Vir ſummus, et de iure hoc noſtro praeclare meritus, *Deſid. Heraldus*, libri tertii *Animadu. in Salmaſ. Obſeruat. ad ius Attic. et Rom.* Capp. 7. 8. 10. et 14. *Obſeruat.* item *et Emendat.* Cap. 49. quae proinde ſunt conſulenda. Legem vero ita vertit: *Timocrates retulit. Quicunque Athenienſium ob denunciationem, curiae iuſſu, vel nunc in carcere ſunt, vel poſtea coniicientur, quorum condemnatio a ſcriba Prytaneae non fuerit Theſmothetis ſecundum legem de denunciationibus tradita, PLACERE, ab* XI *viris eos in iudicium deduci, intra trigeſimum diem, ex quo iis traditi ſint, niſi quid publicitus obſtet; ſin minus, cum primum id fieri potuerit. Eos autem accuſari a quolibet Athenienſium, qui volet, cuique per leges licet. Sin autem criminis teneri ſit iudicatus, quid eum pati aut ſoluere oporteat, Heliaea iudicato. Si poena pecuniaria ei indicta fuerit, in vinculis cuſtodiatur, donec ſoluerit, quanti damnatus erit.* Lata eſt Lex de grauioribus maleficiis, a *Senatu* ad *Curiam* remiſſis. Erant enim delicta quaedam leuiora, et *εἰσαγγελίᾳ* obnoxia, quae ſola *τῶν* D. auctoritate coerceri poterant, vt docet *Pollux* L. VIII. C. VI. — *κἂν μὲν μέτρια ἀδικεῖν δοκῇ, ἡ Βελὴ ποιεῖται ζημίας ἐπιβολήν· ἂν δὲ μείζω, παραδίδωσι δικαστηρίῳ.* De his itaque ſtatuit Lex Timocratea, quicquid demum id ſit, quod ſtatuerit. Hoc autem cauere mihi maxime videtur. *Remiſſa cauſa a Senatu ad Curiam, vtpote quae grauior viſa eſt, et Reis interea in carcere vinctis, Scriba Prytaneae iſtius Concilii acta ad Theſmothetas transmittat, quorum erat officium incarceratos in iudicium ſiſtere. Quod ſi Scriba inſuper habuerit, neque id fecerit, liceat hac lege Lictoribus ipſis, τοῖς* XI *viris, id ſua auctoritate facere, quod aliter Theſmothetarum munus erat deſcriptum.* Vnde *Heraldo* aſſentior

tior reſcribenti v. 24. τους θεσμοθετας, et deinde iudico, eas voces ita reformatas e textu, tanquam gloſſam nullius pretii, eſſe amouendas. Nam homuncio neſcio quis, qui legem perperam intellexit, autumans, nemini licere praeter *Theſmothetas* Reum pro tribunali ſiſtere, exaduerſum τῷ τὲς ἕνδεκα, adleuit iſtam bellam adnotatiunculam. TAYLOR.

720. 25. εαν μη τι δημοσια κωλυση.] [Vulgo μή τι τῃ δημοσίᾳ] et 721. 1. δεδέσθω ἕως ἂν. Alii τέως: alii τε ἕως. Forte vtrumque retinendum, τέως ἕως, etſi priore non eſt opus. WOLFIVS.

721. 6. εκτιση.] Addunt *Reg. α. Aug.* et *Vindob.* ο, τι αν αυτου καταγνωσθῃ, vt ſupra v. 1. in Lege ſcribitur. TAYLOR.

8. καὶ τὲ καθισάναι — δεῖν.] Forte δεισθαι. WOLFIVS.

14. ἀδὲ τοῖς ἄλλοις τῶν νόμων ἐώντων.] Sub. ἐναντία νομοθετεῖν, ἀπὸ κοινῦ. WOLFIVS.

15. ἕνεκα ἀναιδείας.] ἅτως ἀναιδὴς ὤν. WOLF.

19. τῦτον — καταψηφίσασθαι.] *H. Steph. Theſ. Gr. L.* T. IV. col. 732. dubitat de iſta conſtructione, amplexus potius, quod adſcriptum reperit ex Vet. Cod. auctoritate margini exemplaris, τουτου ſc. Ita etiam Editt. *Man.* et *Felic.* cum MStis quibusdam. TAYLOR.

22. θατέρῳ.] Semper auſculto libris his melioribus, *Ven. Bar. Aug. Vind.* Hi autem pro θατέρῳ, θατερον. Vide ergo, annon haec noſtra praeſtent! ὡμολόγηκε γὰρ θάτερον, τῷ προτέρῳ νόμῳ ἐναντίον τόνδε τιθεὶς, ἀδικεῖν. *Cum duas aduerſas leges ſuaſerit*, in altera certe *peccauit*. TAYLOR.

722. 8. ἀδὲν.] Videntur deeſſe Coniunctiones: μεγάλα μεν ἠδικηκότων ὑμᾶς, ἀδὲν δε προσηκόντων αὐτῷ. WOLFIVS. Vel potius cum *Ven.* ὑπὲρ μεγάλα ἠδικηκότων ὑμᾶς, καὶ ἀδὲν προσηκόντων αὐτῷ. TAYLOR.

722. 12.

722. 12. *πάντας ἂν.*] Reſcribe, vt ſcribunt Codd. *πάντας ἂν υμας ὁμολογῆσαι.* TAYLOR.

vlt. *ἔχῃ.*] *εχοι Bar.* et *Vind.* Melius. Vide modo 720. 1. TAYLOR.

723. 4. *ἐφ' ὑμῖν κεῖται.*] Lego et hic contra Codicum conſenſum: *ἐφ' υμας, τετέχι καθ' ὑμῶν*, et, *ἐπὶ βλάβῃ τῇ ὑμετέρᾳ.* [Et alibi] Malim *ἐφ' υμας, τετέχι καθ' ὑμῶν, ἀλλὰ μὴ ἐν τῇ ἐξουσίᾳ ὑμῶν.* WOLFIVS.

Ibid. O. certe l. et s. et impreſſi *ὑμῖν*, niſi quod *Vindob.* ſolus *ἐφ' υμων* legat. Ex quo conſenſu iudico, iſtam conſtructionem cum *Wolfiana* ſententia plane conſentire poſſe. Vide ad *Ariſtocrateam* 665. 15. TAYL.

5. *ταύτην.*] *αυτην Ven. Bar. Aug. Ital.* et *Vindob.* Idque, vt ego ſtatuo, rectius. *Scripturam hanc*, Wolfius. Quod pro nihilo habeo. *Age, cape libellum ipſum accuſatorium, the Indictment.* Nam in eo continebatur *αὐτολεξεὶ* Lex Timocratea, quae iam in iudicium deducitur, et quam hic poſtulatur Scriba recitare. Vt olim pleniſſime confirmaui ad *Ariſtocrateam* 627. 23. TAYLOR.

11. *δωδεκατῃ των προεδρων.*] Supra p. 712. 18. *τῇ δωδεκάτῃ τῆς Πρυτανείας.* WOLFIVS.

Ibid. Et hic quoque id eſt reſcribendum. Nam cum ex Codd. noſtris alii poſt *δωδεκάτῃ* eas voces inſinuent, alii loco *τῆ τῶν προέδρων*, ita legant, hoc poſtremum arbitror potiſſimum ab Auctoris manu eſſe profectum. Nam *δωδεκάτῃ τῶν προέδρων* in monumentis antiquorum reperiri vix poſſe credo, tum autem porro, iſtud *δωδεκάτῃ τῆς πρυτανείας τῶν προέδρων* monſtri eſſet ſimillimum. Sit hoc ergo primum. Deinde: vocem *πρυτανείας*, quae et in contextu hodie inuenitur, eam eſſe ipſiſſimam vocem contendo, quam hodie quaerimus. Qua ad propriam ſedem reuocata, concordabunt omnia cum exemplo, quod praeceſ-

praeceſſit, 712. 18. Nempe ita conformabitur: Επὶ τῆς (Ita enim Codd. non δὲ) Παυδιονίδος πρώτης, δωδεκάτη τῆς πρυτανείας, ἐπεψήφισεν Αριστοκλῆς, caetera. Porro autem male hic Wolfius: *primo ſenatus conuentu.* Prima enim vniuscuiusque manipuli ſiue Prytaneas Concio die Prytaneas, non 12. ſed 11. vti olim vidimus, ſolita erat haberi. TAYLOR.

723. 11. επεψηφισεν.] *Cenſuit* Wolfius, errore craſſo, et, quod putidius eſt, crebro. Vide doctiſſimum *Iurinum* ad 717. 22. TAYLOR.

23. ἀποκρυψάμενος.] Ita *Bar. Reg. α. Bodl. Obſop. Vindob. Aug. Lindenb.* et Editt. *Manut.* et *Felician.* In nonnullis ἀποκρεσάμενος. TAYLOR.

724. 4. προτετιμημένον.] Hoc abſolute, vt aiunt, poſitum exiſtimo, et recte ſcribi. προτετιμημένῳ Edit. Morel. προτετιμημένων *Ven. Ital. Vind.* Neutrum probo. TAYLOR.

14. τὰς ἐξεληλεγμένας ἀδικοῦντας.] ἀντὶ τοῦ ὅτι ἀδικοῦσιν. ἐξελέγχομαι ἀδικῶν. ἐξελεγχόμενος ἀδικῶν. WOLFIVS.

18. ᾧ νόμος ὀλιγαρχίας διαφέρει.] Lego: ᾧ δῆμος — διαφέρει, τουτέστι δημοκρατία. WOLFIVS.

Ibid. Laudo id vehementer, et puto eſſe verum. Tametſi vulgata ſcriptura diu inueterauerit, ſi ad hunc locum ſpectent (et ſpectare arbitror) verba iſta Scholiaſtae ad *Ariſtid. Panathen.* init. μαρτυρεῖ δὲ καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτης, νομον καλέσας τὴν πολιν. TAYLOR.

19. νόμων.] Reſtitui ex *Bar. Lind. Aug.* et impreſſis, *Manut. Felic.* et *Paris.* Vulgo νόμον. In ſequentibus v. 20. plenius, σώφρονες, καὶ ελευθεροι, καὶ χρηστοὶ iuxta *Bar. Aug. Vindob.* et Edit. *Benenati.* TAYL.

725. 6. καίτοι ἐχρῆν αὐτὸν.] ἐχρῆν αὐτὸν νομοθετῆσαι, προσιμᾶν μηδενὶ δεσμῷ, ὃς ἂν καθιστῇ ὑμῖν ἐγγυητὰς· μὴ ποιεῖν (Malim ἀλλα μὴ ποιεῖν) τηνικαῦτα

καῦτα τὴν ἐξεγγύησιν, προλαβόντα (ἐπειδὴ πρὸλαβεν ὁ Τιμοκράτης) ὑμᾶς κ. τ. λ. WOLFIVS.

725. 10. ἁλωκότα.] ηλωκοτα, ἢ εαλωκοτα. WOLFIVS.

Ibid. ἑαλωκότα legitur in Edit. *Lutet.* ἡλωκότα *Reg. α. Vind. Lind. Obſop.* et *Felic.* TAYLOR.

15. τὰς ὑπὸ τῶν.] Melius τὰς τῶν ὁμωμοκότων γνώσεις, abiecta praepoſitione, quemadmodum habent *Scholiaſtes*, et Cod. *Vindob.* TAYLOR.

23. ἃ δίκαια.] ἃ δη καὶ ὡρίσατο MSS. *Ald. Man.* et *Felician.* cum margine *Benenati.* TAYLOR.

726. 18. ἔδει ἂν εὕροιτι ἄλλο.] Aut εὕροιτις, aut ευροιτε legendum. WOLFIVS. Similiter adnotatum reperitur in marg. *Pariſienſi.* TAYLOR.

20. Εἶτα.] Verte: *Deinde quomodo ſcripſit poſtea?* CONSTITVENDOS ESSE etc. TAYLOR.

23. ἀφήρηται.] Potius υφηρηται. Quaſi ſubdole et callide id fieret. Iubent id *Bar. Ven. Reg. α. Lind. Aug. Vind. Obſop. Ital.* cum MStis *Man.* et *Felic.* Idque *Wolfio* placere video. TAYLOR.

Ibid. τῶν δὲ ὁσίων, ὁπόσων.] Lego per ο μικρὸν, οποσον. Ordo enim hic eſt: ἀφήρηται τὸ ἥμισυ τῶν ὁσίων, ὁπόσον διπλασιάζεται. WOLFIVS.

24. ὁπόσων.] *quae* Wolfius. Potius: *quaecunque.* Nec enim omnis pecunia publica iubebatur dupla ſolui, ſed ea ſolum, quam priuati per annum integrum retinuiſſent. IVRIN.

727. 4. νῦν δ' ἐν τῷ γράψαι.] Lege potius: νῦν δε τῷ γράψαι, vt *Bar. Lind. Aug. Ital.* et *Vind.* TAYL.

8. ἁπλῶν ὅσις ὤφλησεν.] Malim ο τις. WOLFIVS. Atque ita margo *Benenati.* MSS. *Ald. Ven. Lind. Vindob.* TAYLOR.

12. παρὰ πάντα τὸν νόμον.] F. παρὰ παντας τους νομους. Sin illud placet, expone ἐν παντὶ τῷ νόμῳ, *tota lege nihil aliud agens, niſi vt ſontes conſeruentur et*

tur et damnati a vobis. WOLFIVS. Cum *Wolfio* consentit optimus *Vindob.* TAYLOR.

727. 12. *Contra omnes leges*, Wolfius. Immo: *per totam legem*, a prima syllaba ad vltimam. Vid. pag. 734. 22. IVRIN.

17. ἀπαλλάξωνται.] Forte απηλλαξονται, τῷ μετ' ὀλίγον μέλλοντι, aut certe απαλλαξονται per ο, priore futuro medio. Sub. οἱ ἐγγυηταὶ ἐσόμενοι, *qui, vbi vos eos improbaueritis, discedant?* Aut απαλλαξονται. Sub. οἱ κατασήσαντες τὸς ἐγγυητάς, vt sit mutatio numeri: *quos vbi vos improbaueritis, liberetur?* Sub. *damnatus.* Sed hic calumniatorem agere videtur Orator. Neque enim liberabitur, nisi approbatis a populo vadibus ex lege Timocratis. WOLFIVS.

Ibid. Haec certe intelligo parum: neque vno piaculo procurari possunt. απαλλαξονται *Ald.* marg. *Benenati.* απαλλαξεται *Ven. Lind. Ital.* απαλλαξετε *Bar. Bodl. Aug.* et *Vind.* Ego praefero *Aldina.* TAYLOR.

21. ὅταν βέλητε.] Non quidem haec verba Legis sunt, sed quia nullum certum tempus adscriptum est, abusus obscuritate verborum argutatur. WOLF.

728. 9. λαβεῖν.] τιμωρίαν λαβεῖν recte quis dixerit: at τὄνομα τιμωρίας, non ita. Abest ergo λαβεῖν ab optimis exemplaribus, *Bar. Bodl. Reg. α. Lind. Aug. Ital. Vind.* TAYLOR.

729. 10. τιμῶντας.] Haud scio, an aliud verbum desideretur. Neque τιμωμενους, neque εισιοντας placet. WOLFIVS.

19. πεζάς.] πεζικας *Bar. Reg. α. Aug. Vind.* Testes certe fide digni. Audi tamen *T. Magistrum.* πεζη στρατιὰ λέγε, ὡς Δημοσθένης, καὶ πάντες, καὶ μὴ πεζικη, ὡς Θουκυδίδης — ποιητικώτερον γὰρ τὄτο. TAYLOR.

26. καταγιγνώσκετε δεσμὸν τῶν ἀκοσμέντων.] Ferri potest καταγινώσκω σὲ δεσμᾶ, et σᾶ δεσμόν. WOLF.

730. 14.

730. 14. θήσεσθε.] θησετε Codd. credo, omnes. Et nescio sane, quo casu dicam? an consilio, ita ediderit *Wolfius*, vti edidit. Nam si Grammaticis fides, lectio ista non contemnenda. τιθησι καὶ τιθενται διαφέρει. Τίθησι γὰρ τὸν νόμον ὁ νομοθέτης· τίθενται δὲ τὸν νόμον οἱ δικάζοντες καὶ αἱρούμενοι. Ammonius. Atque iterum: Τίθεται νόμον καὶ Τίθησι διαφέρει. Τίθησι μὲν γὰρ ὁ εἰσφέρων· Τίθεται δὲ ὁ κυρῶν. TAYL.

731. 3. ὁ ποιῶν.] In *Obsop.* et *Felic.* ita, et forte integrius: οὗτός ἐσθ' ὁ νόμος ο διοικων και ὁ ποιῶν προσευπορεῖσθαι. Cod. *Lind.* retinet ὁ διοικῶν, et illud alterum dissimulat. TAYLOR.

9. πολλῶν.] F. πολλῳ. TAYLOR.

11. κυρία.] Non necesse est, hic recensere omnes Codd. varietates. Sufficit, vt ostendam, saniores hanc lectionem, id quod res exigit, tueri. τὰ δὲ προσκαταβλήματα τοὺς μὴ τιθέντας, κυρία ᾖ μηδε ἡ βουλὴ, μηδὲ τὰ δικαστήρια δῆσαι. TAYLOR.

25. τὰς πράξεις κατὰ τοὺς ὑπάρξοντας.] F. τὰς πράξεις ειναι: nisi malis κατ' ἐπεξήγησιν accipere; προσγράψαι τοῦτο, τὸ τί; τὰς πράξεις. WOLFIVS.

Ibid. καὶ εἰ κατά τινων.] καὶ εἰ εἴρηται ἐν ἄλλῳ τινὶ νόμῳ ἢ ψηφίσματι. τὸ τί; τὰς αὐτὰς πράξεις εἶναι κατά τινων (ὅτι ἔξεστιν εἰσπράττειν τινὰς) ὧν ὀφείλουσιν (τούτων ἃ) ἃς περὶ τελωνῶν (αἵπερ εἰσὶ περὶ τελωνῶν) καὶ τὰς πράξεις εἶναι κατὰ τούτων κατὰ τοὺς ὑπάρχοντας νόμους. Videant rudiores, ne ordinis immutatione et earundem vocum inculcatione perturbentur. WOLFIVS.

732. 19. δεσμον.] L. δεσμου. Ita *Man. Fel. Lind. Obsop. Ital.* Ita Noster constanter: 712. 19. Εἴ τινι — προστετιμηται κατὰ νόμον, ἢ κατὰ ψήφισμα δεσμου. Et 713. 10. εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων δεσμου προστετιμηται. Et 715. 11. εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων δεσμου προστετιμηται. Et 719. 18. ὅσοις δεσμου προστιμαται. Et 745. pen. οὐκ ἂν οὖν ἐξῆν δεσμου τιμησαι. Et 764.

19. εἴ

19. εἴ τινι προστετιμηται δεσμου. Et 765. 3 ὅταν οἷς τετιμηται δεσμου. — Similiter 733. 15. ἐὰν δὲ αργυριου τιμηθῇ. TAYLOR.

732. 21. οφλη.] Quidam Codd. αλλω. Puto varietatem lectionis esse αλῳ. Atque ita rescribit *Aug.* quod et Tu fortasse rescribes. TAYLOR.

26. ἀποκρύψομαι.] αποτρεψομαι Codd. *Ven. Lind. Obsop. Aug. Ital. Vind.* Vide supra 700. 11. Porro locum hunc memoria fretus videtur *Hermogenes* citare, cap. περὶ αὐθάδων καὶ τολμηρῶν διανοημάτων, hoc modo: ὁμολογία δὲ τῆ τολμήματος, ὡς ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτες· και γαρ ει φορτικος ο λογος ειναι δοκει, ομως ερω· αποκτειναντε αυτον, ινα τοις ασεβεσιν εν ᾅδου θῃ τουτον τον νομον. TAYLOR.

733. 4. αυτο λαβῃ.] Rectius fortasse απολαβῃ. Ita *Bodl.* TAYLOR.

6. προς τοις επαιτιοις.] Vtrum καταδικάζειν πρὸς τοῖς ἐπαιτίοις, ἀντὶ τῆ τὲς ἐπαιτίες, ἢ τῶν ἐπαιτίων? WOLFIVS.

Ibid. Quid hoc *Wolfianum* sit, nescio. Scio autem, eum errare in vertendo: *vna cum adiutoribus:* et *Petitum* similiter, *quorum ope consilioque fecit.* Praeter mulctas, quae legibus definiuntur, (vti sunt hic actio in *duplum*, si quis rem furtiuam receperit, in *decuplum*, si non) eae, quae arbitrio Iudicum reseruantur, vocantur προστιμηματα et επαιτια. Et nescio, annon ad hanc ipsissimam legem respexerit *Pollux*, et verba Solonis in hac laudata, vbi ait L. VIII. C. V. §. 22. Τὰ μέντοι προσιμήματα Σόλων επαιτια καλεῖ. Coniunge *Harpocrationem* in Προσιμήματα. Εσι μέν τινα ἐν τοῖς νόμοις ὡρισμένα κατὰ τῶν ἀδικέντων — ἔσι δὲ καὶ ἄλλα, ἃ προσιμᾶται τὸ δικαστήριον. Vid. infra 736. 12. et *Herald. Animadv.* III. 3. TAYLOR.

Ibid. ποδοκακη] Legendum ποδοκακκη. Vide, quae adnotauimus ad *Lysiam c. Theomnestum*, p. 356. Not. 43. TAYL.

733. 8. προστιμασθαι δε τον βουλομενον.] Vtrum πλείω τίμησιν ἐπιφέρειν? WOLFIVS.

Ibid. Recte rem reputauerit. Male ergo et hic et alibi *cenſere* vertit: cum ſit poenae quaſi cumulus, poena addititia. Vide, quae Nos modo ad v. 6. TAYLOR.

9. εαν δε τις.] Incipit Lex noua, a priori, id neſcius ne eſſes, reſecanda. TAYLOR.

10. προειρημενων αυτῳ των νομων.] Forte: προειρημένον (Αττικῶς, ἀντὶ τῷ προειρημένῳ, τὸ ἐπειδὴ προείρηται αὐτῷ) ὑπο τῶν νόμων. τὸ τί; εἴργεσθαι Sub. τόπων τινῶν, οἷον ἀγορᾶς, ἱερῶν. Hoc malo quam exponere paſſiue [ſic] ἀντὶ τοῦ, προειρημότων αὐτῷ τῶν νόμων, εἴργεσθαι. WOLFIVS.

Ibid. προειρημένων αὐτῷ τῶν νόμων lectio eſt omnium Editionum, et MStorum fere. quam bono conſilio ſuſtulit *Wolfius*. Conſentit propemodum marg. *Benenati* προειρημενου αὐτῷ υπο τῶν νόμων. Nequa enim multum intereſt, an ita, an cum *Wolfio* et *Lambino* προειρημένον legas. Verum cum ὑπὸ in omnibus puto, Codd. deſit, melius eſt, vt cum *Salmaſio de M. V.* pag. 774. ita emendemus: προειρημένον αὐτῷ τῶν νομιμων εἴργεσθαι. Hominem vide. Et ſane praeſtat. Ita ſcripſit Notter in *Ariſtocratea*, τῶν νομιμων εἰργόμενον 634. I. v. Petit. nou. edit. p. 243. TAYLOR.

12. αυτον.] Deeſt in *Vindob.* δησάντων αυτον ο ἕνδεκα, καὶ εἰσαγόντων εἰς τὴν Ηλιαίαν. TAYLOR.

18. ὁ μέν γε καὶ τὸς ὄντας etc.] Vertit Wolfius *ille probiores facit, tum eos, qui ſunt improbi, tum eos qui futuri ſunt.* Recte, ſi tollas τὸ *improbi*, quod faciendum puto, quamuis *Vlpianus* ipſe aliter cenſeat. IVRIN.

26. τὸς τῷ γήρᾳ] Manifeſte legendum ἀλλὰ τοὺς νομους τὸς τῷ γήρᾳ βοηθὸς λυμαίνη. IVRIN.

Ibid. ἀλλὰ τὸς τῷ γήρᾳ βοηθὸς νομους λυμαίνη *Bodl.* TAYLOR.

734. 4

734. 4. καθ' ὑμῶν.] καθ' ημων puto. Nam durum videtur, in eadem sententia et Reum et Iudices alloqui. IVRIN.

Ibid. ἡμῶν *Ald. Ven. Bar. Lind. Ital.* et *Vindob.* TAYLOR.

5. ἀπολογήσασθαι.] Lego per ι, παρὰ τὸ ἀπολογίζομαι, τὸ ἀπαριθμῶ, non παρὰ τὸ ἀπολογῶμαι. βέλομαι ἀπολογίσασθαι ὑμῖν ἐμαυτὸν πεποικότα (ὅτι πεποίηκα) ἃ ὑπεσχόμην ἐν ἀρχῇ τῆς λόγου. WOLF.

Ibid. Ita *Lambinus* quoque, et recte. TAYLOR.

14. ἐφαίνετο τότε.] Malim ἐφαινεθ' ὁ τότε, sc. νόμος. IVRIN.

Ibid. Recte. Ita sine litura *Vindob.* Alii etiam Codd. articulum agnoscunt, hoc pacto: ἐφαίνετ' ὁ. TAYLOR.

22. ἀδικῶν.] Ita dedit *Wolfius.* Impressi tamen et MSti ἀδικεῖν, vel (quod pro eo mendose exaratur) ἀδικεῖ. TAYLOR.

pen. τὸ.] Forte τῳ — μὴ ποιήσασθαι. ὅτι ἐκ ἐποιήσατο. WOLFIVS.

735. 1. τῷ ἀπειρηκότι — εἰσφέροντι.] τῷ εἰσφέρειν. ἐγὼ ἀπείρηκα εἰσφέρων. ἐμοῦ ἀπειρηκότος εἰσφέροντος. καὶ τἀ λοιπὰ καθ' ὁμοιόπτωτον. WOLFIVS.

Ibid. Satius hoc multo, quam quod arridere *Lambino* video, τῷ ἀπειρηκότι, τῳ τὰ ἑαυτοῦ χρήματα εἰσφέροντι. TAYLOR.

11. κατὰ νόμους γενόμενος.] κατὰ τους νόμους. WOLF.

Ibid. Immo κατὰ δήμους. Ita exhibent hunc locum *Bar. Ven. Bodl.* marg. *Benenat. Lind. Obsop. Aug. Ital.* cum *Vpiano.* Ita quoque legit *Harpocratio:* Κατὰ δήμους δικαστάς. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους. Περὶ τῶν κατὰ δήμους δικαστῶν, ὡς πρότερον μὲν ἦσαν τριάκοντα, καὶ κατὰ δήμους περιιόντες ἐδίκαζον, εἶτα ἐγένοντο τεσσαράκοντα, εἴρηκεν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ πολιτείᾳ. Iudices erant pedanei, qui in

pagis de peregrinitate iudicabant. Vide *Poll.* VIII. 5. et quae diximus ad *Aeſchin. c. Timarch.* 129. Not. 76. Errant, qui haec de XL viris intelligunt poſt ſublatum XXX viratum conſtitutis. TAYLOR.

735. 14. τοῖς τοιούτοις.] Cod. *Auguſtanus* ita: — εἶναι, φαίνεται τούτους ἐχ ὅπως ἀσφαλῶς κακουργήσωσι παρασκευάζων, ἀλλ' — TAYLOR.

pen. ει μεν τις.] Complures leges, ſiue compluria legis Capita in hoc ambitu orationis video contineri:

Ει μεν τις μεθ' ημεραν κ. τ. λ. pen.

Et:

τῷ αλοντι 736. 3.

καὶ Ει τις γ' εκ Λυκειου v. 6.

Et:

Ει τις την ιδιαν δικην v. 11.

Ita enim demum concludit: καὶ τουτων ὀλίγῳ πρότερον ἠκούσατε των νομων. TAYLOR.

736. 3. τῷ δ' αλοντι, ων αι απαγωγαι εισιν.] ἁλόντι τούτων (διὰ ταῦτα), δι' ἃ ἔξεστιν ἀπάγειν εἰς τὸ δεσμωτήριον, ἢ παραδῶναι τοῖς ἕνδεκα, τουτέστι, τῷ κλέπτῃ. WOLFIVS.

Ibid. Vide *Salmaſium de M. V.* pag. 775. *Vlpianum* ad hunc locum, et *Petit. LL. Attic.* L. VII. Tit. V. TAYLOR.

8. εκ των γυμνασιων.] Nam ob loci celebritatem, populique frequentiam, et quia nemo, dum lauat, vngitur, luctatur, aut quoquo demum modo ſe exercet, fures (λωποδύτας vocant) a veſtimentis, quae depoſuit, facile arcere poſſit: ob haec, inquam, ibi furta et facillime committi et aegerrime deprehendi poterant. De Furibus Balneariis vide *Victor. Var. Lect.* VII. 17. *Caſaubon. ad Theophraſt. Charact.* p. 81. Edit. Needham. *Alciat. Parerg.* II. 38. *Cuiac. Obſeruat. et Emend.* V. 8. *Marq. Freher. Parerg.* ſeu *Veriſimil.* l. II. c. 12. *Muret.* ad iſtud *Catulli* Carm. 30.

O Fu-

O Furum optime Balneariorum.
Inde ſerior aetas iis rebus cuſtodes adpoſuit, quos *capſarios* vocant. *Aduerſus capſarios quoque, qui mercede ſeruanda in balneis veſtimenta ſuſcipiunt, iudex eſt conſtitutus: vt ſi quid in ſeruandis veſtimentis fraudulenter admiſerint, ipſe cognoſcat.* l. 3. §. vlt. de Offic. Praef. Vig. *Siue balneator fuerit, velut in quibusdam prouinciis fit, in balneis ad cuſtodienda veſtimenta conducta habent mancipia.* l. 4. §. 2. D. de his, qui not. infam. TAYLOR.

736. 13. δεσμον.] Immo potius δεσμᾳ: ſi vera ſint ea, quae dixi ſupra ad 732. 19. TAYLOR.

25. μηδ' ὁτιῶν ἐπιτίμιον.] μηδ' ὁτιῶν δ' ἐπιτίμιον. WOLFIVS. Deerat enim in aliquibus. TAYLOR.

737. 10. τᾷ νόμᾳ] Nonnulli habent, idque melius, τατᾳ τᾷ νόμᾳ, *Bar. Bodl. Lind. Obſop. Aug.* cum impreſſis a *Manutio* et *Feliciano.* TAYLOR.

20. ὅταν γὰρ ᾖ κ. τ. λ.] ὅταν ᾖ. Sub. τὸ πρᾶγμα, ὥϛε δεῖν ἀποφαίνεϛθαι, hoc eſt, ὅταν ᾖ ἀτίμητος ἡ δίκη, μὴ ὡρισμένης ἐκ τῶν νόμων τῆς ζημίας. WOLFIVS.

Ibid. ὅταν γὰρ ᾖ το τι χρὴ παθεῖν *Bar. Lind. Ital. Aug.* οτῳ τι χρὴ etc. *Vindob.* TAYLOR.

738. 7. τὰ δ' ὅσια, ἃ ἐγίγνετο ὑμέτερα.] Hic vides τὰ μὲν ἱερὰ, τὰ τῶν θεῶν, τὰ δ' ὅσια, τὰ τοῦ δήμᾳ καὶ τὰ δημόσια dici. Quid ἡ ὁσία καὶ τὰ ὅσια ſignificent alias, non eſt ignotum. Heſychius: Οσίη, θέμις. Οσιος, γνήσιος, καθαρὸς, δίκαιος, εὐτεβὴς, εἰρηνικὸς, ἁγνός. Item Οσιον, τὸ μὴ θεῖον, ἀλλ' ἀνθρώπειον, ἀπὸ τῆς ἔσεως, τὸ ἐφειμένον, καὶ μὴ ἀπηγορευμένον. Vbi *Timocrateam* citat. WOLFIVS. Vide ad 703. 1. TAYLOR.

14. τῆς νίκης.] Vide *Valeſium* ad *Harpocrat.* pag. notarum 183. TAYLOR.

15. αὑτοῖς.] εν αὐτοῖς vel ἑαυτοῖς libri optimi, *Bar. Aug. Vind.* Proxime, v. 16. ἀπόλοιντο reſtitui-

mus ex *Bar. Ven. Bodl. Lind. Aug.* ex Editis *Par. Man. Fel.* pro vulgato ἀπώλοντο. Cod. *Vindob.* ἀπόλωνται. *Ital.* ἀπώλοιντο. TAYLOR.

738. 26. τοῖς δ' ὑφαιρεμένοις.] Malim τῶν δ' ὑφαιρεμένων — καὶ ἱεροσυλεντων, ob verbum ἀφεῖλεν. ἀφαιρῶ σε τοῦτο, ἢ ἀφαιρῶ σε τοῦτο, ἢ ἀφαιρῶ σε τούτε. Omnia vitiatiora, quam ἀφαιρῶ σοι τοῦτο, Latina conſtructione. WOLFIVS.

739. 6. ἐπὶ.] κατα marg. *Lutet.* Vnde *Wolfius*, vel τὰ κατα τε πληθος, vel τὰ επι το πληθος. TAYL.

8. κωλύετε.] Legendum λυετε. τὰ νενομοθετημένα ἃ λύετε. Ex auctoritate Codd. complurium, *Bar. Lind. Obſop. Ven. Reg. α. Ital.* Atque ita, ſi per mendum ſcriptoris liceret, *Vindob.* ἃ λύεται. Modo, v. 9. ποιησειεν cum praeſtantiſſimis, *Bar. Aug. Vind.* TAYL.

22. αὐτοῖς ἕκαστος.] Melius cum MSS. αυτων εκαστοις. Et ea eſt ſententia doctiſſimi *Obſopoei*, auctoritatem ſui Codicis tutantis: „Ita,„ inquit ille, „legendum eſſe praecedentia verba confirmant. *Quin* „*etiam multitudinem vituperant, quod* ipſis ſingulis *ſit* „*conſcia.*„ TAYLOR.

23. ἐν τῇ πενίᾳ καὶ νεότητι.] Scripſit, puto, Orator καὶ σπανιοτητι. Quod melius quadrat cum ſuperiore v. 20. ἐκ πενήτων πλέσιοι. IVRIN.

Ibid. δεινοτητι in exemplaribus quibusdam, puta, in *Ald.* et *Paris.* in MSS. *Man.* et *Felic.* TAYLOR.

24. αἰσχρὸν] Alii enunciatiue, hoc pacto: Αλλὰ, νὴ Δία, αἰσχρὸν ἴσως αν ἦν Ανδροτίωνα δεδέσθαι. *Ven. Lind. Vindob.* TAYLOR.

vlt. πότερα ἃ πατρῴων] Malim πατριον. WOLF.

740. 3. καὶ ἐκ ἀφεθέντα.] Annon potius, vti *Bar. Ven. Reg. α. Ital.* et *Vind.* ἀποδράντα, ἀλλ' ἐκ ἀφεθέντα? TAYLOR.

9. ἐστὶν.] Malim ην, quia ſequitur ἔμελλεν. WOLFIVS.

740. 20.

740. 20. ἦν.] Hic viciſſim reponendum ſuadeo ἐστιν. Ita etiam *Bar. Ven. Aug.* et *Vindob.* TAYLOR.

741. 13. τιμωρήσασθαι.] Locus flagitat μὴ τιμωρήσασθαι. Atque ita reſtitue mecum, ex *Ven. Obſop. Bodl. Lind. Aug.* et *Vind.* Editis autem, *Man.* et *Felic.* TAYLOR.

20. ἕως ἂν τῶν ψευδομαρτυριῶν ἀγωνίσωνται.] ἕως ἂν ἐπισκήψωνται τοῖς μάρτυσιν, ὡς καταψευσαμένοις αὐτῶν. Sic paulo poſt, v. 23. διακρεσθῆναι τῆς τιμωρίας, eadem conſtructione, ἀντὶ τε ἀποτεθῆναι. WOLFIVS.

742. 12. Θρασύβυλον τὸν Κολυττέα.] Caue confundas hunc Thraſybulum cum illo libertatis Athenienſium aſſertore celebri, qui dicebatur Θρασύβουλος ὁ Λύκε Στειριεύς. Hic tamen, de quo hoc loco agitur, fuit etiam de numero eorum, qui contra XXX Tyrannos pugnauerunt, e Piraeeo prodeuntes, et forte fuit Θρασύβυλος ὁ Θράσωνος, Alcibiadis inimicus, de quo *Plutarchus* in *Alcibiade*. PALMER.

Ibid. V. C. *Antonius Gallandius* emendat Κολλυτέα, *non ſolum*, vti ait, *ex marmoribus antiquis*, *ſed etiam aliquot bonae notae Auctoribus*, *vti* Heſychio *et* Strabone. Vide *Iac. Gronou. Memoriam Coſſonianam.* p. 32. TAYLOR.

16. Αργύριον.] Αγυριον *Reg.* α. Ita fere *Harpocratio*, (nam huc reſpicit) Αγυρριος. δημαγωγῶν ἕτος ἐκ ἀφανής. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτες. Lege omnino *Valeſium* ad locum, iterumque ad v. Θεωρικά. *Meurſ. Attic. Lect.* VI. 4. TAYLOR.

21. οἰκήματι.] *domicilio plebis*, Wolfius. Verte: *ergaſtulo*. Vide *Comment. ad Marmor Sanduic.* p. 59. TAYLOR.

23. καὶ ἐπ' ἐκείνῳ Καλλίστρατος.] καὶ Καλλίστρατος δυνάμενος (δυνατὸς ὢν) οὐκ ἐτίθει νόμους ἐπ' ἐκείνῳ. WOLFIVS.

743. 21. παρ' ὀλίγας ψήφους ἠτιμώσατε.] *Paucis ſuffragiis euaſit, quo minus ignominia notaretur.* WOLF.

24. ὑπὸ τῶν αὐτῶν.] ὑπὸ τουτου *Bar.* et *Vind.* TAYL.

pen. Λοκροῖς.] Vide σχ. *Hermog.* pag. 28. *Menag. ad Laert.* pag. 33. *Valeſ.* ad *Harpocr.* v. Ετερόφθαλμος. Adde Stob. Serm. 37. ex Hierocle, item ſerm. ſiue tit. de Legg. de Conſuetud. TAYLOR.

744. 14. καὶ ἀ χρημάτων τιμήσεως ἀδεμιᾶς.] In fine deſiderari videtur verbum ἀπολύεσθαι, cui forte excidendi cauſam dedit ſimilitudo ſequentis, ἀπειλῆσαι. IVRIN.

25. ὅσοι μῆνες.] Sicut ὅσαι ἡμέραι, pro quo ὁσημέραι plerumque dicitur. WOLFIVS.

745. 4. ἐκ ἂν φθάνοι — δηλεῦον.] τὸ πλῆθος ὡς τάχιστα δηλεύσει τοῖς ῥήτορσι. Notetur haec Phraſis. Alias fere additur καὶ, vt in *Euagora*; ἐκ ἔφθησαν πλησιάσαντες ἀλλήλοις, καὶ περὶ πλείονος ἐποιήσαντο σφᾶς αὐτὰς ἢ τὰς πρότερον οἰκείας ὄντας. WOLFIVS.

7. πολλὰς τὰς ἀσελγεῖς εὕρητε.] F. πολλὰς ἂν. Alias malim εὑρησετε. WOLFIVS.

Ibid. εὕρητε quidem in Editorum quibusdam. MSS. tamen praeſtantiores εὑρησετε, vt *Wolfius*, ſc. *Reg.* α. *Aug.* etc. TAYLOR.

26. ὅτε γὰρ.] L. ὅτε γὰρ ἂν et caetera. Ita recte habent *Bar.* et *Ital.* TAYLOR.

pen. ἐκ ἂν ἓν ἐξῆν δεσμῷ τιμῆσαι.] Coniunge τιμῆσαί τινι δεσμῷ, et 746. 1. ἡ ἀπαγωγή. WOLFIVS. Nam in Editis erat ἡ ἀπαγωγή. Conſentit *Lambinus*. TAYLOR.

747. 2. καὶ τῶν ἐννεα ἀρχόντων.] Locus hic explanatione videtur adprime indigere. Munera, quae obirent Athenis, erant, vt ſolet fieri, natura et conditione ſua admodum diuerſa. Quaedam enim dignitatem quandam et auctoritatem continebant; quaedam miniſte-

miniſterium tantum et officium merum. Attamen, ſi ex multis locis coniectare licuerit, vtraque ἀρχαὶ vocabantur. Ait ergo: *Neminem ſinam aliquod officium gerere, priusquam de alio olim geſto rationes retulerit, ſiue id officium* maioris *ordinis ſit, quale eſt munus* IXuirorum, *Hieromnemonis ſiue Legati ſacri, eorumque denique, qui eodem die cum* IXuiris *creantur; ſiue id* inferioris, *vti Praeconum, caeterorumque.* Verum his expeditis, quid cenſendum eſt de ſalebroſis iſtis, κήρυκος, καὶ πρεσβείας, καὶ συνέδρων, quae *Wolfius* vertit: *ſiue praeco, ſiue legatus, ſiue aſſeſſor?* Quaſi *legatus* inter miniſtros publicos recenſeretur, aut, poſtquam voce κήρυκος praeconem deſignauerat, legatum, τὸν πρεσβευτὴν, per πρεσβείας deſignaret! Nihil minus. Praecones duplices erant: aut enim legatis in legationibus adparebant, aut magiſtratui in concionibus. Hos nimirum vtrosque complectitur, κήρυκος πρεσβείας ſc. et κήρυκος συνέδρων. Vide *Vlpianum*, qui ita ſentit. TAYL.

747. 13. καὶ επαρασθαι] Felicianus επαρατα. Puto legendum: καὶ επαρωμαι ἐξώλειαν εμαυτῳ, καὶ οἰκίᾳ τῇ εμαυτου, εἴ τι τέτων παραβαινοιμι. Nam caetera omnia prima perſona καὶ αὐτοπροσώπως referuntur. Sed vbi hic, ἀδὲ δήσω Αθηναίων ἀδένα? *Demoſthenesne*, an *Timocrates*, legem corrumpit, hic omittendo, ille inſerendo? An potius a Librario verba quaedam omiſſa ſunt? Deinde v. 10. καὶ ἀκροάσομαι τῦ τε κατηγόρυ etc. quid ad Senatum? Videntur ὅ, τε βελευτικὸς καὶ ὁ δικαϛικὸς ὅρκος conflati in vnum, et ambo mutilati. τοιγαρῦν ὡς δυνάμεθα· δυνάμεθα δὲ, καθὰ γέγραπται. WOLFIVS.

Ibid. Multa hic admiſit *Wolfius* omnino animaduertenda. Conqueritur verba ἀδὲ δήσω etc. hic non comparere. Neque profecto comparere poterant, aut debuerant. Ideo adduxit hoc iusiurandum, vt oſtenderet, ea verba ibi *non* ineſſe. Atque ita poſt recita-

tam formulam ipse concludit v. 15. ἐνταυθοῖ ἐκ ἔνι, οὐδε δησω etc. Quid apertius? Fons et origo erroris est, quod existimaret ille, a *Demosthene* recitari iusiurandum βουλευτικὸν, qui tamen disertissime profitetur, se iusiurandum δικαστικὸν adducere: et profecto adducere ea de causa, qua modo dixi. Porro de mutatione ista personae, idem notatur a *Benenato*. Caeteri omnes Codd. et impressi, et MSti, constanter επαρεται (aut vt mendose in nonnullis επαρασθαι) — εαυτω — εαυτου — παραβαινοι. Perinde est, vtro modo legas: vtrinque vim eandem fortiuntur. Inde sunt verba *concepta*, eius, qui iusiurandum praestat, hinc ἐπεξηγητικὰ, Auctoris. TAYLOR.

748. 14. ἐὰν᾽ εἰ μήπω ἂν ἐκφύοι.] *nec si nondum exoriantur*. Forte ἐὰν᾽ εἰ μηποτ᾽, ἂν εκφυη. Quam lectionem in vertendo sum secutus. WOLFIVS.

749. 8. πολλοὶ τῶν πολιτευομένων.] Wolfius: *multi magistratuum*. Potius: *multi ex Rhetoribus*. IVRIN.

22. τῷ δὲ, εἰ πάρεισι.] παρέρχεται, ὑπακόει. WOLFIVS.

pen. δι᾽ ἃ.] Rectius ita, quam quod in plurimis Codd. inuenio, και δια τουτων ἐδὲν ἧττον ἐκείνῳ δικαίως ἂν μισοιτο. TAYLOR.

750. 2. καὶ πρῶτον μὲν ἐφ᾽ ᾧ μέγιστον φρονεῖ.] Vide haec eadem in *Androtiana*, p. 604. 24. sqq. WOLFIVS.

17. τοῖς μὲν κειμένοις νόμοις.] Addunt MSti *Ven. Bar. Lind. Aug. Ital. Vind.* τοῖς μὲν κειμένοις νόμοις περι τετων. TAYLOR.

751. 2. ἕνεκα τῶν ἄλλων.] F. τῶν ἀδυνάτων, ἢ ἀπόρων. Etsi nec hoc placet, nec τῶν ἀναλωμάτων ἕνεκα. WOLFIVS.

Ibid. Transponenda videntur haec verba, vt legas: χρῆν γὰρ, τῶν ἄλλων ἕνεκα, quod prius notauimus in Orat. c. *Androtionem*, pag. 608. 22. IVRIN.

751. 12.

751. 12. *πότε πώποτε δεινότερα κ. τ. λ.*] In *Androtiana* [p. 609. 3.] paulo aliter: *πότε πώποτε δεινότατα ἐν τῇ πόλει γέγονεν; ἐπὶ τῶν τριάκοντα, πάντες ἂν εἴποιτε.* WOLFIVS.

Ibid. *Wolfius* interpretatur hunc locum cum iis Codd. qui ita ſcribunt: *ἀλλὰ παρ' ἡμῖν πότε πώποτε δεινοτερα ἐν τῇ πόλει γέγονεν; ουδ' εὖ οἶδ' ὅτι ἐπὶ τῶν τριάκοντα.* At vbi veram lectionem deprehendit, nam veriſſima eſt, quam in textum admiſit, verſionem recudere et reformare neglexit. TAYLOR.

15. *ἀπεξεροῖτο.*] *απεξερατο* Editi, *Aldino* excepto, et Codd. quamplurimi. Ita pariter in ſimili loco apud *Androtianam*, p. 609. 5. TAYLOR.

16. *κατηγορεῖμεν.*] *accuſabamus.* Fortaſſe placere poteſt, quod *Bar. Lind. Aug. Obſop. Ital. Vind.* et *Felicianus*, *κατηγορουσι.* TAYLOR.

21. *ἐπὶ τῆς οἰκίας.*] [Ita *Ald.* aliique] Illic [ſc. in *Androtiana* p. 609. 11.] *ἐπὶ τας οἰκίας.* Sed et hoc ferri poteſt, vt *ϛέλλεσθαι ἐπ' οἴκε.* WOLFIVS. *τας* item MSti noſtri. Ita emendat *Kuhnius* ad *Poll.* L. VIII. C. IX. §. 102. TAYLOR.

23. *πολλ' ἀνηλωκὼς.*] Reſcribe *πολλα δ' ἀνηλωκώς.* Ex *Bar. Vind. Reg. α.* Confer *Androtianam* pag. 609. 13. TAYLOR.

752. 10. *τοῖς ἑαυτῶν.*] *ἢ τοῖς οἰκέταις τοῖς υμετεροις αυτων κέχρησθε.* Ita Editi et MSti meliores. TAYLOR.

Ibid. *καὶ μὴν.*] Lege: *καὶ μὴν εἰ θέλετε σκεψασθαι παρ' ὑμῖν αὐτοῖς.* Vti in Editis et MStis quibusdam legitur. Ita quoque Noſter *c. Androt.* p. 610. 2. TAYLOR.

753. 1. *περίϊασιν.*] Lego *περιωσιν*, quia praecedit *ὅπως.* WOLFIVS. Ita etiam Codd. *Bar. Aug. Vind.* alii. TAYLOR.

753. 4. ἐφ' ἑαυτὸς.] Desunt haec in plurimis: pergunt porro legere: εἶτα ταῦθ' ὑμεῖς ανεξεσθε ὑπὲρ ὑμῶν πεπρᾶχθαι. TAYLOR.

15. μὴ.] Potius vt *Aug.* et *Vindob.* μηδε. μηδὲ θελήσαντες ἀκῦσαι, quo modo vertit *Wolfius.* TAYL.

19. γὰρ.] Emendaui ex praescripto *Bar. Vind. Ital.* et Editionum *Par. Manut.* et *Felic.* Vulgo δε. Recte se habet *Androtiana* p. 613. 14. TAYLOR.

22. λελοιπότες.] Illa altera habet, o. l. consentientibus, ελλελοιποτες. Vti et hic habent *Aug.* et *Vind.* eodem quidem sensu, sed maiore longe proprietate. TAYLOR.

23. ἐθελησάντων.] μη ἐθελησάντων *Lambinus*, pariter vt in illa. Mox v. 24. in *Regiis* quibusdam videtur legi τὰ τῶν συμμάχων, sine praepositione. TAYLOR.

754. 10. ὅτι τότων μὲν μετέχουσιν.] Legendum videtur: ὅτι ουτοι, vel τοιουτοι. IVRIN.

12. ὑφηρῦντο.] Melius cum *Ven. Bar. Aug. Ital. Vind.* atque vt olim in illa altera *contra Androtionem* legebatur, υφαιρουνται, p. 614. 6. TAYLOR.

14. καὶ κατὰ μικρὰ] ἐν μικροῖς. Sed malim τὰ μικρὰ, quia sequitur v. 15. ἢ ὀλίγοις καὶ μεγάλα, non κατὰ μεγάλα. WOLFIVS.

Ibid. πολλοῖς καὶ τὰ μικρὰ Cod. *Vindob.* Similiter in *Androtiana*, p. 614 8. TAYLOR.

22. κατεγνωκέναι τὰ χρήματα τότων.] τὰ χρήματα, τὰ Ναυκρατιτικά. τότων, Ανδροτίωνος, Μελανώπυ, Γλαυκέτυ. Sed pro τὰ χρήματα fortassis legendum παραχρημα. WOLFIVS.

vlt. ὑμῖν αὐτοῖς χαρίσασθαι παρὰ τὸ δίκαιον.] Sic Isocrates: τὰ μὲν ἐκείνοις, τὰ δ' ἐμαυτῷ χαριοῦμαι. Loquitur autem de Naucratiticae pecuniae condemnatione, et non de exactione tributorum, de qua nullum

nullum iudicium interceſſit, ea re vltra priuatam indignationem non progreſſa. WOLFIVS.

755. 25. ἠξίες ὅσα πράττεις.] Malim σ' ἐπραττες. WOLFIVS.

Ibid. τῇ πόλει.] την πολιν marg. *Benenati*. Vide Orat. *c. Androt.* 615. 18. TAYLOR.

756. 2. προσγραψάμενος.] Ita edendum curaui, motus auctoritate *Bar. Aug. Lindenb. Vindob.* Editt. *Manut.* et *Felic.* et Codd. praeterea conſtantiae in *Androtiana*, vbi haec eadem leguntur, 615. 24. Vulg. προγραψάμενος. Marg. Lutet. γρ. περιγραψάμενος. TAYL.

4. καὶ μὴν etc.] Reſcribendum arbitror, καὶ μὴν, ὦ ἄ. A. σκέψασθε, ὡς καλὰ και κατα παντος τὸυ χρονου ζηλωτὰ ἐπιγράμματα. Idem mendum alteri Orationi inſedit, ſi mendum ſit. Vide *Wolf.* ibid. 615. 26. TAYLOR.

757. 3. τῷ δοκεῖν.] In *Androtiana* p. 616. 22. το δοκεῖν. Vide notata ad locum. Cod. *Vindob.* et hic etiam τὸ habet. TAYLOR.

7. ἐκεῖνον.] εκεινων *Aug.* Vide 616. 27. TAYLOR.

15. ἐὰν μὲν ὑπερβάλῃ τῷ πλήθει.] Sequitur, v. 16. ἐὰν δ' ἐπὶ σμικροῖς σεμνύνηταί τις. Antitheſeos ratio poſtulare videtur: ἐὰν μὲν ὑπερβάλῃ τῷ μεγέθει, ſi ſint ingenti magnitudine: niſi ἐπὶ σμικροῖς accipias pro ἐπ' ὀλίγοις. WOLFIVS.

Ibid. τῷ πλήθει.] τῷ μεγεθει puto, vel τῷ πλήθει καὶ μεγέθει. Alioqui perit argumentum. IVRIN.

758. 22. ἃ δὲ Τιμοκράτει συνεφῇ] Atqui nihil dixiſti de ſuffragatione, ſed mores et facta Androtionis perſtrinxiſti. WOLFIVS.

759. 5. ὁμολογεῖς, κατ' ἐκεῖνό σε προσήκειν.] [*Ald.*] προσηκει. Alii προσηκεν. Quod ſi placet, legendum erit ωμολογεις: quod et rectius videtur. Neque enim ὁμολογεῖ Τιμοκράτης, ἀλλ' αἰτίαν ἔχει. WOLFIVS.

759. 5.

759. 5. προσηκει *Bar. Ven. Vind.* Edit. *Parisina*, προσηκεν scribitur in margine. TAYLOR.

760. 3. ἄδικον.] Illud sane nullo modo tolerari potest. αν ἄδικον *Bar. Ven. Vindob.* Lege itaque αναδικον, *irritum, nullum.* Noster *adu. Boeot. de dote matern.* p. 1018. 26. ἐ μόνον τὴν δίκην ταύτην, περὶ ἧς νῦν δικάζομαι, αναδικον ἐποίησεν, ἀλλὰ — Vide *Vlpian. ad Midianam* 543. 12. TAYLOR.

17. τὲς νόμες.] Lege: τὲς νόμες τες περὶ τῶν ἰδίων, vt modo v. 19. τόσδε δὲ τες περὶ τῶν πρὸς τὸ δημόσιον προσιόντων. Videtur excidisse per incuriam. TAYL.

24. τὲς ὑπὲρ ὑμῶν.] *quae vobis defendendis sint.* Perperam Wolfius, *defendendae*, nisi forte sit erratum preli. IVRIN.

761. 1. μνημονεύετε.] *Wolfius* vertit, ac si legeretur μνημονευσετε. Quae quidem est scriptura *Bar. Lind. Ital.* Ibidem, pro ὧν MSti *Ven. Bar. Obsop. Aug. Ital. Vind.* ὅ. TAYLOR.

5. πρότερον.] deest in optimis exemplaribus. Et recte mihi deesse videtur. TAYLOR.

9. εἰ δὲ τᾶτο.] Cod. *Baroc.* legit, adnitentibus et aliis, εἰ δὲ μήθ' ἕτος, μήτ' ἄλλος των συνηγορουντων αυτῳ μηδεὶς τετο δυνήσεται δεῖξαι. TAYLOR.

14. ἐδ' ὀλίγε δή.] ἀντὶ τᾶ ἐδ' ὀλίγων χρημάτων. Neque est, cur τὸ δὴ in δεῖ verbum mutes. WOLFIVS.

Ibid. Atqui mutaui securus. Ita habet *Baroc.* Cod. Ita etiam excuderunt *Parisienses.* TAYLOR.

20. ἔτε γὰρ τὸ τὰ τέτων.] τὸ καταθεῖναι, Sub. τὸν Ανδροτίωνα, τὰ, Sub. χρήματα, τέτων, τῶν δικασῶν, ἤτοι τὰ Ναυκρατιτικὰ, τὰ δημόσια γενόμενα. Quod si non placet, legi queat, τὸ τὰ χρήματα τέτες. WOLFIVS.

21. πολλοσῷ χρόνῳ.] πολὺ μετὰ τὸν προσήκοντα χρόνον. Alias contrarium haec vox significat, ἐν πολλῷ βραχυτέρῳ χρόνῳ. WOLFIVS.

762. 3.

762. 3. ὑφαιρεῖν.] Minus placet istud ὑφαιρεῖν, de vi et violentia dictum. Melius certe est ἀφαιρεῖν Codd. *Aug. Vind.* et *Parisiensium.* Quanquam ne ita quidem hic locus mihi satisfacit. TAYLOR.

4. καὶ διάκονον, εἴ τις ἐχρῆτο, ταύτην ἐνεχυράζειν.] In *Androtiana* p. 610. 18. Σινώπην καὶ Φανοσράτην πόρνας ἀνθρώπες nominat. Est igitur hic τὸ χρῆσθαι, πλησιάζειν καὶ συνεῖναι. WOLFIVS.

11. τηλικῆτο κ. τ. λ.] Verte: *tanta vero est istius hominis arrogantia*, quasi *horum facinorum nunquam daturus esset poenas*, vt *solus — non dubitaret.* TAYLOR.

15. προῖκα γὰρ, ἐδὲν ὠφελέμενος.] Acerba Ironia. WOLFIVS.

17. καὶ ἑαυτῇ.] καὶ τῷ ἑαυτῇ *Ven.* Proxime ὃ, μὰ τὴν Ἀθηνᾶν, etc. *Bar.* et *Vindob.* TAYLOR.

763. 21. φήσετε.] Ita cum Impressis et MSS. plerisque, aut φησαιτε cum marg. *Benenati*, potius, quam quod edidit *Wolfius* φήσατε. TAYLOR.

24. καὶ τὰ.] καὶ των τὰ τοιαῦτα κακεργένταν *Lambinus.* TAYLOR.

25. καὶ ἐκ ἂν οἵός τ' ἂν ἦ.] Τὸ δυνητικὸν μόριον παρέλκει κατ' Αττικισμόν. Sed et prior omitti queat: καὶ ἐχ οἵός τ' ἂν ἦ. WOLFIVS.

26. ὑφελέσθαι.] ἀφελεσθαι potius, vti *Bar. Vind.* et *Aug.* TAYLOR.

764. 1. καταισχύνει.] Male a *Wolfio* redditur, *iniuriam facit.* TAYLOR.

11. ἔλυταν τὲς νόμες — τὴν δίκην.] Locus corruptus a Librario primum, deinde et a manu emendatrice. Id vero manifestum fiet, si tecum reputes, quidnam illud sit, quod primo loco faciunt omnes, qui ad remp. euertendam accedunt. Num operam dant legibus nouis ferendis, vt hic Timocrates, quibus antiquas leges abrogent? Lentum id, et spei nimis tardae et incertae. Refringunt carceres, vinctos soluunt,

ſoluunt, damnatos liberant, eosque omnes ſocios adiungunt. Hoc eſt illud πρῶτον ἁπάντων, de quo hic agitur. Fidenter itaque reſcribo: ἔλυσαν δεσμὸς τοὺς πρότερον νόμῳ δι' ἁμαρτίαν τινὰ ταύτην ὑπεχοντας τὴν δίκην. Adſtipulatur *Obſopoeus*, qui ὑπέχοντας pro ὑπέχοντες in antiquo Cod. reperit: item ὅρκους pro νόμους, quod ſatis probat manum emendatricem hic fategiſſe, infeliciter tamen. IVRIN.

764. 17. τοῦτο.] Fortaſſe τουτων, *eorum*, quorum modo mentionem feci. TAYLOR.

20. καὶ μὴν εἰ αὐτίκα.] Vide *Longinum* §. 15. TAYLOR.

765. 1. ἀλλὰ καθαιρεῖ.] ἀλλὰ καὶ καθαιρεῖ *Lind.* et *Ital.* TAYLOR.

9. ἅπαντες ὑπειλήφασιν ἐν ὑμῖν.] Redundare videtur ἐν ὑμῖν. Forte irrepſit ex ſuperiore linea. IVRIN. Omnino poſt ſimilem vocem exeuntem. *Wolfius* etiam cenſet abeſſe *poſſe*. Abeſt ab optimo *Vindob.* TAYLOR.

17. ἀδετέρῳ κοινὸν εὐεργέτημα ἀδὲν.] Nihil ergo praeſtitit Solo recuperata Salamine? WOLFIVS.

24. εἰπεῖν.] Reſtitui ex Editt. *Felic.* et *Lutetiana*, MSS. *Aug. Lind.* et *Vindob.* TAYLOR.

766. 3. εὑρημένον.] Editi et MSti. *Wolfius* operarum, credo, negligentia, εὑρημένων. TAYLOR.

4. ἡγεῖται.] Alii ἡγεῖτο, vti *Baroc. Ven. Linden.* et *Vindob.* Mox pro δεῖ, emendes δεῖν cum iisdem, et *Ital.* et *Reg.* α. TAYLOR.

6. παράσημον.] Credo, hunc locum voluiſſe *Harpocrationem*, cum prae nimia feſtinatione *Ariſtocrateam* citauit. Vide in v. Παράσημος. Simile aliquod adnotaui ad initium huius Orationis. TAYLOR.

767. 3. τῷ κοινῷ.] Nonnulli Codd. has voces ſubſtituunt poſt γένοιτο, nonnulli vtrobique diſſimulant. TAYLOR.

767. 9.

767. 9. δι' ἃ τοῖς ἀδικεῖν ἐπιχειρεῖν εἰσιν αἱ τιμωρίαι.] Ad *Benenati* marginem subiicitur ἄκ. Malim ἄκυροί εἰσιν. IVRIN.

I. TAYLORI
PRAEFATIO
AD
ORATIONEM DEMOSTHENIS
CONTRA ARISTOGITONA.

Sequuntur duae *in Aristogitona:* quarum neutram Lectori perplacere posse iudico, a *Timocratea* recenti, caeterisque, quae modo praeiuere. Adeo longe distare a *Demosthenica* vi, atque infra eius laudem positae esse mihi videntur. Nam dum Aristogitonis mores insectatur, hominem *increpat*, non *percellit*, vt semper solet noster: dum de Rep. differit, quod hic, praeter solitum, longiuscule facit, (et interea sorex ille suo se indicio prodidit, cum pag. 774. 3. scribat: δότε καὶ συγχωρήσατέ μοι, ὡς πέφυκα καὶ προήρημαι, περὶ τούτων διαλεχθῆναι) aliquando totus friget, qualem dixeris, qui arma non ex Rhetorum officinis sumserit, verum ex Philosophorum vmbra atque ambulationibus. Praeter ea, sententiis saepissime durus est et impeditus, turbidus etiam atque lutulentus, et, si compositionem spectes, neque numeris, neque nitore, ad *Demosthenis* felicitatem vnquam fere assurgit. Quanquam probe sentiam, haec a me non esse magistri ad instar praecipienda, verum omnino eiusmodi esse, vt vnumquemque sibi ea domi et in

pectore ſapere doceat. De me autem quod dicam, Declamatiuncula eſſe videtur, tanto nomine indigna, ſed qualem hodie vix ſcribimus. Mecum etiam ſentit, etſi ſciam, quam parum valeat in hiſce rebus aliorum opinio, *Caſaubonus* ille magnus, *Heraldus*, et *Duportus* noſter.

Idem pene erat priorum aetatum iudicium, et, ſi qua ſit, auctoritas. Praeter *Harpocrationem*, qui non vno in loco ambigit de earum fide, diſertius paulo *Iul. Pollux*, L. X. C. 34. §. 155. ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Δημοσθένους πρὸς Αριστογείτονα. Licet vox, quam ex *ſuſpectis* illis Orationibus citet, in hiſce duabus neque exſtet, neque vnquam ibi locum habere potuiſſe iudico. Singularis plane eſt de hac re *Dionyſii Halic.* Criſis: εἰ μέντοι ἔνιοι ψευδεπίγραφοί εἰσι λόγοι ἀηδεῖς, καὶ φορτικοὶ καὶ ἄγροικοι κατασκευαὶ, ὡς ἐν τῇ κατα Αριστογειτονος Β. — ἐν ἄλλοις τε συχνοῖς, ἃς ὁ Δημοσθένης ἀκ ἔγραψεν, caetera. in libro, qui inſcribitur π. Δημοσθ. δεινότητ. §. 57. Cum tamen videam, *priorem* tantum *c. Ariſtogitona* iis vitiis laborare, quae iſti cenſori diſplicent, *alteram* illam in neutro genere vel vitii vel virtutis excellere, et, ſi *Demoſtheni* mediocri eſſe liceret, plane eam eſſe, vt potius abſolui potuiſſet. Quod vero habet *Photius* Cod. CCLXV. de hoc *Dionyſii* iudicio, non minus eſt notandum: Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ τὰς δύο κατὰ Αριστογείτονος ὡς νόθους παραγράφονται· ἀλλ' ἔτοι καὶ ὀρφανὰς αὐτὰς ἀφιᾶσιν, ἀκ ἔχοντες εἰπεῖν τὰς τεκόντας· ὧν εἷς γέγονε καὶ Διονύσιος ὁ Αλικαρνασσεὺς, ἀδὲν μέγα τεκμήριον τῆς ἰδίας ὑπολήψεως παρεχόμενος, ἀδὲ ἐκεῖνο συνιδεῖν ἐθελήσας, ὡς πολλῷ μείζων, ἥπερ ἡ ἐκείνε ἀπόφασις, αὐτὸς Αριστογείτων ἀνομολογῶν Δημοσθένην κατ' αὐτὸ γεγραφέναι. Deinde citat Ariſtogitonis orationem cum hac inſcriptione: Απολογία πρὸς τὴν Ενδειξιν Λυκέργε καὶ Δημοσθένους. Quaſi neceſſe eſſet, aut ſemper exſtare, quod

quod aliquando exſtitit: aut neminem vnquam fuiſſe repertum, qui in Vett. monumentis imitandis ſe exerceret.

Alii contra ea, quae diximus, has *Ariſtogitonianas* in Canonem Demoſthenicum non dubitant referre. *Longinus* §. 27. Sublimitatis non leue exemplum exinde allegat, animi ſecurus et de fide Auctoris parum ſollicitus. Deinde in priori legitur p. 774. 18. celeberrima iſta Legis Definitio, quam certatim et diſertiſſimis verbis toties ex *Demoſthene* laudant *Aphthonius* et *Hermogenes* cum ſuis *Enarratoribus*, tum *Marcianus* demum ICtus lib. 1. *Inſtitut.* Vide l. 2. D. *de Legibus.* Praecipue autem omnium, *Plinius* IX. *Epiſt.* 26. horum ſermonum elegantiis magnopere delectatur. Quae autem res ſedulo et otioſius paulo eſt a me animaduertenda. Antiquiores Critici, quibus diſplicuerunt *Ariſtogitonianae*, (vide *Dionyſium* et *Photium* in locis a me citatis) cum ob alia, tum eas reprobarunt maxime, propter ὀνόματα φορτικὰ et ἀήδη, ab vſu et caſtitate *Demoſthenis* tam aliena, quam quae maxime; nempe qui delectu verborum, translationumque felicitate caeteris adeo excelluit, vt lectorem ſuum nunquam faſtidioſum a ſe dimitteret. In his autem prae caeteris omnibus haec Oratio ſe iactitat, et quae acerrimis iudicibus bilem mouerunt, eorum nonnulla diligentiſſima manu, approbanti ſimilis, decerpſit ille *Plinius*. En florum ſparſionem! τὸν ἀεὶ βελόμενον εἶναι πονηρὸν τῶν ἐν τῇ πόλει παιδοτριβεῖν 771. 25. Et, ἀπεσχοινισμενος ἅπασι τοῖς ἐν τῇ πόλει δικαίοις 778. 16. εἰ δὲ καπηλος ἐστι πονηρίας, καὶ παλιγκαπηλος καὶ μεταβολευς 784. 7. τὰ δικαστήρια οἰκοδομῆσαι, ἵνα τὰς τοιάτας ἐν αὐτοῖς μοσχευητε 785. 3. τέτων ἐδένα ὁρῶ τῶν τόπων βάσιμον ὄντα, ἀλλὰ πάντα ἀποκρημνα, φαραγγας, βαραθρα 793. 4. μὴ δὴ πρὸς ἓς αὐτὸς ἐχωσας λιμένας, καὶ προβολων ἐνέπλησας, πρὸς τέτες προσ-

ορμίζε 795. 13. Ita diſpari ingenio has orationes legerunt ſummi olim viri, et, vt cum *Plinio* ipſo loquar, quae aliis *tumida*, *improba* aut *nimia*, ea contra, aliis *ſublimia*, *audentia*, *plena* eſſe viſa ſunt. Verum de his ſatis: ſentio enim, quam difficile ſit, ne dicam odioſum, diiudicare, *immodicum* ſit illud, an *grande*, *ardenter*, an *turgide* dictum, quod in Oratione eminere et exſtare videtur. Priusquam autem manum de tabula, addam nonnulla his ſimilia. νεαλης δὲ καὶ πρόσφατος — περιῆν αὐτῷ τεταριχευμενου, 788. 22. de duobus ergaſtuli incolis, vno recens hoſpite facto, altero, qui in eo inueterauit. Et, τὸς ἐπιλήπτους φησὶν ἰᾶσθαι, αὐτὸς ὢν επιληπτος πάση πονηρίᾳ 794. 2. Deinde, ἐν κρίσεσι, καὶ ἀγῶσι — ἅπαντας εἶναι βέλεται. ταῦτα γεωργει etc. 794. 20. ταῦθ' ἕτος μονονὲ κωδωνας εξαψαμενος διαπράττεται 797. 13. Demum, αθληται τῶν καλῶν ἔργων ἐγένοντο. 799. 16.

ARISTOGITO ille, qui in criminoſa hac oratione a Scriptore noſtro laceratur, Rhetor erat Athenis, quem habuit in Rep. adminiſtranda Demoſthenes ſibi aduerſarium. De eo conſuli poſſunt σχ. *Hermog.* aliquoties, *Quintilian.* XII. 10. *Plutarch.* in *Phocione*, *Tzetz. Chil.* VI. 95. etc. *Mauſſac.* ad *Harpocr.* p. 117. et quae iam diximus in aditu Orationis, quam habuit *Aeſchines c. Timarchum*, p. 22. In primis facetum illud de Ariſtogitone, quod memoratur a *Plutarcho* in *Apophthegm.* Cum ille iam cicutam in carcere erat hauſturus, Phocionem optimum ciuem conueniri voluit: eamque rem nonnullis, qui Phocioni ſtudebant, dehortantibus, καὶ πῶ τις ἂν, εἶπεν, ἥδιον Αριστογείτονι λαλήσειεν; Si qualis fuerit dicendo, rogas, reſpondebit *Hermogenes*, qui omnem orationis formam ſedulo et ſtudioſiſſime inueſtigauit. Ita ille, pag. Edit. Criſp. 368. Καὶ μὴν καὶ τὸ πρὸ τῶν ἀποδείξεων λοιδορίαις ἢ σφοδρότησιν εἰκῆ κεχρῆσθαι, ἢ ἔνθα ὅλως μηδενὸς τοιούτῳ

ὅτε δεῖ, καθάπερ εἴωθεν Αριστογείτων ποιεῖν, φαινομένη τίς ἐστιν, ἃ μὴν ἅσα δεινότης. ὑπόκενον γὰρ καὶ ψυχρὸν μᾶλλον τὸ τοιοῦτον. Crederes, hanc fabulam non de Ariſtogitone, verum nomine mutato, de oratore, qui hic contra Ariſtogitona verba habuit, dici. Ita concordant cum hac criſi, quae modo lecturus eris. Neque enim ſolummodo aduerſarium proſcindit πρὸ τῶν ἀποδείξεων, verum per totam fere orationem conuicium acre, ἀπόδειξις nulla.

Adiicere lubet, quae de hoc homine *Suidas* corraſit, non aliena ab iis, quae in his Orationibus de eo leguntur: Αριστογείτων Κυδιμάχε, ἢ Λυσιμάχε, Αθηναῖος, ῥήτωρ, μητρὸς δὲ ἀπελευθερικῆς, ὅσις ἐπεκαλεῖτο Κύων διὰ τὴν ἀναίδειαν αὐτῦ. ἐφονεύθη δὲ ὑπὸ Αθηναίων, λόγες ποιήσας, Απολογίαν πρὸς Δημοσθένην τὸν ςρατηγόν. πρὸς Λυκοῦργον. κατὰ Τιμοθέε. κατὰ Τιμάρχε. κατὰ Υπερίδε. κατὰ Θρασύλλε. Ορφανικόν. et proxime, nam non eſt alius, Αριστογείτων Σκυδίμε, συκοφάντης. τέτε ὁ πατὴρ ὀφλήσας τῷ δημοσίῳ τελευτᾷ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ αὐτὸς Αριστογείτων μετὰ ταῦτα ὡς κληρονόμος τῦ ὀφλήματος ἐδέθη. ἡ δὲ μήτηρ ἐπράθη ὑπὸ τῦ δήμε. ἐν δὲ τῷ δεσμωτηρίῳ κλέψας γραμματεῖον κατεγνώσθη ὑπὸ τῶν δεσμωτῶν. καὶ τὴν ῥῖνα, ἃ το γραμματεῖον ἔκλεψεν, ἔφαγεν. καὶ Ζωβίαν ὑποδεξαμένην αὐτὸν φυγόντα, ἀξιῶσαν εὖ παθεῖν, ὅτε ἴσχυεν, ἐπὶ τὸ τῦ μετοικίε πωλητήριον ἤγαγεν, καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐπ' ἐξαγωγῇ πέπρακεν Υπερίδην δὲ ἐγράψατο παρανόμων ἐπὶ τῷ μετὰ Χαιρώνειαν ψηφίσματι, καὶ ἐχ εἷλεν.

Huius generis Actio vocatur Ενδειξις. Ea eſt, cum quis iure damnatus, in iudicatis non maneat, veluti hic obtinet: Lex ait, in iudicio conuictus debere τῷ δημοσίῳ, ille in ſuggeſtum ne prodeat, neque coram populo verba habeat: Qui quem ea peruicacia ſe gerentem in ius duxerit, eum ἐνδεικνύναι dicitur, quem-

admodum hic Lycurgus et Demoſthenes Ariſtogitona. Vide *Harpocr.* v. Ενδειξις. *Herald. Animadu. ad Salmaſ.* IV. 9. quae nos ad *Ariſtocrateam* 636. 8. *Poll.* L. VIII. C. 6. §. 49. *Petit. LL. Attic.* aliquoties, σχ. *Ariſtoph. Veſp.* 1103. *Salmaſ. de M. V.* 780. etc. *Valeſ.* ad *Mauſſac.* p. 231. *Vlpian.* ad *Androt. Moſchop.* π. σχεδ. p. 152. Ait *Harpocratio:* πολλοὶ μέν εἰσι λόγοι Ενδείξεως, γνωριμώτατοι δὲ οἱ κατ' Αριστογείτονος Δημοσθένους. Quod ſane neſcio, quo animo ſit accipiendum.

Periit vtique, quam priori loco, vtpote natu grandior, habuit Lycurgus ille ſeuerus orator, quem nuper demereri ſtudui. Conſeruatur tamen eius memoria in plurimis locis Grammaticorum aliorumque. Contra autem, cauſa illa, quam in iſtius Rhetoris vita memorat *Plutarchus*, non Ενδείξεως erat, verum Δειλίας, ſi qua iſti Scriptori fides ſit habenda. Circumfertur hodie Oratio, quam habuit contra eundem Ariſtogitona *Dinarchus*, ob acceptam ab Harpalo pecuniam. Eam in primo Tomo huius operis conſulere iuuabit: nam in recenſenda Ariſtogitonis vita plurimum cum Demoſthene concordat.

Habita eſt haec poſt Olymp. CX. 3. quo anno ad Chaeroneam pugnatum eſt, cum in oratione memorat res ibi infeliciter geſtas, et Hyperidis ſuper ea re rogationem: ante autem Olymp. CXIII. 2. quo in exſilium abiit Demoſthenes; nam in literis, quas exſul S. P. Q. A. pro liberis Lycurgi dedit, ſi tamen dederit, ad hanc cauſam ſaepius alludit, et ſimul prodit, quam parum proſpere a ſe et Lycurgo fuerit agitata. TAYLOR.

WOLFII ET TAYLORI ANNOTATA AD LIBANII ARGVMENTVM.

Pag. 767. 6. *τὸ ἱερὸν κυνηγέσιον.*] Videtur esse proprium nomen loci alicuius. WOLFIVS.

Ibid. Dubito valde de isto *Wolfii* consilio, licet, vt ingenue fatear, nihil in promtu habeam, quod plene opponam. TAYLOR.

768. 6. *αὐτῇ.*] [Ita enim praeter *Aldum* Editi.] sc. *τῇ ψηφίσματος.* Sed malim *αυτῳ, τῷ Φανοστράτῳ.* WOLFIVS.

8. *ἀπόφλημα.*] F. *οφλημα.* WOLFIVS.

9. *καὶ τὸν ἀγῶνα ἀποδόμενος.*] Causa vendita, siue praeuaricatus. Sed ea, quae sequuntur, repugnant. Videntur aut haec verba omitti posse, et legi: *γραψάμενος, καὶ τὸ πέμπτον μέρος:* aut *γραψάμενος, καὶ τὸν ἀγῶνα υποδυσαμενος.* Sicut dicimus, *υποδυεσθαι κίνδυνον ἢ πόνον.* Quam ego lectionem in vertendo sum secutus. [Et alibi] *τὸν ἀγῶνα ἀποδόμενος.* Dubito de lectione. Sententia postulare videtur, *cum causam in iudicium deduxisset.* WOLFIVS.

Ibid. Non video, quomodo *istam lectionem in vertendo sis secutus.* Veruntamen ait Orator pag. 784. 15. *τὴν καθ' Ηγήμονος εἰσαγγελίαν μέμνησαι, ὡς απεδοτο:* in eo loco, vbi agit de Sycophanta, omnes lites suas et actiones cauponante. Vt nulla dubitatio esse possit de lectione. Interea tamen cum *Wolfio* miror, quo pacto haec constare possunt cum iis, quae sequuntur. Deleto itaque *τὸ πέμπτον μέρος μὴ λαβὼν τῶν ψήφων*, quae verba adscripsit aliquis ad oram libri sui, ignarus sc. aeque mille drachmis mulctari eum, qui publicam litem transegisset, ac eum, qui causa in iudicium adducta, quintam partem suffragiorum non tulerit.

lerit. Vide argumentum Orationis *c. Theocrin.* p. 1321. et orationem ipsam, non longe a principio, p. 1323. 19. ἐὰν ἐπεξιών τις μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, χιλίας ἀποτίνειν· κἂν μὴ ἐπεξίῃ, χιλίας ἑτέρας, ἵνα μήτε συκοφαντῇ μηδεὶς, caetera. Huiusmodi homines in iure Romano compescuit *SCtum Turpillianum.* TAYLOR.

768. 9. Wolfius: *cum causam in iudicium adduxisset.* Immo: *cum pecunia accepta causam prodidisset.* Ita pag. 784. 15. τὴν καθ' Ηγήμονος εἰσαγγελίαν μέμνησαι, ὡς ἀπέδοτο. Vbi, vt etiam hoc in loco, non animum aduertisse videtur *Wolfius*, homo bonus et probus, prodi posse causam, non solum accusationem non prosequendo, sed etiam male accusando. IVRIN.

17. τάξιν.] Dixi ad *Timocrateam* p. 715. 2. quae Tu consules ibi. Infra in Oratione *c. Theocrin.* pag. 1327. 5. κατεταξατο ὑπὲρ αὐτῦ καὶ τῦ ἀδελφῦ. Quod de eadem re dicitur. TAYLOR.

18. τὸ ἐπιβάλλον μέρος.] *Ratam portionem.* Vniuscuiusque anni τὸ ἐπιβάλλον μέρος erat Talentum vnum cum drachmis ducentis. Ea phrasis explicabit istam *D. Lucae*, XV. 12. Πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβαλλον μερος τῆς οὐσίας. Adde *Demosth. π. στεφ.* p. 312. 2. *Wolfium* nostrum ad *Isocratem*, pag. 75. notarum, *I. Christoph. Wolfium in Curis Philolog. ad N. T.* ad *Lucae* locum. TAYLOR.

769. 24. ἐπειδὴ τὸν κατὰ τῆς.] Legendum videtur: ἐπειδὴ κατὰ τὸν τῆς ἡλικίας χρόνον τὴν πρωτολογίαν ἔλαβε Λυκοῦργος. IVRIN.

WOLFII ET TAYLORI ANNOTATA AD PRIOREM ORATIONEM.

Pag. 770. 5. παρὰ.] δια ἢ κατα *Bodl.* Inſcite. TAYLOR.

12. ἐπὶ.] υπο Codd. plures, *Ven. Bar. Bodl. Lind. Aug. Ital.* cum marg. *Benenati.* TAYLOR.

771. 3. τὰ τῶν νόμων δίκαια ἰσχυρά.] Vox illa ſuprema impune abeſſe poteſt, et abeſt quidem a *Barocciano. Prodeunt aduerſarii, vterque palam facturus, cauſae aequitatem,* τὰ δίκαια, *ab eo ſtare.* Iuxta mecum interpretatur *Phil. Melanchtho:* ſc. *eorum, qui litigant, vterque adeſt, vt ſua iuſta exponat.* Scriba nimirum deeſſe aliquid ſuſpicabatur propter ea, quae in initio Orationis leguntur; et ſecurus itaque ſuppleuit. Infra 791. 3. ὅτως ἐξετάσαι τοῦτον, καὶ τὰ τουτοῦ τοῦ ἀγῶνος δικαια. Et 773. 25. Τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς ἐνδείξεως καὶ τῶν νόμων δικαια αὐτὸν, ὅπερ πεποίηκε, Λυκοῦργον αἱρεῖν ἡγούμην. Theophraſt. de Querulo: δίκην νικήσας καὶ λαβὼν πάσας τὰς ψήφους, ἐγκαλεῖν τῷ γράψαντι τὸν λόγον, ὡς πολλὰ παραλελοιπότι των δικαιων. C. 17. Vide *Caſaub.* ad locum, vbi notat, *Terentium* et *Ciceronem* ad verbum *iuſta* interpretari. it. de Coron. n. 11. et n. 14. ed. Lutet. TAYLOR.

6. γεγραμμένον.] Malim εγγεγραμμενον, vt eſt in *Bodl.* et optimo *Auguſtano.* Ita *Libanius* in *argumento*, p. 768. vlt. οὐκ ἐξαληλιμμένου ἐξ ἀκροπόλεως Αριστογείτονος, ἀλλ' ἔτι τοῦ ὀφειλήματος εγγεγραμμενου. et p. 769. 14. οὐ προσήκει λέγειν τὸν τάχα δικαίως εγγεγραμμενον. Et 791. 10. οἱ νόμοι, καθ' οὓς εγγραφονται πάντες οἱ ὀφλισκάνοντες. et proxime v. 18. ibid. οἱ διὰ γραφὴν εγγεγραμμενοι μόνην. Vide autem porro *Valeſ.* ad *Harpocr.* v. Βουλεύσεως, et notata a me ad *Aeſch. c. Timarch.* p. 62. 1. TAYLOR.

771. 8. καὶ τὰ δίκαια εἰδέναι.] Praefero καὶ το πραγμα εἰδέναι cum *Lindenb.* vel, vti adhuc plenius *Ven. Aug. Ital.* MSti *Aldini* et *Regg.* Parisienses, ὥστ' ἕκαστον ὑμῶν κατηγόρου τάξιν ἔχειν, καὶ το πραγμα εἰδέναι ουδεν ηττον ημων, καὶ μὴ μαθεῖν δεῖσθαι. TAYL.

11. ἀδ' ὁτιῶν.] Nihil est, quod addatur ἀλλ' ἀδοτιῶν, cum sequatur v. 13. ἀπ' ἄλλο ἀδοτιῶν. WOLFIVS. Qui addunt, sunt MSti *Ven. Bar. Bodl. Lind. Obsop. Aug. Ital.* TAYLOR.

14. ἀδικῶν.] *quae etiam* insonti *terrorem incuterent.* WOLFIVS. ἀδικία est ea species *prauitatis*, qua quis latas leges violat. Τὸ αδικειν, vt ait *Aristot. Rhet.* IV. est τὸ βλάπτειν ἑκόντα παρὰ τὸν νόμον. Similiter et *Paraphrastes Nicomacheorum* V. 1. Λέγεται ἄδικος, ὅ, τε παράνομος, καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ ἄνισος — Καὶ δίκαιον μὲν τὸ νόμιμον καὶ τὸ ἴσον, ἄδικον δὲ, τὸ παράνομον καὶ τὸ ἄνισον. Ait ergo: *Aristogito ita priuatam vitam instituit; vt etiam merito sibi metueret, si leges ciuitatis non fuisset transgressus.* TAYL.

24. Φήσειεν.] Rectius omnino Φησει. Error natus est ex voce sequenti. Non tamen dissimulabo, Codd. *Bar. Lind. Aug. Ital.* legere ὃ μηδεὶς μὲν αν αὐτὸς πεποιηκέναι Φήσειεν. Id quod cum mea correctione constare non posse arbitror. TAYLOR.

772. 1. δοκεῖσιν.] [vti *Ald. Man. Felic.*] Hic manifestum est, legendum esse τοῖς δίδασιν, ex antithesi, cum antecedat, p. 771. vlt. τῷ λαβόντι, et τὸ τοῖς δοκεῖσι prorsus sit alienum, nisi quis auguretur, id ἀντὶ τὲ τοῖς δόξαν ἔχουσιν accipiendum. WOLFIVS. δασιν *Ven. Bar. Bodl. Aug.* cum Edit. *Benenati.* TAYLOR.

2. πρὸ τὲ κ. τ. λ.] πρὸ τὲ περὶ τῶν ἰδίων ἐμὲ τῶν τετονι (f. vel τετουι vel τετωνι) λέγειν αδικηματων, ἐξετάσαι διὰ βραχέων. Cod. *Ital.* τετονι λέγειν αδικησαντα ὑμᾶς ἐξετάσαι. *Ven.* TAYLOR.

772. 5. προεῖχε.] Lego προηχε, παρὰ τὸ προάγω, ἀλλὰ μὴ τὸ προέχω. WOLFIVS.

Ibid. προειχε Editt. *Ald. Man. Felic.* προηγε *Ven. Bodl.* cum Edit. *Paris.* προηχε *Bar. Aug.* vti *Wolfius* reſtituit. προηκε marg. *Par.* non inſulſe. TAYLOR.

6. ὧν.] καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐάσω. *Obſop.* WOLF.

Ibid. Ita quoque *Bar. Bodl. Lind. Aug.* et *Ital.* TAYLOR.

8. γνώμης ἀπόδειξιν, ἐ πονηρίας.] *Iſocrates* captata παρωνομασίᾳ fortaſſe dixiſſet, ἐ πονηρίας επιδειξιν. WOLFIVS.

12. νομίζω.] νομίζω δὲ, μα τὸς θεὸς, ἐδ' ἂν εὐσχίω. *Bar. Ven. Aug.* et marg. *Benenati.* TAYLOR.

15. προγράμματος.] ἐν ᾧ πρὸτίθετο, περὶ τίνων συνῆλθον. Vide Annotationes in *Areopagiticum Iſocratis.* WOLFIVS.

19. προειρημένα.] προειμενα *Bar. Bodl.* Modo v. 22. pro παριδόντας *Lambinus* mauult παραλιποντας. Ante τήμερον ſtatim υμας ſubſtituunt *Ven. Bar. Lind. Aug. Ital.* TAYLOR.

21. πάντα τὰ τοιαῦτα ἔθη παριδόντας.] Quem vſum habeant iſta verba hoc loco poſita, videant eruditi. Mihi videntur turbare et infringere Orationem, cum non id agatur, vt *negligantur* prauae et turpes huiusmodi conſuetudines, ſed vt corrigantur et penitus tollantur e Rep. Quod ſi ea in praecedentem periodi partem v. 18. transferas, vnde puto huc irrepſiſſe, et hic et illic longe commodiorem et dignam *Demoſthene* lectionem habebis in hunc modum: Εἰ μὲν ἔν ὑμεῖς ταῦτα βέλεσθε, καὶ μετὰ τῆς ὑμετέρας γνώμης ἔτοι ταῦτα ποιῆσι πάντα τὰ τοιαῦτα ἔθη παριδόντας, ὁδῷ βαδίζειν καὶ ἐᾶν δεῖ· εἰ δὲ — βελτίω ποιῆσαι, τήμερον ὀρθῶς δεῖ δικάσαι κ. τ. λ. IVRIN.

26. Ορφεὺς — φησὶ.] Leguntur hodie in *Orphei hymnis:*

Ομμα

Ομμα Δίκης μέλπω παλιδερκέος, ἀγλαομόρφε,
Ἣ καὶ Ζηνὸς ἄνακτος ἐπὶ θρόνον ἱερὸν ἵζει,
Οὐρανόθεν καθορῶσα βίον θνητῶν πολυφύλων.

TAYLOR.

772. vlt. ἔτω ψηφίζεσθαι.] Lego ἔτω δει ψηφίζεσθαι. WOLFIVS.

Ibid. Omnino aliquid huiusmodi deſiderari quis non videt? Et ſane auctoritatem ſuam addunt *Budaeus*, et maxime Cod. *Auguſtanus*. Quod tamen ſuſpicor fuiſſe ſcriptum δη. ἔτω δη ψηφίζεσθαι, vt ſine litura Codd. *Ven.* et *Regg. Pariſienſes*. Nam mihi ſemper alia medicina adhibenda eſſe videbatur. Verbum illud quaerendum eſt ex v. 22. ἀπὸ τε̃ κοινε̃, hoc pacto demum: ὀρθῶς δει δικάσαι, τὴν — Εὐνομίαν περὶ πλείξου ποιησαμένες, — καὶ τὴν — Δίκην — εἰς ἑαυτὸν ἕκαξον νομίσαντα βλέπειν, ἔτω (vel ἔτω δη) ψηφίζεσθαι. *Recte diiudicare* oportet, *Eunomiam maximi facientes, et exiſtimantes Iuſtitiam in vnumquemque veſtrum oculos defigere, ita demum pronunciare.* Poſt vocem ἐφορᾷν v. pen. culpa librarii, enatum eſt ἦν, quod has turbas dedit. TAYLOR.

773. 4. Φυλάττων ταύτην.] [Ita enim conſtanter edi ſolebat, et in MSS. plurimis reperitur] *Obſop.* Φυλαττειν δε ταύτην. Sed durum eſt λαχὼν δικάζειν Φυλάττειν. Fortaſſe legendum v. 3. τά τε συμπάντων, vt ſit λαχὼν δικάζειν, καὶ Φυλάττειν. WOLFIVS.

Ibid. Vides, hic *Wolfium* trepide et diffidenter loqui, in Textu vero contra Codd. conſenſum καὶ poſt λαχὼν inſerere, deinde Φυλάττων in Φυλαττειν conuertere, rurſusque coniunctionem καὶ ingeminare. Locus ſane praefractus, quem ille emendando praefractiorem reddidit. Vtinam ſane abeſſet Φυλάττων, cum ita tota haec refingerem, adiuuantibus nonnihil ſcriptis Codicibus, ſc. Φυλαττόμενον — μὴ καταισχύναι ταύτην, ἧς ἐπώνυμός ἐσιν ὑμῶν ἕκαστος ὁ ἀεὶ δικάζειν

ζειν λαχὼν, καὶ παντα τα ἐν τῇ πόλει καλὰ, καὶ δίκαια, καὶ συμφέροντα, ταύτην τὴν ἡμέραν παρακαταθήκην ἔνορκον εἰληφὼς κ. τ. λ. *cauentem, ne eam pudefaciat, a qua cognominati eſtis* (δικασταὶ ſc.) *omnes vos, qui id muneris ſortiti eſtis, atque idcirco omnia Reip. iura et commoditates hodierno die tanquam ſolenne depoſitum accepiſtis.* TAYLOR.

773. 7. ἀπὸ τῆς συνήθες εὐηθείας.] κατὰ τὴν συνήθη εὐήθειαν. WOLFIVS.

13. γίγνεται.] *Obſop.* melius et ſonantius γενησεται. WOLFIVS.

Ibid. γενησεται item *Bodl.* Editt. etiam *Manut.* et *Felic.* φανησεται Codd. *Lindenb.* et *Ital.* γιγνεται habuerunt Editi ab *Aldo* et *Morelio* cum ſcriptis *Ven.* et *Bar.* TAYLOR.

15. οἰκειότητος.] Nec ſatis placet, nec occurrit quicquam melius. μετὰ παῤῥησίας, aut μεθ' ὁσιότητος huic loco alienum eſt. WOLFIVS.

17. προχειριζομένες.] προβαλλομενους *Ven.* marg. *Morel.* haud male. Licet ſcholion tantummodo eſſe potuit. Proxime, vtra vtra iſtarum lectionum valere iudicabitur, επι reuocaui ex Editt. *Ald. Pariſ.* MSS. *Ven. Bar.* TAYLOR.

26. αἱρεῖν.] Lycurgum eſſe *euicturum.* Ferri poteſt: ſed non dubito, quin legendum ſit ερειν, *expoſiturum.* WOLFIVS.

Ibid. Ita quoque *Bodl.* et *Aug.* Interea tamen, quid illud *euicturum?* Deduco ego ab αἱρέω, *electurum. Exiſtimaui, Lycurgum, qui priore loco dixit, eam partem Accuſationis* praelaturum fuiſſe, *quam praetuliſſe video.* Et hoc fortaſſe ferri non ſolum *poteſt*, ſed etiam *debet.* Ita paulo poſt, p. 774. 1. ταῦτα προῃρουμην εἰπεῖν. TAYLOR.

774. 10.

774. 10. *κοινοὶ καὶ τεταγμένοι.*] Rectius *Felicianus*, *κοινον καὶ τεταγμενον, καὶ ταυτὸ πᾶσι.* Nam coniunctio addenda videtur etiam ante *ταυτό.* WOLFIVS.

Ibid. Praeter *Felicianum Manutius* quoque, *Lind. Aug. Bodl.* et Codd. *Luiet.* Coniunctionem addunt *Bar. Aug.* et *Ven.* TAYLOR.

12. *βϐλεύεται.*] *βουλεται* potius. Ita Cod. *Lind.* Infra pariter legimus in eadem causa, v. 14 *οἱ δὲ νόμοι τὸ δίκαιον — βουλονται.* TAYLOR.

21. *συνθήκη.*] Libet adscribere Enarratoris *Aphthonii* verba [pag. 25.] *ἢ ὅτι πολλῶν συνελθόντων εἰς ταυτὸ συνετέθη· ἢ ὅτι, κἂν ὑφ' ἑνὸς, τῇ συνθήκῃ καὶ συμφωνίᾳ τῶν ἄλλων κυρᾶται. τῶν δὲ νόμων οἱ μέν εἰσι κοινοὶ, οἱ καθόλε περὶ τῶν τῆς πόλεως, οἱ δὲ ἴδιοι, οἱ περὶ τῶν πρὸς ἀλλήλες συμβολαίων. καὶ οἱ μὲν τῶν ἀγαθῶν ἀμοιβοὶ, οἱ δὲ τῶν ἀδικημάτων τιμωρηταί.* WOLFIVS.

Ibid. *ἐν τῇ πόλει.*] Articulum debes Codd. *Bar. Lind. Ital.* cum editione *Parisienſi.* TAYLOR.

pen. *ἐπὶ μὲν οἷς — ἐπὶ δ' οἷς.*] *ἀντὶ τᾶ διότι.* WOLFIVS.

vlt. *αὐτῶν.*] *τὰ ὀφλήματ' αυτω γέγονεν* lege, et, [p. 775. 1.] *ἐκ ἐμμένει τέτοις*, S. *τοῖς ὀφλήμασι, μᾶλλον δὲ τοῖς ἐγνωσμένοις.* WOLFIVS.

Ibid. *αυτῳ* similiter habent *Ven. Bar. Bodl.* Et recte habent. Quod superest, bene a *Wolfio* explicatur. Ad eamque normam, consentientibus optimis libris, et edi et pungi curauimus. TAYLOR.

Ibid. Vix dubitandum puto, quin scripserit *Demosthenes αυτῳ γέγονεν.* IVRIN.

775. 5. *ἐγὼ γὰρ.*] Est *παράλειψις*, longius ducta periodo, propter insertas *αἰτιολογίας*; ante cuius *ἀπόδοσιν* verbum *ἐάσω* ponitur, v. 16. vt sit *ἐγὼ — ἐάσω.*

ἐάσω. Etsi fortasse principio etiam legi possit: ἐω γὰρ, ὅτι μὲν πάντα — WOLFIVS.

14. ἀφίετε.] Qui nuperrime dixerat εἰ δεῖ τινας ἀφεῖναι, et τουτους ἀφιέναι δεῖ, cum quarto casu, vt mos est Graecis Scriptoribus, non vtique lubens statim subiiceret, εἰ πασι τοις αλλοις ἀφίετε, constructione adeo insolenti. Dele ergo vocem ἀφίετε. En! ἐδ', εἰ πᾶσι τοῖς αλλοις, ἐχὶ τῷ βιαζομένῳ δήπε συγχωρησαι προσήκει. Inferciuit homo otiosus, et ineruditus, qui huiusmodi tibicine indigere orationem suspicabatur. TAYLOR.

20. κοινὸν.] [Ita enim *Ald.* et cum *Aldo Ven.* et *Par.*] Antiquum exemplar καινον, *nihil* nouum, *neque superuacuum.* Atque ita legendum esse probant verba sequentia: *sed quod omnes vos mecum iuxta tenetis.* OBSOPOEVS.

Ibid. κοινὸν.] Sequitur quidem ἴδιον illi contrarium. Sed rectius vtique καινον, vt ostendit sententia: et sic habet *Obsop.* WOLFIVS. Praestantiores item libri et vulgati, et manu exarati. TAYLOR.

25. τὰς ἕνας ἀρχὰς ταῖς νέαις.] τὰς παλαιὰς ταῖς καιναῖς. WOLFIVS.

Ibid. Vide *Suid.* in v. Ενη, *Harpocrat.* et σχ. *Aristoph. Acharn.* v. 171. qui omnes hunc locum citant. TAYLOR.

27. εὑρήσει.] Plenius MS. *Ven.* εὑρήσει τουτους αιτιους. At melius etiam *Obsop. Bodl. Lind. Ital.* εὑρήσει τουτων αιτιους. TAYLOR.

776. 3. τί γὰρ κ. τ. λ.] Rescribo: τί γὰρ ἂν τᾶτον αὐτὸν εἶεσθε ποιησειν, λυθέντων τῶν νόμων, ὃς, ὄντων αυτων κυρίων, τοιᾶτός ἐξιν; Illud iubent Codd. *Bar. Aug.* hocidem *Baroc.* cum *Ven.* et marg. *Benenati.* TAYLOR.

776. 7. ὥσπερ εἰ.] MSti ὥσπερ αν, et melius adhuc, ὥσπερ αν ει. TAYLOR.

Ibid. ἐράνε πληρωταὶ.] Vide eandem hanc similitudinem bis in *Midiana* tractatam. Πληρωταὶ autem hic dicuntur, (contra quam nominis significatio ferre videtur: πληρόω enim est *compleo*, et πληρωτὴς, *is, qui complet*) non qui conferunt stipem, sed qui collatam ab aliis colligunt, quasi ἀποδέκται ἢ εἰσπράκτορες τῶν ἐράνων. WOLFIVS.

Ibid. De hoc loco vide *Herald. Obseruatt.* Cap. 44. *Salmas. ad Ius Attic.* pag. 27. seq. *Herald.* rursus *Animadu. ad Salmas.* L. VI. C. V. §. 4. TAYLOR.

16. τὸ, τὴν βελὴν τὲς πεντακοσίες.] Hic ordo est: οἱ νόμοι σώζεσι τὸ, τὴν βελὴν, κ. τ. λ. Quae duo verba [ἔτοι φυλάττεσιν v. 27.] in prima *Heruagiana* editione praetermissa me perturbarunt. WOLFIVS. Praetermittuntur etiam in *Ald. Ven. Bar.* et *Aug.* TAYLOR.

19. βασιλείῳ ϛοᾷ.] Vide *Harpocrat.* et *Meurs. Attic. Lect.* VI. 17. TAYLOR.

20. περισχοινίσηται.] Τὸ δὲ δικαϛήριον περισχοινίζετο, τῦ μὲν βασιλέως παραγγείλαντος, τῶν δὲ θεσμοθετῶν κληρόντων τὸ δικαϛήριον. τὸ δὲ περισχοίνισμα ἀπὸ πεντήκοντα ποδῶν ἐγίγνετο, καὶ οἱ ὑπηρέται ἐφειϛήκεισαν, ὅπως μηδεὶς ἀνεπόπτευτος προσῆ. αἱ μὲν ἓν τῶν δικαϛηρίων θύραι, κιγκλίδες ἐκαλοῦντο caetera. *Pollux* L. VIII. C. X. §. 123. Add. *Meurs. Attic. Lect.* VI. 14. TAYLOR.

24. εἰπεῖν.] Sub. τοῖς λαχοῦσι. μετάϛητε ἔξω, S. τῦ ὄχλυ τῶν λοιπῶν πολιτῶν τῶν κληρωσαμένων. Sequitur non multo post, p. 778. 4. ὅτι ἐλάχετε· εἶτα ἀπεκληρώθητε. τετέϛι διὰ τὸ κλήρυ ἐχωρίσθητε τῶν ἄλλων. WOLFIVS.

776. 24. μεταστητε.] *eos egredi foras iusserit.* Immo: *caeteros omnes egredi foras iusserit.* IVRIN.

Ibid. τῶν νόμων κρατεῖν.] Antiquum multo emendatius sic legit: ἅμα τῷ τὸν ὑπηρέτην εἰπεῖν, μετάστητε ἔξω, τους νομους κρατεῖν etc. OBSOPOEVS.

Ibid. τῶν νόμων] κυρίας εἶναι τῶν νόμων, καθ' ἃς ἐκληρώσαντο, ἢ εἰσῆλθον εἰς τὸ βουλευτήριον. Τὸ τῶν νόμων κρατεῖν queat etiam intelligi, τὰς νόμους ἐκ ἐμποδίζεσθαι ἐπ' αὐτοῖς, ἢ κατὰ τὰς νόμους ἄρχειν ἐξεῖναι αὐτοῖς. Obsopoeus habet, τους νομους κρατεῖν. WOLFIVS.

Ibid. τὰς νόμους etiam *Bodl.* marg. *Paris.* Suspicor legendum esse τῶν νομιμων. Vide ad *Timocrateam*, 733. 10. potissimum vero ea, quae dixi ad *Lycurgum* p. 183. Not. 17. TAYLOR.

26. ἄλλα μυρία.] Ea, quae sequuntur (πάντα γὰρ καλὰ, δι' ὧν ἡ πόλις κοσμεῖται καὶ σώζεται) parenthesi claudenda, sunt αἰτιολογία τῶν μυρίων. Obsop. pro ἡ σωφροσύνη, habet ἤτοι φυλάττουσιν, vt et *Felicianus.* WOLFIVS.

vlt. ἡ παρὰ τῶν νέων αἰσχύνη, ἡ εὐταξία] F. καὶ εὐταξία. Alioqui certe salebrosa est collocatio: videturque aliquid deesse, cuiusmodi sit, ἡ κατὰ τὸν βίον εὐταξία. Est haec praeclara et plane philosophica Oratio. Sed vereor, ne pluribus mendosa locis, quam qui aut collocatione codicum, aut nostra diuinatione possint corrigi. WOLFIVS.

Ibid. Immo quidem satis sana. Licet non recte intelligam, quid sit ἡ σωφροσύνη πρὸς τοὺς γονέας. In MStis *Aug. Lind. Ital.* post σωφροσύνη additur articulus ἡ. Lege itaque: ἡ σωφροσύνη· Id vnum est. deinde: ἡ πρὸς τὰς γονέας καὶ τὰς πρεσβυτέρους ὑμῶν παρὰ τῶν νέων αἰσχύνη· additur tertium, ἡ εὐταξία. *Temperantia, Reuerentia, Disciplina.* TAYLOR.

777. 3. τῆς ἀναιδείας.] Αἰσχύνη, *pudor*, Αἰδὼς, *reuerentia*. Illa turpitudinis metus est: haec dignitati, virtuti, auctoritati, aetati honorem habet. Possunt ergo ἀναισχυντία καὶ ἀναίδεια habere locum; sed quia praecedit εὐταξία, quid si legatur τῆς ἀταξιας? WOLFIVS.

5. δεινὸν ἐλαττωθῆναι.] *Damni patiens*, Wolfius. *nec facile a suo statu deiicitur*, Melanchtho. Δεινὸν ἐλαττωθῆναι, ait ille ad *Theophrastum*, siue *Stanleius* sit, siue *Duportus*, mirifice dictum, ac si diceres: *apta fraudari*. Sed frigidum hoc prae Graeco. Et certe ea mihi videtur esse huius phraseos elegantia, vt Latine exprimi non possit. Καλοκαγαθία δεινὸν ἐλαττωθῆναι vult dicere: *morum probitas ita comparata est, vt facile in damnum incidat*. Haec Vir summus. TAYLOR.

9. συγκέχυται.] ὁ βιος συγκέχυται Codd. *Ven. Bar.* cum marg. *Benen.* Modo, v. 10. τῶν πονηροτάτων καὶ ἀναιδεστάτων ἡ πόλις μεστη γίγνεται. Idem MSti cum *August.* et editione *Parisiensi*. TAYLOR.

14. μέχρι τινὸς.] S. χρόνε, εἰ καὶ μὴ ἀεί. WOLF.

24. οἰκεῖσθαι.] *incoli*, Wolfius. Immo: *regi, administrari*. Dixi alibi et plenius. Verum, priusquam hunc locum dimittamus, examinemus id, quod sequitur. ἔστιν ἔτι τὴν πόλιν οἰκεῖσθαι; τί δέ; τους νομους κυριους εἶναι; non facile memini, me aliquid aliud vnquam legisse otiosius, aliquid aliud importunius. Comprehendit tota haec Perioche disputationem satis honestam de Legum necessitate, earumque auctoritate: atque ad eam rem conficiendam graphice depingit, qualis futura esset Resp. si Leges, earumque auctoritas tolleretur. Concludit demum: *quid? dicemusne, hanc esse Remp.?* Hic quid infelicius, quam vt adderet *quid? dicemusne, leges esse ratas?* Nam omnis ea, quae praeteriit, argumentatio fita est in supponendo, quod *Leges non essent ratae*. Quid homine sapiente indignius, quam vt ni-

vt nihil aliud *concludat*, praeter ea, quae *praemiſit?* Nimirum animaduertit lector aliquis curioſus, οἰκεῖσθαι non eſſe *incoli*, verum *legibus contineri atque adminiſtrari*, quod vt alios quoque admoneret, adleuit iſta ridicula; quibus rurſus deletis, vide porro, vt pergat ſententia: εἰ ταῦτα ποιοῖμεν, ἔξιν ἔτι τὴν πόλιν οἰκεῖσθαι; τί δέ; πόσην ἂν οἴεσθε βίαν, et quae ſequuntur. TAYL.

778. 4. εἶτα ἀπεκληρώθητε.] *Wolfius* non recte cepit huius loci mentem, quantum eius interpretationem intelligo. Λαχεῖν eſt, *ſortiri, ſortes ducere*, quod omnium, ἀποκληρωθῆναι, *ſortibus vincere*, quod paucorum. Vertas itaque liberius: *Quod omnes voluerunt, vos ſoli hodie ius dicitis. Id quo modo ſe habet? Quia vos cum caeteris vna ciuibus ad ſortes acceſſiſtis, deinde vobis ſolis ſortito obtigit, vt huic iudicio praeficeremini. id enim legum praeſcripto fit.* TAYLOR.

10. ὃς, ὦ μιαρώτατε.] *Longinus* §. 27. vbi agit de perſonae in aliam perſonam commutatione, locum noſtrum citat et illuſtrat. TAYLOR.

16. ἀπεσχοινισμένος.] Vide *Harpocrat. Mauſſac.* ad locum, *Plin.* IX. *Epiſt.* 26. TAYLOR.

17. γνώσεσι.] Harpocratio: Γνῶσις, ἀντὶ τοῦ Κρίσις. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αριστογείτονος. Codd. interea *Ven. Ital.* et *Pariſienſes* hic κρισεσι legunt, quod minuto aliquando ex ſcholio oriundum. TAYLOR.

18. τῇ γραφῇ.] Laudo *Ven. Bar. Bodl. Aug.* et *Regg. Paris.* ἐγγραφῇ. Theſmothetae, et ſimiliter exactores, non *dicam ſcribebant*, verum *nomina* obaeratorum *in codices retulerunt*. Id quod hoc loco agitur. Oratio *contra Theocrinem* haec omnia complanabit. Quod *Wolfius* infra ad 781. 2. ineptum eſt, et a mente huius loci alienum. TAYLOR.

19. βελεύσεως.] Antiquum exemplar ſic habuit: ν γραφῇ [iſtud eſt ἐγγραφῇ. vide notam ſuperiorem] θεσμοθετῶν, ἑτέρᾳ πρακτόρων, τῇ τῆς βουλήσεως,

ἣν αὐτὸς διώκεις, γραφῇ etc. Quam lectionem cum *Aldina* conferens, vtra melior sit, mox videbis. OBSOPOEVS.

778. 19. τῷ τῆς βελήσεως, ἣν αὐτὸς διώκεις γραφήν.] [vti *Aldus* edidit] Alii: Τῃ τῆς βουλευσεως, ἣν αυτους διωκεις (παρὰ τὸ διοικέω) γραφη Alii τῇ τῆς βουλης. Mihi placet: τῇ τῆς βελεύσεως, ἣν αὐτὸς διώκεις, γραφῇ. De hoc crimine vide *Suidam*. Accusauit autem Aristogito quendam Aristonem, vt a quo falso fuerit in aerarios relatus: accusatus et ipse est, quod Pythangeli vitae falsa accusatione struxerit insidias. WOLFIVS.

Ibid. βελεύσεως.] Harpocr. Βελεύσεως. ἐγκλήματος ὄνομα ἐπὶ δυοῖν ταττόμενον πραγμάτων. τὸ μὲν γάρ ἐστιν, ὅταν ἐξ ἐπιβελῆς τίς τινι κατασκευάσῃ θάνατον — τὸ δ' ἕτερον, ὅταν ἐγγεγραμμένος, ὡς ὀφείλων τῷ δημοσίῳ, αὐτὸς δικάζηταί τινι, ὡς ἀ δικαίως αὐτὸν ἐγγεγραφότι. τὸ μὲν ἓν προτέρᾳ μάρτυς Ισαῖος — περὶ δὲ τὸ ἑτέρᾳ ἐγκλήματος, Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αριστογείτονος πρώτῳ. Vide infra pag. 791. 25. Si quaeras, quantum interfit inter γραφὴν βελεύσεως, et ψευδεγγραφῆς (nam et istius quoque actio dabatur) consulas *Suid.* in v. Ψευδὴς ἐγγραφή. *Petit. LL. Attic.* p. 467. Edit. Nou. *Poll.* L. VIII. C. 6. §. 43. et 88. virosque doctos ad loca. *Valef.* ad p. 301. *Harpocrationis*, *H. Steph. Thes. Gr. L.* T. IV. p. 720. TAYLOR.

22. τὰ κοινὰ.] Lege confidenter cum bonis exemplaribus, *Ven. Baroc. Lind. Aug. Ital.* et marg. *Morel.* τὰ κοινὰ δικαια ἀνατρέψειν οἴει; TAYLOR.

26. λελειτεργηκότων.] Vide *Fr. Luisini Parerg.* III. 43. qui noua et insolita mente hunc locum intelligit de hominibus infimae sortis et conditionis, de faece populi. Nihil minus. Contendit tantum Orator, in libera Rep. qui patriae prodesse et consulere vellent, non ex vno tantum ordine aut collegio sumi debere, qua-

qualecunque demum ſit, verum id omnibus patere. TAYLOR.

778. 27. τινὸς.] Fortaſſe τι, vti *Ald. Ven. Bar. Aug. Ital.* τῶν τοιῶτων τι μέρος ἀφορίσας. Credo ſane. TAYLOR.

779. 2. ἐξ ὧν.] Senſus, quem mihi non aſſequi videtur Interpres, huiusmodi fere eſt: *Si quis contenderit, dicendi faciendam eſſe poteſtatem iis hominibus, quorum in numero eſt Ariſtogito, violentis nempe, carceris effractoribus* etc. TAYLOR.

8. τοῖς, οἷος κ. τ. λ.] τοῖς τὴν Φύσιν dura eſt ellipſis. Quid ſi legas: τοῖς, οἷος ἅτός ἐστιν, ουσι τὴν Φύσιν, aut, τοῖς τοιουτοις, οἷος ἅτός ἐστιν, ουσι τὴν Φύσιν? Etſi τὸ τοιῶτοις abeſſe poteſt βραχυλογίᾳ Graeca. WOLFIVS.

Ibid. Deeſt τοῖς in Codd. *Lind.* et *Ital.* non recte. Et pro οἷος, οιοσπερ habent *Ven. Bar. Aug.* marg. *Morel.* TAYLOR.

18. ποιήσασθαι.] Nae id praeter fidem Grammaticae. Legendum ſaltem videtur πεποιησθαι, ni vlcus late pateat. Quid ſi ἐλπίσασθαι? TAYLOR.

27. εἰ λάβοιτο ἐξουσίας.] ἐξουσιαν. IVRIN.

780. 2. ἀνεκτέον.] Malim ἀδ' ανεκτον. WOLFIVS. Ita MSti. Fortaſſe: δεινὸν δὲ καὶ χαλεπὸν πασῃ τῇ πόλει, καὶ ἐκ ἀνεκτέον, vel ἀνεκτόν. TAYLOR.

6. τέτῳ ἐπιτρέψειε.] γρ. ταυτη et in nonnullis ταυτη συναψειε. Recte ſane, vt mea fert ſententia. *Vecordiae*, vt loquitur Scholia, in abſtracto. Proinde enim dicitur: τίς δ' ἐκ ἂν, εἰς ὅσον δυνατὸν, φύγοι, καὶ τὸν ἔχοντα ταυτην (vel αυτην, vt exemplaria plurima) ἐκποδὼν ποιήσαιτο; Perges porro emendando, v. 8. ἵνα μηδὲ ἄκων αυτη ποτε περιπέσῃ. Vti MSti *Ven. Bar. Bodl. Lind. Ital.* Adhuc autem. Iſtius rei neſcius, comma, quod ſequitur, male interpretatur *Wolfius*, aut certe minus accurate. Et v. 13. pro ἐκεῖνα δὲ, le-

gendum est, σκευη δὲ, cum Codd. *Ven. Bodl. Lind. Ital.* et marg. *Benenati. Vecordia* sc. quae vbique in hoc loco *personae* vicem sustinet. TAYLOR.

780. 17. καὶ Προνοίας Ἀθηνᾶς.] Hinc etiam *Aeschinis* locus [videtur innuere illa *Aeschinis c. Ctesiph.* p. 499. 12. et saepius] explicari potest. Opponit Ἀθηνᾶν Πρόνοιαν τῇ Ἀριστογείτονος Ἀποικίᾳ. WOLFIVS. Recte hoc, et tuetur ea, quae nuper dixi. TAYLOR.

19. νεὼς.] F. βωμος, *ara.* WOLFIVS.

Ibid. Non habeo necesse. *Aediculam* intelligere potuit seu Cellam (cuiusmodi fere hodie sunt Capellae in Ecclesiis Romanensium, priuatis sacris destinatae, et suis quoque Aedituis instructae) quarum plurimas vnum Fanum complecti solebat. Nam in templo, Iouis puta, aut Apollinis, caetera quoque numina hospitio non prohibebantur. Verbi gratia: In vno Capitolio Romae plurimorum Deorum *aediculae* erant. *Liuius* XXXV. 41. Aedes duae *Ioui eo anno* in Capitolio *dedicatae sunt — de multa damnatorum quadrigae inauratae in Capitolio positae in* cella Iouis *supra fastigium* aediculae. De contubernalibus Diis plurima habet consulenda Cl. *G. D'Arnaud* in commentario, quem inscripsit de Diis Παρέδροις, et quae adtulerunt viri docti ad explicanda illa *Act. Apostol.* XIX. 24. Adeo vt nihil mirum esse poterit, si in templo Apollinis Delphici, Minerua quoque suam aediculam, ritus, et antistites etiam haberet. Immo Mineruae Προνοίας cellam Delphis memorat *Pausanias* in *Phocicis*: ὁ τέταρτος δὲ Ἀθηνας καλεῖται Προνοιας, p. 623 Edit. Hanou. 1613. et deinde χρυσᾶ δὲ ἀσπίδα ὑπὸ Κροίσου τοῦ Ἀυδοῦ τῇ Ἀθηνᾳ τῇ Προνοιᾳ δοθεῖσαν ἐλέγετο ὑπὸ τῶν Δελφῶν, ὡς Φιλόμηλος αὐτὴν ἐσύλησε. Sed me male habet, quod ea aedicula hic diceretur κάλλιστος καὶ μεγιστος: praesertim vero, nam illud alterum negligerem, quod iure summo olim contenderunt viri doctissimi, quos infra

fra nomino, aedes istas, quas memorat *Pausanias*, et hic memorare videtur *Demosthenes*, non esse consecratas Mineruae Προνοιας, verum, vt vocatur, Mineruae Προναιης, aedes sc. minores, ante vestibulum Apollinis, vt alibi loquitur idem *Pausanias*: Πρῶτα μὲν δὴ λίθε κατὰ τὴν ἔσοδόν ἐστιν Αθηνᾶ, καὶ Ερμῆς, ὀνομαζόμενοι προναοι. Boeotic. pag. 556. *Protemplarem* dicas, aut *Vestibularem* Mineruam. Ita *Herodot.* de rebus Delphicis, VIII. 37. οἱ βάρβαροι, ἐπειδὴ ἐγίνοντο ἐπαγόμενοι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Προναιης Αθηναιης, et iuxta: ἐπεὶ γὰρ δὴ ἔσαν ἐπιόντες οἱ βάρβαροι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Προναιης Αθηναιης, caetera. Suidas: Πρόνοια. ὠνομάζετό τις παρὰ Δελφοῖς Αθηνᾶ Πρόνοια, διὰ τὸ πρὸ τοῦ ναου ἱδρῦσθαι. Iterum: Πρόνοια Αθηνᾶ. οἱ μὲν διὰ τὸ πρὸ τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἑστάναι αὐτήν· οἱ δὲ, ὅτι προνόησεν etc. Adiungas *Diodor. Sic.* XI. §. 14. et ornatissimum *Wesselingium* ad locum, *Gronouium* ad *Herodot.* I. 92. *H. Steph. Thes. Gr. L.* T. II. col. 1080. et Append. col. 1715. *Meurs. Attic. Lect.* II. 17. Eund. *de Regno Lacedaem.* C. V. *Kusler.* ad *Suid. Spanhem.* ad *Callimach. Hymn. in Lauacr. Pallad.* v. 121. His adde *Hesychium*, *Harpocrationem*, *Etym. M.* Lexicographos. Ex quibus omnibus abunde patere arbitror, primo Mineruam Delphis cultam, vt dixi, nominari non Προνοιαν, *prouidentem*, sed Προναιην, *vestibularem:* deinde, eos decipi, qui haec *Demosthenis* ad eandem normam corrigi volunt, cum vtique interiret omnis, qualis demum fuerit, huius loci lepor et elegantia, in quo institui voluit comparationem inter απονοιαν Aristogitonis, et Προνοιαν Mineruam. Quid igitur dicemus? An errauit Simius ille *Demosthenis*, antiquitatis verae ignarus, et vocabulorum similitudine deceptus, cum haec scriberet? Illud quidem afferere non audeo, cum paria fere habeat *Aeschines de Corona*, et probe sciam, multa in vetustis Scriptoribus reperiri posse, simili ἀμφιβολία.

λία, quaſi ad ludibrium poſterorum, referta. Memor tamen eſto, *Stanleium* ad *Aeſchyli Eumen.* 21. (vbi in σχ. citatur *Callimachus:*

Χὴ Παλλὰς, Δελφοί νιν ὅθ' ἱδρύσντο Προνααν)

etiam *Aeſchinem* emendare, tanquam eadem ſcriptura vſum. Statuant ergo de hac re, qui me otio et eruditione ſuperant. TAYLOR. [v. Tourrei ad Aeſchin. c. Cteſiph. Ἡ δ' Αθηνᾶ ἐστιν ἡ τοῦ Διὸς Σύνεσις, ἡ αὐτὴ ἥσα, ἡ ἐν αὐτῷ Πρόνοια. Phurnut. ibid. citat. TAYLOR in ſchedis.]

780. 25. *οἱ δὲ καὶ κοινοὶ.*] Quoniam praeceſſerat v. 24. τῇ ψυχῇ ἑκάστε, cui reſpondet τὸ κοινοὶ, et τῇ Φύσει, cui nihil reſpondet, amplector id, quod in Codd. deprehendi, *οἱ δὲ νομῷ, καὶ κοινοὶ κ. τ. λ.* Verte autem, nam *Wolfius* male vertit: *aras ſunt partim priuatae, in pectoribus vniuscuiusque, ipſa* natura *conſtitutae: partim* inſtitutis, *et omnibus communes.* TAYLOR.

781. 2. *εἰσάξειν.*] S. *εἰς τὸ δικαστήριον.* Hoc alias τῶν Θεσμοθετῶν munus fuit. (Supra 778. 18. τῇ γραφῇ Θεσμοθετῶν, quaſi ab his fuerit accuſatus Ariſtogiton: niſi forte legendum ſit τῇ γραφῇ παρὰ τοῖς Θεσμοθέταις.) Quid vero ſi *απαξειν* legas, S. *εἰς τὸ δεσμωτήριον*? WOLFIVS.

Ibid. *παραδώσειν.*] S. τοῖς ἕνδεκα. WOLFIVS.

4. *τέτων ἐπὶ πάντων.*] Forte *τέτων απαντων.* WOLFIVS.

11. *σὺ δὲ πώποτε δ' ἐδέν.*] Lego, *σὺ δ' ου πώποτ' ἐδέν κ. τ. λ.* et mox v. 13. pro ἐὰν εἶναι, ἐὰν ουν, vel ἐὰν τοινυν. WOLFIVS.

Ibid. Vtrumque recte. Nam in editis emendandis cum *Wolfio* conſpirant *Ven. Bar. Bodl. Aug.* MSti, qui *σὺ δ' ουδε πώποτε ἐδέν.* *Morelius* dedit: *σὺ δ' ουδε πώποτέ γ' ἐδέν.* Deinde v. 13. *ουν Bar. Bodl. Lind. Aug.* TAYLOR.

781. 14.

781. 14. *νῦν με κ. τ. λ.*] *νῦν με ἐξελέγξεις περί τϐ; ἀντὶ τοῦ περί τινος.* [*iamne me* alicuius criminis *reum perages?*] Poteſt et interpungi poſt *ἐξελέγξεις*. *περί τϐ;* WOLFIVS. Idque ſatius. TAYLOR.

16. *ἀλλὰ λέγει γ' ὁμοίως.*] [Ita Editt. *Ald.* et *Pariſina*, MSS. *Manut.* et *Felic.* etc.] Alii *ομως*. WOLFIVS. Ita *Bar. Bodl. Obſop.* cum *Regg. Pariſienſibus*. TAYLOR.

17. *ἐν τοιούτοις.*] Diu eſt, quod diuinabam *τουτοις*. Ita etiam *Bodl. Lind. Aug. Ital.* *τοσουτοις* MSS. *Felic.* et *Manut.* TAYLOR.

18. *σκυτόδεψον.*] Ariſtophanes *Βυρσοδέψην* appellat Cleonem, eodem ſenſu. WOLFIVS.

23. *εἴ τι καθ' ὑμῶν.*] S. *τῶν Αθηναίων*. WOLF. Ibid. Multo melius ita, vti nos edidimus ex auctoritate *Bar. Lind. Ital.* et Edit. *Benenati*. TAYLOR.

27. *τοιοῦτος — οἷος — ζητεῖν.*] *εἴ τις ἐστὶν ὁ ζητῶν, εἴ τις ζητεῖ.* WOLFIVS.

782. 1. *μηδὲν φροντίζειν.*] [Ita enim conſtanter edi, et, vt puto, ſcribi ſolebat.] Forte *φροντίζων*. Niſi quis referre velit ad *οἷος*, quod non placet, aut legere *καὶ εἴτε δικαίως*. WOLFIVS.

Ibid. Profecto temeraria haec nimis et incocta. Nam ex Codd. *Bar. Ven. Bodl. Ital.* et *Pariſienſibus* veram lectionem eruere poſſumus, et antiquum iſtud *φροντίζειν* Editorum retinere. Lege itaque: *εἰ — τίς ἐστιν — οἷος ἐκ παντὸς τρόπϐ τὸν κρινοῦντά τινας καὶ συκοφαντήσοντα ζητεῖν, ει δε δικαίως, ἢ* (vel cum marg. *Paris.* *ειτε*) *ἀδίκως, μηδὲν φροντίζειν*. caetera. TAYLOR.

10. *τίνα γὰρ κ. τ. λ.*] *Aldus* quidem ſic legit: *τίνα γὰρ τῶν ῥητόρων ἔτος εἴργασαί τι κακὸν τοσοῦτον, ἡλίκον τοὺς ἰδιώτας, ὃς συκοφαντῶν περιέρχεται*; etc. Antiquum autem ad hunc modum: *τίνα γὰρ τῶν ῥητόρων ἔτος εἴργασαί τι κακὸν τοσοῦτον, ἡλίκον οσον τοὺς*

ἰδιώτας, περὶ ὧν ψηφίσματα γράψας ἐάλω. caetera non aderant. Estque horum verborum sensus: Rhetoribus Aristogitonem accusando adeo non exhibuisse negotium, vt de illis decreta quoque scripsisse deprehensus sit, tantum autem homines priuatos vexasse. *Aldina* lectio hoc loco multum confusa est, nam eadem verba post sequuntur, sed ordine praepostero. Porro ciues de Repub. bene meritos decretis honorari solitos apud Athenienses quis ignorat? Totus ergo iste locus sic mihi ordinandus videtur: τίνα γὰρ τῶν ῥητόρων ἔτος εἴργασταί τι κακὸν τοσοῦτον, ἡλίκον ὅσον τοὺς ἰδιώτας; περὶ ὧν ψηφίσματα γράψας ἐάλω. τίνα δὲ ἐξ οὗ πάλιν νῦν λέγει, κέκρικε ῥήτορα; οὐδένα. ἀλλ' ἰδιώτας πολλούς, οὓς συκοφαντῶν περιέρχεται. OBSOPOEVS.

782. 14. περὶ ὧν ψήφισμα γράφων ἐάλωκεν.] De Hierocle sacrilegii reo vide *Libanii* argumentum. [p. 767.] WOLFIVS.

16. ὥστε ἂν ἂν φθάνοι κατακοπτόμενος.] ὡς τάχιστα κατακεκόψεται. WOLFIVS.

19. ἑώρακε.] Annon εὑρηκε potius? TAYLOR.

21. ὧν ἂν ἐκ τούτων.] καταβὰς λαμβάνει δίκην τούτων (τῶν πραγμάτων) παρ' ἑκάστου ὑμῶν καθ' ἕνα, ὧν (ἃ, ἧ, ἐν οἷς) παρακρούσηται ἐκεῖ πάντας ὑμᾶς, ἐκ τούτων, τουτέστιν, ἐκ τοῦ λοιδορεῖσθαι καὶ προσκρούειν. WOLFIVS.

24. λέγοντας.] Codd. meliores, *Ven. Bar. Aug.* aliquanto plenius et vehementius: ἐχὶ, μὰ Δία, τοὺς λέγοντας. οὐ. ἔτοι γὰρ etc. TAYLOR.

25. συνδιαβαπτίζεσθαι.] Siue legas ita cum *Bar. Bodl. Obsop.* marg. *Paris.* et Editionibus a *Feliciano* et *Man.* procuratis, siue διαβαπτίζεσθαι cum *Ald. Paris.* et *Lind.* vtrinque habes vocem Lexicographis incognitam. Cum *Melanchtho* verterit, *qui norunt eius auda-*

audaciam retundere, videtur in animo habuisse ista *Sophocl.* in *Aiace* 655.

Κἀγὼ γὰρ, ὃς τὰ δεῖν' ἐκαρτέρουν τότε,
Βαφῇ, σιδήρος ὡς, ἐθηλύνθην σόμα.

Verum ego arbitror, vtrumque Interpretem, *Melanchthonem* sc. cum *Wolfio* nostro aberrare a loci sententia, quae quodammodo est huiusmodi: *Ille a Rhetoribus manum abstinet*, non, quia cum eo congredi et conflictari possunt, verum, *quia eodem cum eo quaestu immersi sunt, iisdem inhonestis artibus tinguntur.* TAYLOR. [ψυχὴ τοῖς μὲν συμμέτροις αὔξεται πόνοις, τοῖς δὲ ὑπερβάλλουσι βαπτίζεται. Plutarch. de Educ. puer. Διάνοια ὑπὸ μέθης καταβαπτισθεῖσα. et ὅταν γὰρ καταβαπτισθῇ ὑπὸ τῆς πολλῆς οἰνοποσίας ὁ λογισμὸς. D. Chrysostom. p. 2. T. I. iterum p. 6. TAYLOR in schedis.] Διαπλακτίζεσθαι Th. Bentley. v. Plutarch. in Timol. p. 118. ed. Bryan, et in Sulla p. 45. IBIDEM.

782. pen. χρήσιμον δὲ,] ὁμολογήσετε δὲ, aut φήσετε δὲ, χρήσιμον εἶναι, ἄνθρωπον κρίνειν τῇ πόλει, id est, κατηγορεῖν τινα ὑπὲρ τῆς πόλεως, vel τὸν Ἀριστογείτονα δημόσιον ὄντα κατήγορον χρήσιμον εἶναι τῇ πόλει. Mox v. vlt. pro ὧν ἐργων lego ὧν ἐργῳ, quia sequitur ἐκ λόγε. [p. 783. 2.] WOLFIVS.

Ibid. χρήσιμον δὲ, ἄνθρωπον τῇ πόλει κρίνειν. Sic interpungit *Wolfius*, et sic reddit: *sed cum vtile sit, publicum esse accusatorem.* Vtrumque male. Legendum: χρήσιμον δὲ ἄνθρωπον τῇ πόλει κρίνειν, *sed cum sententia ferenda sit de homine vtili Reip.* IVRIN.

783. 1. ἔργῳ.] Ita omnino ex *Ven. Bar.* Bodl. marg. *Paris.* Recte etiam se habet Oratio proxima, vbi haec eadem ῥῆσις totidem fere literis repetitur, p. 806. 24. Restituit etiam optimus *Wesselingius* in praecellentissima sua editione *Diod. Sic.* Vol. I. pag. 439. TAYLOR.

783. 3. *πέντε ἐτῶν.*] *ἐν πέντε ἔτεσιν, ἐξ ὧν ἐτιμήθη αὐτῷ μὴ λέγειν.* WOLFIVS.

6. *γεγονός ;*] Ita MSti plerique omnes. Quatuor cusi ante *Wolfium*, *γεγονε.* Quod non improbo, sed desidero auctoritatem. TAYLOR.

Ibid. *τἐναντίον.*] Male semper pungunt in hoc loco. Istud enim *δοκεῖ* ad *ἀναπαύσασθαι* v. 7. pertinet, et cum eo est conglutinandum, *τἐναντίον* autem aduerbialiter ponendum, h. p. nimirum: *ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ τἐναντίον — ἀναπαύσασθαι. Mihi e contra videtur resp. refocillata fuisse* etc. TAYLOR.

7. *ὃν μὲν ἕν ὃ.*] *Τὸ οὖν* videtur abundare. WOLFIVS. Recte. et Codd. nostri ignorant. TAYLOR.

Ibid. *προσήει.*] S. *τοῖς ποιοῖς.* WOLFIVS.

Ibid. *ἀναπαύσασθαι.*] *ἀει ἀναπαύσασθαι* marg. *Benenati. ἃ προσήει χρόνον ὑμιν, ἀναπαύσασθαι κ. τ. λ.* MSti *Ven. Lind. Bar. Aug. Ital.* TAYLOR.

22. *τὸν Ελευσίνιον.*] *τὸν Ελευσίνιον μόνον* [Ald. *ου μόνον*] *εἶναι τοιστον τίθεμαι· ἐχ ὡς ἐχὶ* [Vide Var. Lect.] *πλειόνων ὄντων· ὤφελε γὰρ μηδεὶς ἄλλος Αριστογείτονι χαίρειν·* [*λέγειν Ald.* et *Ital.*] *ἀλλ' ὅτι καθ' ὑμῶν ὡς ὄνειδος ἐκνῶ τοτο λέγειν, ἐδε τῶν ἄλλων πολιτῶν δίκαιός εἰμι δημοσίᾳ κατηγορεῖν.* Sic censeo legendum hunc locum. Sin placet *ἀλλ' ο καθ' ὑμῶν*, pro *ἐδ' ἐπὶ*, lege *ἐδε περι τῶν ἄλλων*, vel *τοτ' ἐδὲ περί.* WOLFIVS. *ἀλλ' ο — τοτ' ἐδ' κ. τ. λ.* marg. *Morelii*, et recte omnino. TAYLOR.

vlt. *ἵνα μὴ πολλὰ βλάσφημα.*] *Obsopoei* Codex habet: *ἵνα μὴ πολλὰ καὶ βλάσφημα ἀναγκάζωμαι λεγειν καὶ διεξιέναι.* Verum *τὸ λέγειν καὶ* [quod praeter *Obsop.* ostendunt quoque *Ven. Bar. Bodl. Lind. Aug. Ital.* cum marg. *Lutet.*] non placet, quia sequitur mox [p. 784. 1.] *ἀλλ' ἐκεῖνο λεγω.* WOLFIVS.

784. 2. *εἰ πονηρός ἐστιν Αριστογείτων ἁπλῶς.*] *Si improbus est Aristogito, sine controuersia*, Wolfius. Potius:

tius: *si simpliciter*, vel *duntaxat malus est Aristogito.* IVRIN.

784. 5. Φρονέντων.] ποιεντων *Ven. Bodl. Lind. Obsop. Ital.* MSS. *Fel. Man.* et *Parisienses.* TAYLOR.

6. ἑδὲν ἂν παρὰ τᾶτ'.] εδενα ἂν παρὰ τᾶτ' αδικον οἶμαι γενέσθαι, non satis placet. Videtur idem esse, ac si dicat: ἑδὲν ἐκ τᾶ σώζεσθαι Ἀριστογείτονα βλαβήσεσθαι τὴν πόλιν: q. d. *unus homo improbus, cum caeteri ciues in officio erunt, nihil nocere poterit reipublicae: resp. hac de causa nihil detrimenti capiet.* WOLFIVS. Locus iste sollicitari non debuit. TAYLOR.

7. κάπηλος — παλιγκάπηλος — μεταβολεὺς.] Quantum interfit si scire velis, consule σχ. *Aristoph. Plut.* 1156. vbi haec diligenter expenduntur. TAYLOR.

10. τί τᾶτον, ὦ μάταιε, ἀκονᾶς;] Subiecit, puto, alicui librario vocem istam ἀκονᾶς mentio cultri, quae fit paulo infra. [v. 11.] Sed quem in sensum, ego plane non perspicio. Neque enim id agitur, vt Aristogitonem in alios acuat Philocrates, sed vt eum praesenti periculo eripiat. Nonne igitur legendum est: τί τατ', ὦ μάταιε, ἀγωνιᾶς; vel quod magis arridet, etsi paulo longius a recepta lectione recedat: τί περι τατε, ὦ μάταιε, ἀγωνιᾶς; Quicunque enim mutauit ἀγωνιᾶς in ἀκονᾶς, idem necesse habuit pro περὶ τάτε, τᾶτον rescribere. IVRIN.

16. ὡς ἀπέδοτο.] F. ὡς ἀπέδοτο καὶ τὰς κατὰ Δημάδε γραφάς. WOLFIVS.

Ibid. Ita nullo neque iure, neque acumine, mutari et edi etiam voluit *Wolfius.* καὶ in nullis exemplaribus deprehenditur, neque locum habere debet. Alio modo, neque tamen adhuc satis sincere, distinxerunt haec *Felicianus* et *Manutius*, sc. τὴν καθ' H. εἰσαγγελίαν μέμνησαι, ὡς ἀπέδοτο τὰς κατὰ Δημάδε γραφάς. εἶσθ', ὡς ἐξέλιπε τὸν ἐλαιοπώλην caetera.

Ego

Ego interea cum *Parisiensibus* interpungo h. p. τὴν καθ' Η. εἰσαγγελίαν μέμνησαι ὡς ἀπέδοτο· τὰς κατὰ Δ. γραφὰς οἶσθ' ὡς ἐξέλιπε· τὸν ἑλκιοπώλην Ἀγάθωνα — λαβὼν ὁτιδήποτε etc. *Actionem contra Hegemona memineris vti pretio vendiderit: accusationem contra Demadem scis vti destituerit: Agathonem, (ad quem iudicandum cum toties vos interpellauerat) nactus tandem in iudicio, et eius compos factus, obmutuit.* TAYLOR.

784. 16. Wolfius: *meminisli, vt Hegemonem laesae maiestatis reum fecerit.* Immo: *meminisli, vt Hegemonem accusatum accepta pecunia dimiserit.* IVRIN.

19. ἰὲ, ἰὲ] Ita multo melius cum *Bar. Aug.* et *Lutecianis*, quam vt vulgo scribitur, βοῶν καὶ κεκραγὼς, καὶ ἰὲ ἰὲ, πάντ' ἄνω etc. TAYLOR.

22. ἀνασείσας.] ἀπειλησάμενος. Harpocratio, hunc locum *Aristogitonianae* innuens. Vide *Valesium* ad locum, et corrige *Wolfii* interpretationem. TAYL.

25. Τίς ἔν κ. τ. λ.] F. Τίς ἔν ὁ τὸν τοιοῦτον σώζων [*Aug.* habet σωσων]; ἢ πονηρός; 8. ἢ χρηστός; 8. διὰ τί; *Quis ergo est, qui talem hominem conseruatum velit? An improbus? non. An vir bonus? non. Quid ita?* Sed contra consensum Codd. lectionem tolerabilem mutare non audeo. WOLFIVS.

Ibid. *Wolfium* vides aliter edere, aliter hariolari, aliter demum vertere. Nam eius Interpretatio sapit eam, quam alicubi memorat, ego nondum reperire potui, lectionem: sc. τίς — ὁ — σώζων; ἢ πονηρὸς, ἢ χρηστός; πονηρος. Sed vulgata rectissime se habent, modo cum MStis, atque etiam vulgatis ab *Aldo* et *Morelio* inseras η ante διὰ τί. Ecce! Τίς ἔν ὁ τὸν τοιοῦτον σώζων — η διὰ τί; *Quis est, qui hunc seruare velit, vel bonus, vel malus? Aut quare seruaret?* TAYL.

Ibid. Wolfius: *quis igitur est, qui talem tuetur? bonus, an malus? malus. quamobrem?* Perperam. Sen-

sus

ſus eſt: *Quis igitur eſt, qui talem ſaluum velit, ſiue bonus, ſiue malus? Quorſum?* IVRIN.

784. vlt. ὥσπερ γεωργὸς.] Alii ὥσπερ ἂν, et ὥσπερ ἂν εἰ. TAYLOR.

785. 4. μοσχεύητε.] Μόσχοι ſunt quidem vituli, vnde nihil vetat τὸ μοσχεύειν, quaſi μόσχας τρέφειν, *tanquam vitulos ſaginare*, vertere. Sed quia ſupra σπέρματος καὶ ῥίζης mentionem fecit, commodius verteris *propagare*, παρὰ τὰ μοσχεύματα, *ſtolones, viniradices.* WOLFIVS.

Ibid. Ita olim, vt memorat, verterat ille in Interpretatione, quam *Oporinus* excudebat. Sed merito ſeipſum caſtigat. Μοσχεύειν λέγουσιν οἱ γεωργοὶ τὸ ἐντιθέναι ἀνεῳγμένως τὰ κλήματα ἐν ὀρύγματι γῆς ἐπὶ τῷ ἐκφύσαι ῥίζας, εἶθ' ὕστως ἐμφυτευθῆναι. Schol. *Hermog.* iuxta finem. Caetera quaere in Lexicis vulgatis. TAYLOR.

7. ὅπου Αριστ.] ὅπου γαρ Αριστογείτων. WOLFIVS.

Ibid. *Wolfius* cum *Bodl. Lind. Ven. Bar.* et *Benenato* reſtituit id, quod deſiderabatur in caeteris. Proxime τὸ εἶναι v. 8. delendum olim iudicaui, cui ſententiae ſuffragantur *Bodl. Lind. Ital.* et marg. *Benenati.* TAYLOR.

18. σπαράττων.] Malim ταραττων. Ita fere *Pollux* VI. 32. Πρὸς τὸν θορυβοῦντα τὸ δημόσιον τάδε ἄν τις εἴποι, κυκῶν — συγχέων πάντας πρὸς ἀλλήλους, ταραττων, τάρακτρον, caetera. TAYLOR.

23. ὁμοῦ.] Harpocratio: Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αριστογείτονός φησιν, εἰσὶν ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Αθηναῖοι, ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. Suidas in v. — καὶ Δημοσθένης τῷ ομου ἀντὶ τοῦ ἐγγὺς κέχρηται, ἐν τῷ κατὰ Αριστογείτονος. Εἰσὶ δ' ὁμοῦ δισμύριοι χιλιάδες [lic] Αθηναίων. ἔνθα γὰρ βάλεται δηλοῖ, ὅτι ἐγγὺς τῶν δισμυρίων εἰσίν. ἐπεὶ ὅτι γε οὐκ ἦσαν δισμύριοι, φανερόν. caetera.

tera. Cum his paria habet *Didymus* ad *Iliad.* E. 867. Male ergo *Wolfius:* omnino *vicies mille sunt:* cum debuit: *vicies mille sunt* praeterpropter, circiter. *Aristoph.* in *Equit.* 245.

Ο κονιορτὸς δῆλος αὐτῶν, ὡς ομου προσκειμένων. Schol. ad locum: τὸ ομῶ λέγουσιν Αττικοὶ ἀντὶ τῦ εγγυς, ὡς καὶ ἐν Εἰρήνῃ· Καὶ μὴν ομῶ ἔσιν ἥδε. Adde omnino *Lamb. Bos. Obseruatt. Crit.* Cap. IV. *Valesium* ad dictum *Harpocrationis* locum, eruditissimum *Valckenaer.* ad *Eranium Philonem* p. 162. et Cel. *Tib. Hemsterh.* ad *Lucian.* T. I. Nou. Edit. pag. 443. Contra, cum definitum numerum paulo excedit, dicimus μάλισα, aut aliquid simile. *Plato* in *Critia:* πλῆθος δὲ διαφυλάττοντες ὅτι μάλισα ταὐτὸν ἑαυτῶν εἶναι πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, τὸ δυνατὸν πολεμεῖν ἤδη κατὰ τὰ ἔτη, περὶ δυο μαλισα ὄντας μυριαδας. Quae verba non recte a plurimis accipiuntur. Nam, si cum *Salmasio* Graeci sermonis proprietatem spectes, non *circiter* aut *admodum*, vt illi, expones, sed quod binas myriadas aliquantulum excedit. „Μαλισα τρία „τάλαντα apud *Demosthenem*, inquit Vir ille summus „*de M. V.* p. 156. sunt X talenta, *et quod excurrit.* Con„tra, si dixisset ομου τρία τάλαντα, aliquid deesset ad „summam trium talentorum.„ Caeterum de hoc numero ciuium Athenienssium magna est inter veteres concordia. *Aristoph. Vesp.* 705.

Εἰσίν γε πόλεις χιλιαι, αἱ νῦν τὸν Φόρον ἡμῖν ἀπάγουσι.

Τέτων εικοσιν ἄνδρας βόσκειν εἴ τις προσέταξεν ἑκάσῃ,

Δυο μυριαδες τῶν δημοτικῶν ἕζων ἐν πᾶσι λαγῴοις.

Vbi ait Scholiastes doctissimus: Εκ πολλῦ Φαίνεται περὶ τοσῦτον ἀριθμὸν τῶν Αθηναίων πλῆθος προϊσασθαι. καὶ Δημοσθένης γάρ φησιν· Εἰσὶ δ' ὁμῦ δυσμύριοι πάντες

τες Αθηναῖοι. Similiter eruo idem ex *Plutarcho* in vita *Lycurgi* Rhetoris hoc pacto: [Diphilum] ἀλῶναι ἐποίησε [Lycurgus] καὶ πεντήκοντα δραχμὰς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῶ ἑκάστῳ τῶν πολιτῶν διένειμε, τῶν πάντων συναχθέντων ταλάντων ἑκατὸν ἑξήκοντα, ἢ, ὥς τινες, μυῶν. Iam si Talenta centum sexaginta in drachmas resoluas, et vnicuique ciuium Athenienſium viritim quinquaginta impertias, hominum capita erunt 19, 200. ſc. ὁμῶ δισμύριοι. Adiungo *Athenaeum* l. 6. p. m. 237. Κτησικλῆς ἐν τρίτῃ χρονικῶν, τῇ δεκάτῃ πρὸς τοῖς ἑκατόν φησιν Ολυμπιάδι Αθήνησιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Αττικήν· καὶ εὑρεθῆναι Αθηναίους μὲν δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις, μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τεσσαράκοντα. Quod ſi aliquando contingat, vt in hoc numero diſſentirent Auctores vetuſtiores, (et ecce aperte diſſidet *Herodot.* V. 97. qui ante bellum Perſicum, atque hanc longe aetatem, tres myriadas, ſiue Athenienſium triginta mille fuiſſe ait) memineris, alios aliter calculum inſtituere: hos vnamquamque aetatem et conditionem complecti, alios interea, vti hic Noſter, caeterique, quos adduximus, eos tantum numerare, qui familiae capita erant; aut ſaltem qui ea eſſent aetate, vt Remp. armis tegere poſſent; aut denique qui opibus ita valebant, vt in cenſu eſſent. De qua re multa habeo dicenda, verum in tempore opportuniori. Iam fere hoc omne extra oleas. TAYLOR. [Plutarch. quomodo quis etc. p. 77. D. in Bruto ed. Tonſon. p. 229. Demoſth. in π. παραπρ. de aetate Solonis. TAYLOR in ſchedis.]

785. 26. ἀλλ' ἐχ ἕτος.] Lege cum *Italico*, ἀλλ' ἐχ ἕτος αν ουδεν ἔχοι δεῖξαι, vel cum *Lindenb.* ἀλλ' ἐχ ἕτος ουδεν αν ουδεν ἔχοι δεῖξαι, maxime ſi interpungas poſt ἕτος. TAYLOR.

785. 27. τὸν βίον.] *Regii* Parisienses habent τὸν βίον ἐστὶ βιοτευων. TAYLOR.

vlt. τὴν ψυχὴν.] Restitui ex fide omnium impressorum, plurimorum etiam et praestantiorum Codicum. Vulgo erat τῃ ψυχῃ. TAYLOR.

786. 4. ὄφις.] Obsop. ὥσπερ ἐχις ἡ σκορπίος [et cum eo *Ven. Bodl. Ital.*] et mox v. 7. ἀργύριον εισπραξεται [similiter *Bar. Ven. Bodl. Aug. Ital.* marg. *Par.* et rectius]. Vide 4. *Rhetor. ad Heren.* exempla descriptionis et imaginis pene conuersa ex hoc loco. *Iste quotidie per forum medium, tanquam iubatus draco, serpit, dentibus aduncis, adspectu venenato, spiritu rabido, circumspectans huc et illuc, si quem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, ore attingere, dentibus insecare, lingua adspergere possit.* WOLFIVS.

10. ἀνίδρυτος.] *vagabundus* Wolfius. quasi *domicilium non habens.* Adnotatum reperi: Ανίδρυτος, ανεσιος οἶμαι. *Harpocr.* et *Suid.* exponunt ἀνεξίλαστος. Quod non intelligo. Illa superiora rectissima sunt, et vim vocis optime explicant. Lege *Aristot. Polit.* L. I. C. 2. ἄνθρωπος φύσει πολιτικὸν ζῶον, καὶ ὁ απολις — ἤτοι φαῦλός ἐστιν, ἢ κρείττων, ἢ ἄνθρωπος, ὥσπερ καὶ ὁ ὑφ' Ομήρῳ λοιδορηθεὶς,

Αφρητωρ, ἀθέμιστος, ανεσιος [*Iliad.* I. 63.]

ἅμα γὰρ φύσει τοιῦτος, καὶ πολέμῳ ἐπιθυμητὴς, ἄτε-περ ἄζυξ, ὥσπερ ἐν πετεινοῖς. Eodem animo, morosus ille, et consuetudinum amicitiarumque osor, Timo, ab *Aristophane* in *Lysistr.* 810. vocatur ανιδρυτος, siue, vt scribitur quoque, αἰδρυτος. TAYLOR.

pen. πρὸς μὲν γὰρ κ. τ. λ.] πρὸς τῷ ἀπελθεῖν ἐξ Ερετρίας, προδὺς τὸν πατέρα (καὶ προδῦναι.) WOLF.

vlt. δεσμωτηρίῳ.] Vide *Suid.* v. Οφλήσειν, qui emendabit similem locum in σχ. *Aristoph. Nub.* 774. TAYLOR.

787. 4.

787. 4. ἀποσχέσθαι.] Obsop. απεσχησθαι et v. 5. pro μαρτύρων, μαρτυριων. WOLFIVS.

8. ἐπ' ἐξαγωγῆ.] Vid. *Iul. Poll.* L. III. C. XXV. §. 125. et viros doctos ad istum locum. TAYLOR.

14. Βωξίαν.] [*Ald.* et *Bar.*] Alii Ζωβιαν. WOLF.

16. ἐζήτουν καὶ ἐκήρυττον.] Reuocaui coniunctionem ope MSS. *Bar. Bodl. Aug.* et Editionis *Lutecianae*. Si asyndetam orationem relinquas, vt est in caeteris, profecto vox altera alterius glossa fuisse videbitur. TAYL.

27. μετοικίου.] *Petit. Attic. Legg.* L. II. Tit. V. *Harpocr.* v. Μετοίκιον. Suid. Ἐξαγωγή. *Meurs. Attic. Lect.* I. 9. TAYLOR.

Ibid. κείμενον.] Vterque Interpres huius Orationis falli videtur. Acceperunt enim, quasi muliercula *statim*, *incontinenter*, persoluta annua pensione, siue τῇ μετοικίᾳ, ita euasisset. Id aliter est. Abducta illa ad forum, vbi τῶν μετοίκων res agitabantur, et referebantur in commentarios, apparebat ex eorum libris memorialibus, eam aes istud *quotannis iam persoluisse*. Thucyd. I. 129. Τῶν ἀνδρῶν, ὅς μοι πέραν θαλάσσης ἐκ Βυζαντίου διέσωσας, κεισεται σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ ἀναγραπτος. *In album Benefactorum referri.* Infra, in hac oratione, p. 791. 6. συνθῆκαι, καθ' ἃς ἐδανείσατο, κειμεναι. Ita νόμοι dicuntur κεῖσθαι. TAYLOR

788. 1. ταφὴν.] Alii γραφην male. Ταφὴ non solum sepultura, verum etiam *pretium*, quod pro exsequiis numerabatur. Ita supra 787. 3. TAYLOR.

4. ἔτοσι.] Codd. *Ven. Bar. Aug.* eodem modo, quo nuper legebatur, ἔλαχεν αὐτῷ ὁ χρησος ἀδελφος ἔτοσί. TAYLOR.

7. ὑμεῖς κ. τ. λ.] Apparet, Lycurgum ingratum animum obiecisse Aristogitoni, eoque crimine iudices concitasse. WOLFIVS.

788. 10. καὶ ἄμικτον.] μιαρὸν, μιαρὸν τὸ θηρίον — τετο καὶ ἄμικτον. MSti *Ven. Bar. Aug.* TAYLOR.

22. νεάλης καὶ πρόσφατος.] Integer atque recens. τὸν νεάλη, siue παρὰ τὴν ἄλα, siue παρὰ τὸ ἅλας, deducere nihil vetat. Opponitur τῷ τεταριχευμένῳ, vt πρόσφατος τῷ πολὺν χρόνον ἐμπεπτωκότι. TAYLOR.

789. 15. αἰσχίσοις.] Obsop. εσχατοις. et mox, v. 16. ἑαυτῶν εἶναι πονηρότερον. [Similiter *Ven. Bar. Bodl. Aug.* et marg. *Benenati.*] WOLFIVS.

19. καταζήσετε.] καταμιξετε Codd. *Ven. Bar. Bodl. Lind. Obsop. Aug. Ital.* marg. *Lut.* et MSS. *Fel.* et *Man.* TAYLOR.

24. εὔνους.] λοιπος Editt. *Ald.* et *Paris.* MSS. *Ital. Fel.* et *Man.* Alii scribunt: ἐγὼ μόνος υμιν διαμενω· πάντες ἔτοι etc. TAYLOR.

790. 2. ἀποζασίᾳ.] Correxit eruditissimus *Valckenaer.* ad *Ammonium* pag. 19. ἀπροζασιᾳ. Actio *haec* dabatur in Inquilinos, Inquilinasue, qui Sponsorem ex ciuibus non sibi assumserant: *Illa* altera Αποζασίᾳ contra Libertum Libertamue, qui patronis debitam reuerentiam non praestitissent; vt pleni sunt libri eorum, ad quos istud Eruditionis genus pertinet. TAYLOR.

9. εἰ δὲ μηδένα τέτων ὑπόλογον ποιεῖται.] Sic μηδεὶς ὑπόλογος, voce composita, scribitur, nisi legendum sit: εἰ δὲ μηδεν τέτων υπο λογον ποιεῖται. WOLF.

Ibid. Vide, quae adnotauimus ad *Lysiam* p. 183. Adde etiam Indicem v. Υπόλογον. Hic pro ὑπόλογον, φροντιδα habent *Ven.* marg. *Benen.* (Illud nimirum olim glossa fuit) et λογον *Bar. Aug.* TAYLOR.

13. ἄπιζον.] Ita legi et cudi malebam iuxta auctoritatem *Ald. Par.* et *Ven.* ραζον *Lind. Ital.* απιζῳ *Bar. Bodl.* απιζω *Obsop. Felic. Man.* cum quibus interpretatur *Wolfius.* TAYLOR.

790. 19.

790. 19. παρανόμων.] *violatarum legum*, Wolfius. Male. Rectius Melanchtho: *an quia condemnatus eſt in iudicio*, rogatae legis perniciosae. Dixi alibi. TAYLOR.

20. προετιμήσατε.] [Ita Quatuor prelo cusi] Lego προσετιμησατε, vt in *Ariſtocratea* saepiſſime ſcriptum exſtat. WOLFIVS. προσετιμήσατε etiam Cod. *Baroc.* cum marg. *Paris.* TAYLOR.

Ibid. δακτυλοδεικτεῖτε.] δακτυλοδεικνειτε Codd. *Ven.* et *Bar.* Vide *P. Fab. Agoniſt.* II. II. TAYLOR.

23. ἀπαλλαγή;] Obſop. απαλλαγηναι. WOLFIVS. Alii etiam, ſc. *Bar. Ven. Aug.* TAYLOR.

25. ὅτι, φησὶν, ἀναιδής ἐσιν;] Alii, ὅτι φυσὶν. Forte, ὅτι φυσει, aut ὅτι την φυσιν. Si placet ὅτι φησὶν, S. ὁ Αριστογείτων, ἢ τὶς τῶν φίλων αὐτῷ. WOLF.

26. ὅταν.] Malim οτι. WOLFIVS.

27. μήτ' ἂν γενόμενα.] *neque ſunt, neque facta ſunt*, Wolfius. Male omnino. Non obſeruauit ille vim δυνητικῆ μορίᾳ, ſc. *quae neque fieri poſſunt.* MSti *Ven. Bar.* cum marg. *Benenati*, γενησομενα. TAYL.

791. 2. εἰ.] Melius εις, vt edunt *Aldus*, *Felicianus* et *Manutius*, vel adhuc perfectius, vti *Morelius*, ὥσπερ ἂν ει εις χρέος ἐσκοπεῖτε ἴδιον. TAYLOR.

6. ὅροι.] Ὅροι ſunt hic et in aliis forenſibus ſaepe, libelli venditionis aut debiti, indices affixi aedibus aut fundis. WOLFIVS.

Ibid. Praeter Lexica eam rem expedient *Duportus* ad *Theophraſt.* pag. 360. *Salmaſ. de M. V.* pag. 508. rurſusque per totum caput 15. *Herald. Animadu.* L. III. C. VI. *Petit. LL. Attic.* pag. 506. Edit. Nouae. *Valeſ.* ad *Harpocr.* pag. 249. et 315. TAYLOR.

7. ἡγεῖσθ' ἀναιδῆ.] Reſtitue cum *Bodl.* et *Ital.* ἡγεῖσθ' αν ἀναιδῆ. TAYLOR.

791. 11. σανὶς.] Recte distinxit inter *syngraphas*, siue pacta conuenta mutuantium, et *titulum*, vel indicem, quo significabatur, fundum, aut aediculam mutuo sumentis pignori pro mutuo esse oppositam: At acutius paulo, quam ego perspicere possum, inter *leges* Reip. et *tabulas* istarum legum in aede Matris Deorum. TAYLOR.

14. καὶ μένει.] vel μένοι, aut μένῃ, vt alii. Nimirum glossa est vel inutile additamentum. TAYLOR.

19. εἰϑ' ὅτι.] Forte εἰ δὴ ὅτι. WOLFIVS.

Ibid. εἰ δ' οτι *Ald. Fel. Man.* εἰ διοτι *Ven. Bar. Bodl. Aug.* cum Edit. *Luteciana.* Modo pro γραφὴν nonnulli δραχμην. Sunt autem non contemnendi, *Ven. Bodl. Aug.* marg. *Benenati.* TAYLOR.

Ibid. μικρὰ καὶ ἀδὲν.] Lego, μικρὰ ἢ ἀδὲν, *aut parum, aut nihil:* vel, vt *Wolfius* non male exponit, *parum, atque adeo nihil, deliquerunt.* Proxime, *aere alieno erunt obstricti.* Id minus exacte. Τὸ ὀφείλειν *valebit contra illos: omnia mala consequentur, quae eos premere solent, qui Reip. sunt obaerati. Contra autem, qui multum debet, et vnam atque alteram pensionem soluerit,* τὸ ὀφείλειν *contra illum non valebit, verum* ἐπίτιμος *erit. Id sane iniquum est.* TAYLOR.

23. τὰ μὲν δὴ δύο ἐν ἀπογραφῇ πεποίηται.] ἀπεγράψατο. WOLFIVS.

26. με γέγραφεν.] Lego μ' ἐγγεγραφεν omnino. Habent id optimi Codd. *Ven. Lind. Aug. Ital.* Vide adnotata supra 771. 6. TAYLOR.

792. 6. δὲ.] Restitui iuxta auctoritatem Codd. et Editt. omnium. Apud *Wolfium* erat καὶ. TAYLOR.

10. τότ' ἂν ὀφείλει.] Corrige ὀφειλησει. Ita *Ven. Bar. Bodl.* Et recte Interpres: *verum vbi deletus fuerit, tum non* debebit; *nunc igitur debet.* TAYLOR.

792. 12.

792. 12. αὐτῷ.] Faceſſere iubent otioſum iſtud vocabulum Codd. *Bar. Lind. Ital.* TAYLOR.

Ibid. Legendum videtur ἃ νῦν, ἐκ ἐξὸν αυτῳ, οὗτος ποιεῖ. IVRIN.

16. ἐγκυκλίων] συνηθων *Ital.* Credo fuiſſe gloſſema ad marginem adſcriptum. TAYLOR.

21. τότ' ἄνω κάτω γίγνεσθαι.] Forte τα ἄνω. Et pro γίγνεσθαι legit *Obſop.* γεγενησθαι. Et [793. 12.] ὃν πᾶ βεβίωκεν, *quam vitam vbi actam?* Et [v. 27. h. p.] pro ἐξαφθαι, τετραφθαι. WOLFIVS.

Ibid. το, τ' omnes libri ſcripti et editi. *Bodl.* habet τὸ, τὰ ἄνω κάτω γεγενῆσθαι. γεγενῆσθαι etiam plurimi et praeſtantiſſimi. ἄνω καὶ κάτω, quod et ſcribitur, parum probo. TAYLOR.

22. ἀλλ' ὅταν κ. τ. λ.] Corrigo: ἀλλ' ὅταν οἷς ἐκ τῶν νόμων μὴ ἔξεσι, τουτοις ἐκ τῶν ὑμετέρων βουλήσεων ἐξῇ· καὶ ὅταν ἡ μὲν πονηρία τιμᾶται, τὰ χρηστὰ δ' ἀποῤῥίπτηται· καὶ ὅταν τὸ δίκαιον καὶ τὸ συμφέρον ἥττᾶται τῆ φθόνῳ, τότε ἄνω καὶ κάτω etc. Primum illud excepi ex marg. *Benenati.* Coniunctiones addunt, illam *Ven.* hanc *Bar.* Denique quanquam iſtud καὶ inter ἄνω et κάτω expungat bonus *Venetus*, hic tamen neceſſarium eſſe iudico, licet in anterioribus id erat ſecus. TAYLOR.

793. 7. τι] Legere iubet optimus *Auguſtanus*: ὧν ὁ πατὴρ αὐτῆ πεποίηκε. A *Veneto* abeſt etiam αὐτῆ. TAYLOR.

12. ποῖον; ὃν πᾶ βεβίωκεν;] Recte hoc, vt mihi quidem videtur. Vide ſupra *Wolfium* ad 792. 21. MSti plurimi ἀ. Quod eodem recidere iudico. Nam ᾗ, id eſt, *vbi*, pariter voluerunt. Atque ita excuderunt *Pariſienſes. Lambinus* hic in contrarium prorſus abit. At certe frigidus eſt ſenſus, quem ille reuocauit, et *Wolfius* interpretando dedit. *Ad ſuam vitam confu-*

confugiet —? *quam? eam*, *quam* non vixit? *in ea enim*, *quam vos vidistis omnes*, *non est talis.* Verte autem: *quam vitam?* vbi gentium *actam? in ea enim*, *quam* hic *egit* coram vobis, *non est talis.* TAYLOR.

793. 12. Wolfius: *quam? eam*, *quam non vixit?* minus ad mentem Oratoris. Vertendum: *qualem? vbi terrarum actam?* IVRIN.

17. ἀλλὰ.] Corrige, vt suadent libri meliores, ἀλλὰ, νὴ Δία, χωρὶς τοτων, sine coniunctione. TAYLOR.

26. Θεωρίδα.] Harpocratio: Θεωρίς. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αριστογείτονος, εἰ γνήσιος. Μάντις ἦν ἡ Θεωρὶς, καὶ ἀσεβείας κριθεῖσα ἀπέθανεν, ὡς καὶ Φιλόχορος ἐν ἕκτῃ γράφει. Qui eam ream fecit, fuit noster ipse Demosthenes, vt docemur a *Plutarcho*; Κατηγόρησε δὲ καὶ τῆς ἱερείας Θεωρίδος, ὡς ἄλλα τε ξαδιεργάσης πολλὰ, καὶ τὰς δέλτας ἐξαπατᾶν διδασκούσης, καὶ θανάτῳ τιμησάμενος ἀπέκτεινε. Codd. *Bar.* et *Aug.* legunt Θεοδωρίδα. TAYLOR.

794. 4. Φαρμακός.] Vide *Hermog.* p. 255. et 257. *Didymum Demosthenis* Scholiasten apud *Harpocr.* in v. *Etym. M.* p. 788. vbi scribitur mendose: ϐτως ἓν αὐτὸν ἐξαιρησει ὁ Φαρμακός; Suid. etiam et *Harpocr.* legit ἐξαιρησεται. TAYLOR.

6. ὃς αὐτὸς αὐτὸν θανάτῳ τετίμηκεν.] Lego αὐτῷ θανάτῳ. WOLFIVS. αὐτον *Ald.* αὐτῳ *Bar. Aug.* TAYLOR.

11. ἔλεον etc.] ελεος, συγγνωμη καὶ Φιλανθρωπια, *Lambinus.* TAYLOR.

22. ὁ καὶ δὴ.] Impedita satis et obscurior sententia. In MStis legitur: ὁ δε τοιϐτος ποῖός τις καλοῖτ' ἂν δικαίως; ὁ τρισκατάρατος, etc. Quod probo. Tum autem inducenda sunt illa in exitu orationis, ἆχ ὁ τοιοῦτος; TAYLOR.

795. 1.

795. 1. *πρὶν τὴν πρώτην ψῆφον διενεχθῆναι.*] *περὶ τοῦ ἐγκλήματος, πότερον ἔνοχος ἦν τούτῳ, ἢ μή· ἡ δὲ δευτέρα, ἐπειδὴ κατακριθῇ, ὅ, τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτίσαι.* WOLFIVS. Deeſt *πρώτην* in MStis *Ven.* et *Bar.* TAYLOR.

9. *προσεσηκυίας.*] Melius eſſe credo *παρεσηκυίας* Codicum *Lind.* et *Ital.* vel *παρεσώσας* plurimorum, *Ven. Bar. Bodl. Obſop. Aug.* MSS. *Fel.* et *Man.* cum marg. *Benenati.* TAYLOR.

17. *μισήσετε.*] *Mordtius* dedit *μισήσαιτε.* In Cod. autem *Italico* ita ſcribitur hic locus: *ἔτι μᾶλλον ἂν αὐτὸν μισήσετε, καὶ δικαίως ἀποκτείνετε.* TAYLOR.

22. *τῶν ἄλλων.*] Addunt *Ven.* et marg. *Paris.* *πλην τουτων. Bar.* autem et *Aug. πλην τουτου.* Legendum eſt autem *πλὴν τουτου.* TAYLOR.

24. *ἀλλὰ πολλῶ δεῖ.*] Interpretare, *πολλῶ γε καὶ δεῖ.* Si minus placet, *ἀλλὰ πολλῶ λόγῳ δεῖ.* WOLFIVS.

796. 3. *γίγνονται, καὶ ὀφλήματα ἴδια.*] Lego: *γίγνονται ὀφλήματα ἴδια*, et 797. 16. *ταῦθ' ἕτος μενῳ.* WOLFIVS.

Ibid. Amplector potius vulgatam lectionem Impreſſorum *Felic. Manut.* et *Lutet. γίγνονται, καὶ ὀφλήματα.* Eamque ſatis bene reddit Verſio *Wolfiana.* TAYLOR.

5. *αὐτῷ.*] *ἑαυτῳ Bar.* TAYLOR.

7. *ἀλλὰ πολλῶ δεῖ.*] *neque multis verbis eſt opus.* Vide ſupra ad 795. 24. Tu vertes: *neque enim idem eſt; longe abeſt.* TAYLOR.

797. 5. [*ὁρῶντας μὴ ὁρᾶν.*] *Seeing ye ſhall ſee and not underſtand.* Ita N. T. ſcriptores. Plutarch. de liberorum educat. circa finem *ὡς ἔνια τῶν πραττομένων ὁρῶντας μὴ ὁρᾶν καὶ μὴ ἀκέειν ἀκέοντας.* TAYLOR in ſchedis.]

16. *ἕτος.*] Ita *Bar. Bodl.* marg. *Paris.* cum *Lambino.* Editi *ουτω.* Vide ſupra ad 796. 3. TAYLOR.

797. 18. ταῦτα.] *eum* talia et talia *dicat agere, cum debeat aerario*, Wolfius. Parum exacte. *Si quis igitur veſtrum motus eius petulantia, conqueratur, eum iſtiusmodi facinora patrare*, adeoque, vel, atque etiam, *cum ſit aerario obſtrictus*, caetera. Atque ad eum ſenſum exemplaria noſtra pungi curauimus. TAYLOR.

Ibid. τί δ'; ἃ καὶ ὁ δεῖνα.] Apparet, hunc locum eſſe mutilatum. Sententia certe eſt: *Ariſtogitonis exemplo ciues ſuá crimina communicare cum aliis, et ita propagari lites.* ad quam planius exprimendam verba quaedam deſunt. WOLFIVS.

Ibid. Nihil ſimplicius loci huius vera mente: Nihil *Wolfii* explicatione et ſuſpicionibus futilius. *Cum Ciues Ariſtogitoni petulantiam exprobrant, atque inſuper, petulantiam hominis, qui publico erat obaeratus, ibi, arrepta occaſione inimicos ſuos ſugillandi, quid? ait, Egone debeo ſolus? annon obaeratus eſt quoque Simo, et Pamphilus et Charidemus?* Lege autem, τὸν ἐχθρὸν ἕκαστον εἰπών (vel υπειπων, vt MSti fere omnes, cordate ſane et feliciter!) τὸν ἑαυτῦ. TAYLOR.

21. τῦτον.] Reſtitui ex Editis et MStis. τύτων *Wolfius.* TAYLOR.

24. παράδειγμα.] ἀδικημα MSti *Ven. Bar. Bodl. Lind. Obſop. Ital.* marg. *Benenati.* TAYLOR.

Ibid. Mihi quidem nec παράδειγμα, nec παράγγελμα, nec ἀδίκημα ſatis placet. Ac fieri poteſt, vt aliquid deſit. WOLFIVS.

798. 6. τάς τε συμφορὰς.] Forte addendum καὶ τας τιμωριας. Niſi legas τάς γε. WOLFIVS.

Ibid. Recte ſane. Et quanquam *Baroc.* habeat τάς γε, caeteri tamen omnes, credo, conſtanter, τάς τε, et marg. *Paris.* addit, quod *Wolfius* addi voluit. TAYL.

13. ταῦτα.] Vel παντα potius, vt *Ven. Bar. Aug.* marg. *Benen.* Quod haud paulo melius. TAYLOR.

18. ὁ δῆμος ἅπας.] *Obſop.* απαντας. WOLFIVS.

798. 18.

798. 18. Cum *Obſopoeo* excudit, cum caeteris omnibus (ἅπας enim omnes mordicus tenent) interpretatur *Wolfius* noſter. TAYLOR.

21. ἀνίατον.] ἀνίατον, ανιατον, maiori cum vehementia et ſpiritu legunt *Ald. Ven. Bar. Lind. Aug.* TAYL.

27. ὃ μήτε δημοσίᾳ γένοιτο.] Forte addendum μητ' ἰδίᾳ. WOLFIVS.

Ibid. ὃ μητε ιδιᾳ μήτε δημοσίᾳ γένοιτο, MSS. *Ven. Bar. Lind. Aug. Ital.* cum Editione *Luteciana.* TAYL.

799. 4. μή ποτε.] pro μὴ ἔως. WOLFIVS.

11. συνεργεῖν διδόντες ἑαυτὸς.] ἃ παρέσχον ἑαυτὸς συμπράττοντας τοῖς συκοφάνταις. WOLFIVS.

16. ἀθλητὰ τῶν καλῶν ἔργων.] Vide *Victor. Var. Lect.* XXIV. 9. TAYLOR.

800. 6. τὸς ἀποψηφισαμένους.] Obſop. τὸς απεψηφισμενους. WOLFIVS. Similiter *Bar.* et *Bodl.* TAYL.

9. καταψηφίσασθαι.] αποψηφισασθαι *Ven. Bar. Lind. Aug. Ital.* et marg. *Paris.* TAYLOR.

10. καταρᾶσθαι.] Lege καταρασθε, vt marg. *Morelii* habet. Codd. *Bar. Bodl* et *Aug.* καταρασεσθε. Proxime iidem *Bar.* et *Aug.* απεψηφισμενοις. TAYL.

16. ἐφῖκται.] Pro ἐφῖκται γὰρ πάντων, in antiquo vehementius ſic: ἐφῖκται γὰρ, εφικται πάντων ἡ τότε κακοπραγμοσύνη. *Peruenit enim*, peruenit *ad omnes huius improbitas.* Facere autem eam repetitionem ad epitaſin obſcurum opinor eſſe nemini. OBSOPOEVS.

ANNOTATA
AD POSTERIOREM ORATIONEM.

Quanquam hanc Orationem multi negent eſſe *Demoſthenis*, quod in ea nihil dignum ſit *Demoſthenis* eloquentia, de qua meum non eſt pronunciare, aut iudicium facere, tamen cum multis in locis apud *Aldum* corruptiſſime excuſa legatur, nolui

illam qualemcunque praeterire. Itaque quicquid inuenire potui, libens et diligenter annotaui, inque medium contuli. Sic enim de Graecis Scriptoribus sentio, nullius Orationes sine aliquo fructu legi posse; ideoque nullas respuendas. OBSOPOEVS.

801. 4. *βλάπτεσθαι.*] Interpres recte ad sensum: *per hos* maximas *resp. clades accipit.* Vti profecto eum decebat. Sed Graeca vitiosa sunt, et perquam incommode abest vox necessaria. Repone itaque *μαλιστα. διὰ γὰρ τούτους τὰ κοινὰ καὶ μαλιστα βλάπτεσθαι πέφυκεν, ἂν ὦσι φαῦλοι, καὶ τὰ μεγιστα πάλιν ὠφελεῖσθαι, ἐὰν ὦσιν ἐπιεικεῖς.* Vix satis erat dicere *βλάπτεσθαι*, vbi quaeritur de gradu et intensione *βλάβης*, et vnde Resp. *grauissimum* vulnus acciperet. TAYLOR.

7. *ὑπὲρ τῶν κοινῶν — πράττειν*] Alii dicerent *τὰ κοινὰ πράττειν*, credo. Auscultabis ergo Codd. *Bar. Bodl. Aug. τοῖς ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἐγχειρεῖσί τι πράττειν.* TAYLOR.

15. *κοινῇ.*] *Obsop. κοινην τὴν ἀτυχίαν τοῖς ἐμπλέουσι*, hoc est, *τοῖς πλέουσιν ἐν τῇ νηΐ.* WOLFIVS.

18. *αὐτὲς.*] Lege cum accuratius impressis *αὐτους*, *se ipsos.* TAYLOR.

22. *τοῖς μὲν ἐνδέχεσθαι.*] Videtur *ἀκυρολογία* esse: quasi homines priuati poenas sumant de aliis, cum sententia sit, priuatos quouis tempore licere vicisci. Quid si legas: *ὑπολαμβάνων παρα των μὲν ἐνδέχεσθαι καὶ μετα χρόνον τὸ δίκαιον λαβεῖν· επι των δ' ἐκ εἶναι περιμεῖναι τὸ ἐκδικάμενον?* Nota *τὸ ἐκδικάμενον, τὸ τιμωρησόμενον, ἀντὶ ἐκδικήσεως, καὶ τιμωρίας.* WOLFIVS.

24. *τὸ ἐκδικάμενον.*] In nonnullis exemplaribus desunt ea verba. Et sane nullo cum detrimento abesse posse iudico. Enata sunt nimirum e margine. TAYL.

Ibid. *τὸ γὰρ.*] Lege omnino: *τον γὰρ τιμωρησόμενον ἐχ υπολειπεσθαι.* Illud suppeditauit *Bar.* vtrumque

que *Ven. Aug.* et marg. *Benenati.* Γρ. etiam ὑπολείπεσθαι ετι. TAYLOR.

802. 2. τέτες ἐμμένοντας.] Malim τετοις, sub. τοῖς κατεγνωσμένοις. WOLFIVS. Cum *Wolfio*, *Ven. Bar. Aug.* et marg. *Benenati.* TAYLOR.

8. ἐμμένοντες.] Obsop. εικοντες. WOLFIVS.

Ibid. Ita etiam *Bodl. Lind. Ital.* In *Ven.* et *Bar.* istud vocabulum deest. TAYLOR.

16. μετατεθέντα.] Lege μεταχαθεντα auctoritate Codd. meliorum. TAYLOR.

20. ἐκτίσαντας.] De Pericle esto. Miltiadem vero in carcere computruisse tradunt. WOLFIVS.

Ibid. Ante ἐκτίσαντας in Cod. *Baroc.* scribitur απεδοντας. Nemini certe dubium esse potest, id olim aut scholion fuisse, aut variam demum lectionem. TAYLOR.

Ibid. ὁ ἡδὺ δεινότατον.] Obsop. ἃ ἡδὺ δεινον ἂν ειη γε, τὲς — WOLFIVS.

23. τι.] Obsop. τὸ τι non habet, nec τὸ παρ'. WOLFIVS.

25. παμπληθῆ.] Obsop. υπερπληθη. WOLFIVS. Vt et nostri omnes, aliique. TAYLOR.

803. 9. κατὰ τὲς νόμες.] In editis male distingui solitum, ἃ μὲν ἅπαντες ὑμεῖς συλλεγέντες ἐψηφίσασθε, κατὰ τὲς νόμες ἄκυρα ἔσται. Tu corriges mecum. Et acerrima sane est oppositio. *Irrita ergo fient, quae vos olim legitime sanxistis: Eius voluntas ad malefaciendum magis rata erit, quam Leges ipsae.* Pro κατὰ hic MSti διὰ, non recte. TAYLOR.

12. νόμων.] των νόμων Codd. *Ven. Bar. Lind. Aug. Ital.* TAYLOR.

24. συναγωνιζομένες.] Obsop. συναναγκαζομενες. WOLFIVS. Item Codd. *Ven. Bar. Bodl. Lind. Aug. Ital.* marg. *Morelii.* Vulgatur ἀναγκαζομένες et συναγωνιζομένες. TAYLOR.

803. 27. ἔγραψε.] Vide notata ad initium Orationis *Lycurgi c. Leocratem.* Hanc rogationem memorat et iudicium propter eam ab Ariſtogitone inſtitutum *Plutarchus* in *vita Hyperidis.* Κριθεὶς δ' ὑπὸ Ἀριστογείτονος παρανόμων, ἐπὶ τῷ γράψαι μετὰ Χαιρώνειαν — ἀπέφυγεν· αἰτιωμένων δέ τινων αὐτὸν, ὡς παριδόντα πολλὰς νόμους ἐν τῷ ψηφίσματι, εἰ μὴ ἐπετκότει, ἔφη, μοι τὰ Μακεδόνων ὅπλα, οὐκ ἐγὼ τὸ ψήφισμα ἔγραψα, ἡ δ' ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη. Similiter *Longinus* §. 15. Ὡς, νὴ Δία, καὶ ὁ Ὑπερίδης κατηγορούμενος, ἐπειδὴ τὰς δέλτους μετὰ τὴν ἧτταν ἐλευθέρως ἐψηφίσατο, εἶπεν, οὐχ ὁ ῥήτωρ ἔγραψεν, ἀλλ' ἡ ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη. TAYLOR.

804. 14. ἐφ' ᾧ τε ἕνα.] marg. *Benenati* habet ἐφ' ᾧ τε μὴ ἕνα. Sed inutiliter. Mentem Scriptoris ſatis expreſſit *Wolfius* in interpretatione. TAYLOR.

805. 7. προσήκειν.] προσηκει *Ven. Baroc.* ὡς οιεσθαι προσήκειν *Bodl.* Melius ſane, ὡς προσηκον. TAYL.

15. τούτων ἤρηκε κατηγορῶν.] Obſop. τούτων κατηγορησας ειλεν. WOLFIVS.

Ibid. Ita Cod. *Bar.* quoque, aliique. τούτων κατηγορηκε και ειλεν *Lind.* τίνα γὰρ παραγαγὼν εἰς τὸ δικαστήριον — τουτον ἤρηκε κατηγορῶν Cod. *Auguſt.* TAYLOR.

17. καὶ γὰρ ταῦτα.] τὸ ταῦτα non video quid faciat ad ſenſum. WOLFIVS.

Ibid. καὶ γὰρ παρα ταῦτα *Bodl.* Quod fere interpretatur *Wolfius.* TAYLOR.

21. τοῖς καιροῖς ἐναντιοῦται.] *Age vero*, inquit Ille, *ſi hic non ſatis inſanit ſua ſponte, inſtiga.* Irati placandi ſunt potius, quam inflammandi. Hoc enim illud tempus poſtulat. Si non placet, *occaſionibus aduerſetur*, repone, *omnem excedat modum.* WOLFIVS.

Ibid. Neſcio ſane, annon rectius ita diſtinguere et legere: τηνικαῦτα παρὰ τὴν ὀργὴν ὑμῶν, τὰ βουλευματα λα-

τα λαβὼν caetera. *adcommodans ſua conſilia veſtrae iracundiae.* TAYLOR.

805. 25. ἀκολεθεῖν.] Optimi Codd. non agnoſcunt, et certe minus eſt neceſſarium. Immo profecto ingrata eſt admodum horum vocabulorum repetitio in eodem fere commate. TAYLOR.

27. ὑπάρχειν.] ὑπάρχει Wolfius, errore, vt puto, operarum. TAYLOR.

pen. ἐλέγχει τὰ ἀπόῤῥητα τῆς πολιτείας.] Obſop. ελεγχεται. Τὰ ἀπόῤῥητα vtrum arcana, an vero, quae interdicta ſunt? Vetitae fuerunt ἀντινομίαι, eaedemque nimis fuere manifeſtae, quod ex multis *Demoſthenis* locis apparet. WOLFIVS.

806. 2. καὶ διασπᾶσθαι.] Annotatum eſt καὶ διαβοασθαι. Sed prius magis probo. Sequitur enim, ἐ γὰρ ἐπιτιμᾶν τοῖς συμβελευομένοις etc. WOLFIVS.

Ibid. διαβοᾶσθαι habet auctoritatem eorum Codd. qui aetate et fide vincunt. Quorum nonnulli ita collocant: λοιδορεῖσθαι, καὶ διαβοασθαι, καὶ μέμφεσθαι τὰ λεγόμενα. Id vtique vnice verum eſt. TAYLOR.

5. τῇ πόλει.] Emendatius multo Cod. *Bar.* ſi bona fide verterit haec *Wolfius*, quod ſane puto: ſc. ὄνειδός ἐστιν, ἄνδρες δικασταὶ, τῇ πόλει τὰ γινόμενα ἐπὶ τῶ βήματος. TAYLOR.

16. παρανομεῖν.] το παρανομεῖν, omnino, vt optimi habent. TAYLOR.

18. τὸ πιστεῦσαι καὶ καταχαρίσασθαι.] Forte τό τε πιστεῦσαι. WOLFIVS.

Ibid. *Wolfium* credo rem recta via reputaſſe, et, ſi per typothetam licuiſſet, id ipſum dixiſſe, quod res eſt: τοτε nimirum, *tunc*, *eo tempore*, cum nondum vos deceperat: in primo aditu. TAYLOR.

20. μελλήσαις.] Obſop. ομολογημεναις. Quod non placet. WOLFIVS. Scripti etiam libri cuncti. TAYLOR.

807. 1.

807. 1. παρακατατιθεμένων.] Rectius παρακατατιθεσθαι, et v. 3. επιτρεπειν. Et sic *Obsopoeus*. WOLFIVS. *Felicianus* etiam, aliique. TAYLOR.

2. ὁμολογμένως.] Cusi ante *Wolfium*, ομολογμενοις και εξεληλεγμενοις. Melius fortasse disiunctiue: ἢ ἐξελ. *quorum improbitas* vel *manifeste ab omnibus deprehenditur*, vel *in iudicio ita visa est*. TAYLOR.

3. ἐπιτρέπειν.] Lege τοτοις ἐπιτρ. vt *Vin.* TAYL.

6. ἐφιςάνειν.] Obsop. επιπεμπειν. WOLFIVS. Caeteri. TAYLOR.

12. ἄλλως τε.] Forte ἄλλως τε τῶν πολιτευομενων και ὑπὲρ τᾶ πλήθες. Verti: *praesertim cum vulgares etiam homines populi suscipere causam et dicendo et decernendo non recusent*. Nunc hanc lectionem sequor. WOLF.

Ibid. *Lambinus* legit ἄλλως τε καὶ πολλων, sine articulo: *praesertim cum* multi *sint, qui profitentur, se dicere et decernere posse pro Rep.* TAYLOR.

16. προελέσθαι.] Deest in exemplaribus *Linden. Obsop.* et *Ital.* Id quod non arbitror esse verum. Nam quicunque haec scripsit, instituit sane, quemadmodum inter ἀποθνήσκειν et τιμωρεῖσθαι, ita etiam oppositionem inter τολμᾶν et προελέσθαι. TAYLOR.

20. πῶς καὶ.] πῶς δε ἐκ ἂν εἴη κ. τ. λ. Editi. TAYL.

vlt. τὰς δὲ ὄντας.] Lege, vt emendatiora exemplaria, τας δε τὰς ὄντας νομας εἰς τὴν τῶν ἐκ ὄντων τάξιν ἄγοντας, vel τῶν ὥσπερ ἐκ ὄντων. TAYLOR.

808. 3. συνθεωρήτετε.] Lege cum *Lambino* et *Bodl.* συνθεωρησαιτε. TAYLOR.

20. διοικεῖν φαίνεται.] Forte διοικων φαίνεται, sub. ὁ νόμος. WOLFIVS.

FINIS.

UNIVERSITY OF TORONTO
LIBRARY

Do not
remove
the card
from this
Pocket.

Acme Library Card Pocket
Under Pat. "Ref. Index File."
Made by LIBRARY BUREAU